# REGINONIS

ABBATIS PRUMIENSIS

## LIBRI DUO

# DE SYNODALIBUS CAUSIS

ET

# DISCIPLINIS ECCLESIASTICIS

IUSSU DOMINI REVERENDISSIMI

ARCHIEP. TREVER. **RATBODI**

EX DIVERSIS SANCTORUM PATRUM CONCILIIS ATQUE DECRETIS COLLECTI.

AD OPTIMORUM CODD. FIDEM RECENSUIT ADNOTATIONEM DUPLICEM ADIECIT


***F. G. A. WASSERSCHLEBEN,***

IURIS UTRIUSQUE DOCTOR IN LIT. UNIVERSITATE BEROLINENSI IUS PRIVATIM DOCENS.



BIBLIOTHECA



**LIPSIAE,**

SUMTIBUS GUIL. ENGELMANN,

**1840.**

VIRO

ILLUSTRISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO
LIBERO BARONI

# CAROLO STEIN AB ALTENSTEIN

IN BORUSSIA RERUM ECCLESIASTICARUM SCHOLASTICARUM ET
MEDICINALIUM SUMMO ADMINISTRO AQUILAE NIGRAE EQUITI
ETC. ETC.

SCIENTIARUM PATRONO MAGNIFICENTISSIMO ET MAECENATI
HUNCCE LIBRUM GRATUM ANIMUM TESTIFICANS

D. D. D.

EDITOR.

# PRAEFATIO EDITORIS.

Opus superfluum, *Reginonis libros duos de causis synodalibus et disciplinis ecclesiasticis* *) editurus, suscepisse mihi non videor; quis est enim, qui praestantiam eorum atque auctoritatem compertam non habeat et comprobatam! Prorsus fere, perpauca tantum si exceperis fragmenta, incontaminata Pseudoisidorianis mercibus (quod autem minus improbanti Reginonis iudicio, quam ipsius argumento, a principiis Pseudoisidori impostoris alieno, tribuendum esse videtur), collectio nostra veram atque sinceram disciplinarum et consuetudinum, quales illis vigebant temporibus, adumbrat imaginem, inprimisque de ratione procedendi in causis synodalibus ita nos instruit, ut vel hodie praecipuum uberrimumque nobis praebeat fontem ad cognoscendam in rebus ecclesiasticis praxin et usum forensem. Quae quidem operis auctoritas inde etiam augetur, quod ubicunque auctoris in adhibendis atque excerpendis fontibus elucescit fides, cura et diligentia. At contra, Burchardi Wormatiensis Decreta si inspexeris, nulla ibi fides. Quae incuria, quot adulterationes, quot arbitrariae permutationes, quanta denique moles decretalium ex famosa Pseudoisidori officina profectarum! Hinc autem alia praeterea prodit causa, cur Reginonis opus iuris canonici studiosis maxime sit necessarium. Innumeri illi, quibus scatet Bur-

*) Hunc esse verum operis et genuinum titulum, ex praefatione Reginonis ad Hatthonem archiepiscopum Moguntinum apparet, quam solus exhibet Cod. Trev. In reliquis Codd. et ap. Bal. sic legitur: *De disciplinis eccles. et religione Christiana.*

chardiana collectio, loci mendosi atque depravati originem ducunt ex ratione, qua Reginonem auctor excerpendo in suum convertit usum; capitum enim inscriptiones et contextum, quales Regino exhibet, aut de industria Burchardus permutavit, mutilavit*), aut per negligentiam atque incuriam, quod quidem utrumque in adnotatione huius meae editionis satis superque probasse mihi videor. Quae autem peculiaria Burchardo opera quantum in reliquas canonum collectiones irrepserint, nemo est, qui nesciat. Ivonis Decretum et Pannormia, Collectio trium partium, Anselmi Lucensis, aliae, plenae illis sunt atque refertae, neque ita sane mirum esse potest, quod in Gratiani quoque Decreto, qui ex omnibus illis hauriebat collectionibus, Wormatiensis officinae merces permultis in locis manifestissime exstant. Atque hic quidem nonnisi ipsius Reginonis opere, innocente malae huius conditionis causa, menda emendare, et veram atque integram lectionem, inprimis quod attinet ad inscriptiones, cognoscere possumus atque restituere.

Quodsi igitur Reginonis auctoritas et praestantia inter fontes iuris canonici negari non potest, non sine magna causa nova eius editio efflagitabatur, quum priorum editionum exempla rarissime tantum adhuc exstarent, earumque multi loci emendandi, freqtentes lacunae explendae essent, salvis tamen praeclaris Baluzii in Reginonem meritis! Quod quidem iam abhinc fere tribus annis susceptum negotium vix est, quod absolvere potuissem atque exsequi, nisi, ut tantos tamque graves operis fautores nanciscerer, mihi contigisset. Plurimum enim debeo insigni, qua splendet, clementiae atque in adiuvandis literarum studiis liberalitati Viri Illustrissimi, Excellentissimi, *Baronis Stein ab Altenstein*, Regis Borussiae praefecti summi in administrandis rebus sacris, medicinalibus et scholasticis, qui qui-

---

*) Huc e. g. pertinent fragmenta ex Capitularibus regum Francorum, quae propter ridiculum contra potestatem secularem odium a Wormatiensi isto compilatore nunquam verae tribuuntur origini, sed semper Concilio cuidam, Aurelianensi maxime, regiae auctoritatis quovis extincto vestigio, vindicantur.

dem benigne ac benevole Codices praestantissimos e longinquis arcessendo occasionem mihi dare atque facultatem, egregium et copiosissimum colligendi apparatum criticum, et multarum rerum acquirendi notitiam, quae ad propositum negotium maxime erat necessaria, dignatus est. Haud exiguum praeterea operi meo subsidium attulit Vir ille Excellentissimus, quem iam ad coelestium sedes esse evectum vehementer omnes dolemus, *Ancillon*, qui rebus regni Borussici externis praeerat, cuius auctoritati benignaeque suffragationi accuratissimam nonnullorum Codicum Vaticanorum debeo scientiam. Gravi porro mihi fuerunt adiumento Vir Cel. *de Savigny*, qui, qua assolet, liberalitate Codicem egregium bibliothecae suae, in quo memoratu dignissima continetur canonum collectio*), inspiciendum conferendumque per longum concessit tempus, et Viri DD., *Haenel*, *Richter et Röstell*, qui praestantissimos Codices vel apographa officiose mecum communicaverunt. Liberalem denique facilitatem in aperiendis bibliothecis subministrandisque Codicum collationibus, bibliothecarum celeberrimarum mihi praebuerunt praefecti, VV. CLL., *Letronne* (Paris.), *Kopitar* (Vienn.), *Iacobs* (Goth.), *Schoenemann* (Guelpherbyt.), quibus omnibus et singulis gratissimum contestor animum, nunquam memoria periturum.

Iam vero, antequam ipsam, qua usus sum in adornanda mea editione, rationem exponam atque methodum, quaedam monenda mihi esse videntur de vita Reginonis eiusque operibus.

Natus est, secundum Annales Prumienses**), Regino ex nobilissimis parentibus in loco, qui dicitur „*Alta ripa*", id est *Altrepium* ad Rhenum. Receptus inter monachos coenobii Prumiensis, ordini Benedictinorum inscripti, anno 892, ut ipse in Lib. II. Chronicorum ad h. a., et Annales Prumienses testantur, Faraberto, monasterii illius abbati,

---

*) Cf. librum meum, qui inscribitur: *Beiträge zur Kenntniss der vorgratianischen Kirchenrechtsquellen (Leipzig*, 1839.), pag. 34. seqq.

**) *Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde*, *B.* 3., *S.* 291. seqq.

qui dignitate sua sponte abdicaverat, per electionem fratrum successit usque ad annum 899, quo, aemulis agentibus*), iniuriose depositus est, atque Richarium, comitum Gerhardi et Matfridi fratrem, successorem habuit. Quaenam autem huius depositionis fuerint causae, non constat, neque ipse eas Regino publici iuris fecit, certe nihil de hac re ad nostram pervenit aetatem**). Inde ab anno 899 in monasterium Treverense S. Maximini se contulit***), ibique literis deditus duos Chronicorum conscripsit libros pluresque epistolas †), atque singulari gaudebat consideratione atque observantia Ratbodi archiepiscopi Treverensis, quae quidem inprimis apparet ex mandato huius, canonum de rebus synodalibus et disciplinis ecclesiasticis faciendi collectionem, usui in praxi et foro dioecesis destinatam. Hinc causa et origo operis nostri, quod quidem anno 906, aut certe paullo post conscriptum esse, ex duabus sequitur epistolis formatis, libro primo (c. 450. 451.) insertis, quae illo datae sunt anno, neque vero, quod contendunt Hontheim ††) et novissimi Gestorum Treverensium editores †††), Reginonis collectionem in provinciali Concilio Trever. a Ratbodo esse publicatam atque confirmatam, pot-

---

*) Reg. Chron. ad a. 892.

**) Id. ad a. 899: *Eodem anno Richarius abbas Prumiensis constituitur. Qualiter autem erga me actum sit, idcirco in hoc loco notare distuli, ne forte iniuriis provocatus ultra, quam christiana patientia permittit, persecutionis meae causas exaggerasse viderer.* — Ann. Prumiens. (*Archiv* l. l.): (Regino) *curam abbatialem deposuit; quod enim ex deliberatione animi voluntatisque proposito id non egerit, colligi potest ex multiplicibus querelis, quas in distinctis locis libri Chronicorum suorum instituere cernitur. Quia vero ab antiquis decisa, eruta et intermissa studio fuerunt, quae ipse hac de re luculenter exarasse animadvertitur, ideo usque hodie causa et circumstantiae negotii delitescunt.*

***) Sic narrant Ann. Prum. (*Archiv* p. 293.), sed in aliis Ann. item Prum. (*Archiv* p. 294.) Regino a Ratbodo archiep. monasterio S. Martini Trev. praepositus esse dicitur, sepultus tamen in coenobio S. Maximini.

†) *Trithem.* in Catal. ill. virorum Germ. (Trai. 1495. fol. IX.) Reginonem multos sermones et librum unum epistolarum ad diversos scripsisse contendit. Sed de sermonibus nullus, de epistolis una tantum ad Ratbodum archiep. hodie exstat, de qua cf. *Catal. libb. mss. bibl. Lips. civit.* ed. *Naumann* p. 51. num. 169.

††) *Honth.* Prodrom. Hist. Trev. I. p. 302.

†††) *Wyttenbach* et *Müller*, Aug. Trevir. 1836. Tom. I. App. p. 27.

est probari, quum ea Gestorum verba (cap. XLIII.), quibus illi nituntur, evidentissime aliud respiciant opus, Rotgeri scilicet archiepiscopi Treverensis compilationem *). Diem tandem supremum obiit Regino anno 915, sicut apparet ex inscriptione epitaphii eius, anno 1581 in monasterio S. Maximini inventi. Verba servata haec sunt**):

*Fessa Reginonis continet ossa.*
*Abbas egregius praefuit ipse pius*
*Coenobio quondam Prumiensi moribus almis*
*Postquam* . . . . . . .

A. DCCCCXV.

Iam, quod attinet ad conditionem nostrae collectionis eiusque fontes et fata, ad rationem inprimis, qua ab aliis collectoribus adhibita est atque collata, fusius hac de re tractavi in libro meo supra cit. ***), quam ob causam summam rerum breviter h. l. comprehendere facile sufficiet.

Reginonis opus forensi destinatum erat usui, quod quidem tam ex mandato Ratbodi, quam ex praefatione ad Hatthonem, et ex natura ac conditione ipsius apparet collectionis. Hinc divisio in duos libros, quorum alter de clericis rebusque ecclesiasticis, alter de laicis eorumque criminibus agit. Quum enim causae synodales aut ad clericorum ecclesiarumque pertinerent inspectionem et visitationem, aut ad laicorum emendationem, ex rerum natura distributio illa profecta est, neque Martino Bracarensi Regino auctore egebat †) et exemplo. Hinc illae singulis antepositae libris instructiones et formulae inquisitionis, quibus episcopus vel vicarius eius ducibus synodum habere posset, hinc sacramentorum in synodo habendorum exempla, ex forensi dioecesis Treverensis consuetudine, ut videtur, repetita, hinc denique epistolae illae formatae, Ratbodi archiepiscopi Treverensis nomini inscriptae.

---

*) Cf. *Kritische Jahrb. für deutsche Rechtswissensch.* 1838. p. 485.

**) Cf. *Archiv*, p. 293.

***) *Beitr.*, p. 1—33.

†) Hoc quidem contenderunt Baluzius in Praef. ad ed. Reg. c. VIII., et Ballerinii, de ant. collect. P. IV. c. 11. §. 2. (Galland. T. I. p. 631.).

Utriusque libri capitula, ex conciliorum canonibus et pontificum decretalibus, ex capitularibus regum Francorum et iure Romano, ex scriptis patrum ecclesiasticorum et libris poenitentialibus desumta confirmant, roborant accuratiusque definiunt ea, quae in formulis et rubricis cuique antepositis libro continentur, quamobrem ordo quoque capitum maxima ex parte illarum sequitur seriem *).

Iam, quod ad fontes, ex quibus Regino hauserit, attinet, ante omnia inter diversissima fragmentorum genera distinguendum est.

Ac primum quidem canones Graeci, Africani, Gallici et Hispani atque decretales, quot in Dion.-Hadriana et in Hispana continentur, non ex duobus his ipsis, sed ex collectionibus serioribus intermediis desumti sunt, idque innuitur inscriptione illa capitis 118. Libri I.: *Ex epistola Innocentii P. cap. CCCLXXVII.*, qua collectio quaedam significatur, cuius c. 377 illam Innocentii exhibet epistolam, recepto illo simul cum capite numero. Ceterum iam Baluzius cognationem indagaverat, quae intercedit inter Reginonis aliasque antiquiores compilationes, Halitgarii inprimis et Rabani (Reg. ed. Baluz., praef.), atque Ballerinii **) collectionem Vaticanam detexerant, qua evidentissime Regino usus est, undeque epistolam illam Innocentii decerpsit, quae ibi invenitur cap. 377. Quum autem apographum huius collectionis Vaticanae nactus, accuratius eam in libro meo cit. descripserim, h. l. admonere sufficiet, totam Vaticanam quatuor constare libris, quorum tres prio-

---

*) Inprimis hoc apparet in secundo libro, quum in primo magis Regino a formularum ordine decesserit, sicut haec demonstrat comparatio: Lib. I. c. 1—51 = Form. I. 1. 13—16.; c. 52—66 = 3. 4. 74. 75. 6.; c. 67—77 = 7. 9. 5.; c. 78—174 = 8. 54. 68. 37. 17—24.; c. 175—190 = 25. 26. 28. 29. 31. 33. 27.; c. 191—219 = 43. 60. 62. 44. 32. 33. 27. 29. 34—36. 38. 40.; c. 220—278 = 41. 42. 45—55.; c. 279—348 = 56—58. 42. 59—67.; c. 349—455 = 45. 22. 69—73. 76—96. — Lib. II. c. 6—97 = Form. II. 1—14.; c. 98—265 = 15—37.; c. 266—314 = 38.; c. 315—353 = 39—41.; c. 354—395 = 42—57.; c. 396—418 = 58. 59.; c. 419—442 = 60. 64—68. 70—74. 76—79. 83—86. — Nonnullis formularum rubricis nulla in contextu respondent capita, aut, quia singulari confirmatione indigere illae non videbantur, aut (quod in secundo maxime libro factum est), quia iam in altero libro de hac re actum erat.

**) Galland. Tom. I. p. 607.

res ex patrum ecclesiasticorum scriptis regulisque conflati sunt, quartus vero „ex sacrorum canonum orthodoxorumque patrum institutis“ decerptus, solus a Reginone adhibitus est, atque in nonnullis Codd. segregatus a tribus prioribus libris, cum collectione, quae dicitur Dacheriana, coniunctus invenitur *). De auctore Vaticanae nihil constat; nam Spelmanni opinio, qui Egbertum appellat, iam a Balleriniis, et Theineri, qui Burchardum Wormatiensem, a me loc. cit. satis refutatae sunt; ceterum conscripta esse videtur in Gallia post medium seculum octavum, quoniam Bedae et Gregorii opera recentissima sunt documenta, quae citata invenies. Quae collectio, quantum a Reginone sit adhibita et expilata, iam nuper **) exposui, sed praeterea et ex hac ipsa apparebit mea editione, et e tabula synoptica in App. addita, qua ratio exponitur, quae est inter Reginonis opus et praecipuas canonum collectiones ante et post eum adornatas.

Praeter Vaticanam Regino collectione antiqua canonum poenitentialium usus est, quam tribus libris comprehensam d'Achery in Spicilegio ***) edidit (Dacherianam breviter appellamus), et Halitgarii Cameracensis episcopi compilatione †), quae utraque inter se et cum Vaticana intima coniunctae sunt cognatione, qua de re in: *Beitr. p.* 9. 10. tractavi atque simul ea enumeravi capita, quae Regino ex illis desumsit. Quartus denique fons Rabani est epistola ††) ad Heribaldum Autisiodorensem episcopum, sed nihilominus plura insuper restant apud Reginonem fragmenta ex conciliis Graecis, Africanis, Gallicis, Hispanis, ex pontifi-

*) E. g. in Cod. Vat. 1347. et Cassin. 552. — Haud dubie simili Regino Codice utebatur, quia et ex solo hausit quarto libro, et ex collectione Dach. — Cod. biblioth. publ. civit. Trever. 144. tres priores tantum exhibet libros, sed tertium mutilum. — In Cod. Vat. 1352. et Oxon. (Spelmann, Concil. Brit. Tom. I. p. 275.) omnes quatuor exstant libri.

**) *Beitr.*, p. 8.

***) Ed. II. Paris. 1723. fol. Tom. I. p. 510. seqq.

†) Canis. Lection. ant., ed. I. Basnage. Antverp. 1725. fol. Tom. II. P. II. p. 88. seqq.

††) Impressa est inter cet. in App. ad Regin. ed. Baluz. Paris. 1671. 8.

cum usque ad Gregorium II. decretalibus, quae in quatuor his desunt collectionibus, neque vero, unde ea, sicut et rarissima Pseudoisidori capita, desumserit Regino, indagare mihi contigit; collectio certe, quae dicitur Anselmo dedicata, quamquam non pauca illorum exhibet fragmentorum, pro fonte habenda non est, quum, quae huius sunt peculiaria (e. g., quod Statuta eccl. ant. vel canones concilii Carthag. IV. vulgo sic dicti semper allegantur: *Ex Concilio hab. apud. Valentias)* apud nostrum desint Reginonem. *(Beitr. p.* 11.*)* Haec de primo capitum genere, scilicet quod pertinet ad canones et decretales, quot et quales Hadriana et Hispana continentur.

II. Loci ex antiquorum patrum ecclesiasticorum scriptis, nonnulla ex Benedicti regula, atque ex operibus Ambrosii, Hieronymi et Ferrandi si exceperis fragmenta, ex Vaticana desumti sunt.

III. Canones recentiorum conciliorum Germaniae et Galliae*), quae uberrimam Reginoni dederunt materiam, fere omnino ex singulis singulorum hausti esse videntur documentis, aeque ac fragmenta ex decretalibus Nicolai I; fontem vero, ex quo canones Wormatienses, scripta Rabani et capitula Hincmari depromsit Regino, in Codice Darmst., olim Colon. num. 118. (4⁰ sec. X.) inveni et in: *Beitr. p.* 13. seqq. descripsi.

IV. Capitularia regum Francorum tam ex Ansegisi et Benedicti operibus, quam ex aliis eiusmodi repetita sunt compilationibus, quales Pertz in Monum. Germ. hist. Tom. III. praef. multas enumerat *(Beitr. p.* 14.*)*.

V. Fragmentorum ex iure Romano fons Breviarium est Alaricianum *(Beitr. p.* 15.*)*.

VI. Canones poenitentiales tum ex Vaticana, tum ex Halitgarii collectione, tum ex Rabani operibus, tum denique ex libro poenitentiali desumti sunt, quem ex Cod. Darmst. modo laud. nuper**) publici iuris feci. *(Beitr.p.*16.*)*

---

*) Inprimis huc pertinent: Concil. Nannetense, Rotomagense, Turon. I. et II., Mogunt. ann. 813, 847, 852, Lauriac. ann. 844, Meldense ann. 845, Wormat. ann. 868, Tribur. ann. 895. (*Beitr. p.* 12. seqq.).

**) *Beitr. p.* 126. seqq.

VII. Iam supra commemoravi, multas a Reginone afferri formulas inquirendi *), iurisiurandi, manumittendi, excommunicandi, quae sine dubio ex ipso fori receptae sunt usu, aeque ac duae, quae allegantur, epistolae formatae.

Omnes hos auctor noster fontes summa cum diligentia adhibuit et cura, neque ullo operis invenies loco depravationem vel adulterationem de industria factam. Sane quidem non paucae inscriptiones aut falsae sunt, aut plane desunt, sed pro maiore id parte fontibus potius, quam Reginoni est tribuendum. Permultos vero collectioni nostrae debemus canones, quos in conciliorum editionibus frustra quaesiveris, e. g. Triburienses, Turonenses, Remenses, Rotomagenses, Moguntiacenses, Risphacenses **). Incertorum denique capitum haud exiguus est numerus, quum saepe nullus a Reginone allegetur fons, sed collectionis Vaticanae et Darmstad. *(Beitr. p.* 20. seqq.) ope, atque hic illic inquirendo, investigando permultorum canonum, qui Baluzio adhuc erant incogniti, eruere mihi contigit originem.

Iam vero nonnulla de Appendicibus addere liceat, quarum haec nostra tres exhibet editio. Ac prima quidem haud multo post Reginonem confecta esse videtur, quum ea Rotgerus, archiepiscopus Trever., usus sit in adornanda collectione sua, ann. 922. vel 927 ***). Ut a Reginone, ita et ab auctore huius App. Vaticana adhibita est, neque vero certum apparet consilium certaque in disponendis fragmentis ratio, aeque atque in duobus aliis App. — Secunda App. serioris est temporis, quum fragmentum exhibeat Con-

---

*) Inquisitionis formula primo anteposita libro simillima est ei, quam Hincmarus in capitulis suis exhibet (Mansi, Tom. XV. col. 477.), atque originem ducit ex admonitione synodali, quae Leoni IV. vulgo tribuitur et mutatis mutandis in universa ecclesia occidentali recepta esse videtur. *(Beitr. p.* 15.)

**) Vid. *Beitr. p.* 12. De Triburiensibus inprimis canonibus, quorum nullus cum 53., quae vulgo huic concilio in editis tribuuntur, capitibus congruit, et de ratione, quae esse videtur inter illos et haec, cf. ibid. p. 21. seqq., 167. seqq.

***) Cf. *Beitr. p.* 17. et *Kritische Jahrb. f. d. Rechtswiss.*, 1838. *p.* 485.

cilii Franconofurthensis anno 952. habiti, atque nonnulla repetit capita, quae iam prima continentur App. Tertiae denique Appendicis, quae apud Baluzium desideratur, auctor ex Vaticana item plura desumsit, atque Reginoni facile coaevus fuisse potest, quia canones Triburienses (ann. 895.) recentissima sunt eius documenta. *(Beitr. p.* 17. 18.)

Haec de argumento et fontibus collectionis nostrae praemonuisse sufficiat. Nunc autem, quae postea experta sit fata, breviter sunt enarranda.

Haud multo post Reginonem incertus quidam criticus plura Reginonis capita, quum non recto ea loco collocata putaret, submovit et secundum alium disposuit ordinem, atque ita ea textus nostri exstitit recensio, quam editiones hucusque omnes plurimique exhibent Codices. Equidem contra, secundum duorum praestantissimorum Codicum (Trev. et Goth.) auctoritatem, pristinum genuinumque restitui textum atque singulis suum dedi capitibus locum. Causa vero, cur emendator ille capitum ordinem invertendum existimarit, satis patet evidenter. Saepissime enim in duobus illis Codd. et in hac mea editione alia collectionis capita a Reginone reperies citata*), in quibus simile tractatur argumentum, idque inprimis ex divisione illa operis in duos libros, quorum alter agit de clericorum, alter de laicorum causis, est profectum. Quum enim canones et decretales magna ex parte ad utramque pertineant rem, neque eodem eam modo discernant, in primi libri capitibus haud raro simul de laicali, quae huc respicit, coërcitione, et in secundo de clericorum sermo est emendatione, quamobrem, ne eadem repeterentur, sufficiebat allegare locos, quibus illa iam exstabant capita. At criticus noster allegationibus illis significari putabat, capita citata suis esse removenda locis, eisque adiungenda capitibus, ubi citentur, idque, sicut ex quatuor Codicibus et in editionibus prioribus videmus, tam inepte fecit, ut falsarum multarum inscriptionum corruptorumque locorum exinde fluxisse fontem constet. En nonnulla capitum hoc modo permutatorum exempla:

---

*) I. 62. 212. 215. 254. 275., II. 390.

In fine Lib. I. cap. 62. reperies citatum: *De alterius parochiano require Lib. II. cap. CCCCXXI.*, quo loco cit. canon Nannetensis exstat, qui de simili, ac I. 62., agit argumento. Hunc autem emendator iste inter c. 62. et 63. Libri I. collocavit sub inscriptione: *Ex Concilio Nannetensi CCCCXIX.* *), ita, ut prior capitis numerus negligentia illius retineretur, atque talis item est huius capitis in omnibus Codd. interpolatis et apud Hildebrandum et Baluzium locus et inscriptio.

Ad Lib. I. cap. 67. adnotatur: *Require cap. CCCXLVIII.*, quod igitur a critico nostro capiti 67. est antepositum, sed tam inepte, ut utrumque unum existeret, inscriptione secundi capitis praemissa, quasi et prior pars ex Concilio Wormatiensi sit desumta.

In fine Lib. I. cap. 181. additum est: *Require cap. CCCXCIII. Lib. II.*, quamobrem hoc in recensione interpolata illi adiunctum invenies, atque ita multa praeterea capita suo remota sunt loco et in alio collocata **), idque, velut in ed. Baluz., facillime eo conspicitur, quod plura sub uno exstant numero capita, quum interpolator, ne omnes permutari necesse esset numeros, remotos canones novo loco sub antecedentis capitis adiunxerit numero. Neque ille vero indicem capitum aeque correxit, qui igitur in omnibus Codd. genuinum exhibet ordinem; atque ita non levem Baluzius impenderet laborem oportuit, ut cum textu indices congruerent (praef. c. 25.).

De collectionibus denique X., XI. et XII. seculi, in quibus componendis nostrum Reginonis opus adhibitum esse apparet, in lib. cit. p. 20—33. fusius locutus sum, neque genuinam tantum recensionem, sed etiam interpolatam posterioribus usui fuisse auctoribus probavi. Atque illius quidem vestigia deteximus in hisce collectionibus: Codicis

*) De hoc numero cf. infra L. I. c. 62. not. *)

**) Cf. L. I. c. 276. 277. 328—333. 350. 402. 405. 420. 431. Lib. II. c. 304. 305. 393. 422. 428. 430. 431., quorum tamen nonnullis citata illa desunt, ita ut aut librariorum negligentia omissa ea, aut emendatorem nostrum ex arbitrio permutasse putes ordinem.

Darmstad., olim Colon. num. 124., quae inprimis ad restituendos canones Triburienses maximi est momenti *(Beitr. p.* 21. seqq.*)*, Cod. univers. lit. Lips. num. 668. *(Beitr. p.* 28. 29.*)*, et Cod. Guelpherbyt., int. Helmst. num. 454., quam non sine iure Rotgero, archiepiscopo Trever. adscripsisse mihi videor *(Beitr. p.* 29—30.*)*. Interpolatus autem textus adhibitus est in collectione Codicis Vienn.*), iur. can. num. 99. *(Beitr. p.* 29.*)*, et in Saviniana, quam accuratius descripsi in: *Beitr. p.* 34. seqq., cuiusque auctor praeter alia sacramentorum nonnullas ex Reginone desumsisse formulas videtur. (Cf. Reg. L. II. c. 239. not. b), c. 240. not. c)). Sed omnium maxime Reginonem**) et tres Appendices expilavit Burchardus Wormatiensis episcopus in conscribendis decretorum suorum libris XX. De ratione et methodo, qua hoc Burchardus fonte usus sit, iam supra, accuratiusque in lib. cit. p. 30. 31. egi, neque repetere ea mihi videtur necessarium, quum per totam editionem semper Burchardiana, quae singulis Reginonis respondent locis, respexerim capita, falsasque Wormatiensis officinae merces et adulterationis, quam poterat fieri maxime, indigitaverim causas. Collectores, qui Burchardum secuti sunt, Reginonis opus fere prorsus non adhibuisse, Ivonemque Carnotensem episcopum procul dubio tria tantum exinde desumsisse capita (Decr. L. VI. c. 433—435. = Reg. L. I. c. 449—451.), mirum non videtur, quia Burchardi, Anselmi, Ivonis opera ob multo uberiorem rerum copiam maiorem nacta essent auctoritatem, quam nostra collectio, quae angustioribus circumscripta finibus, omnino fere reprimebatur; ideoque Gratianum ea usum esse, non est verisimile, et quamquam non pauca in huius exstant Decreto capita***),

---

*) Notitia certe, quam Theinero *(Ueber Jvo's vermeintliches Dekret, p.* 16.*)* de hoc Codice debemus, nullum exhibet genuinae recensionis vestigium.

**) Et quidem secundum interpolatum textum, quod apparet ex Burch. L. II. c. 91. 92. (Reg. L. I. c. 62. not. 179), not. n)), et L. V. c. 2. (Reg. L. I. c. 67. not. 187)).

***) C. XIII. q. 2. c. 30—32. (Reg. L. II. c. 92. 93.), C. XXIII. q. 8. c. 5. 6. (Reg. L. I. c. 169. 177.), C. XXVII. q. 1. c. 14. 15. (Reg. L. II. c. 163. 162.), Dist. V. De poen. c. 2. 3. (Reg. L. I. c. 317. 318.).

quae apud Reginonem secundum similem collocata ordinem, aut ibi tantum invenies, quum omnibus ceteris desint collectionibus, tamen, imperfectam mancamque si respicimus notitiam, quam habemus, canonum collectionum ante Gratianum confectarum, multum obstat, quominus ex singulorum capitum apud Gratianum et solum Reginonem similitudine, illum ex huius hausisse opere, certo possimus concludere. Nihilominus autem multa Gratianus Reginoni, auctoribus Burchardo et Ivone, debet, Burchardianaeque merces, quae in Decretum Gratiani irrepserunt, nonnisi ipsius nostrae collectionis ope purificari possunt atque mundari, aeque atque in Compilationibus I et II, et in Decretalibus Gregorianis, ubi multa Reginonis a Burchardo adulterata fragmenta invenies recepta. *(Beitr. p.* 32. 33.*)*

Quam modo exposui causam, cur ante Gratianum Reginonis opus sit neglectum, multo eadem magis etiam post Gratianum exstabat; huius enim Decretum et decretalium collectiones authenticae omnibus ceteris palmam praeripuerant operibus ita, ut hoc ex tempore collectionem nostram prorsus videamus obliteratam. Correctoribus Romanis ignota erat, certe nunquam ab eis allegatur, et *Bellarminus* de Reginone ait*): „*dicitur etiam scripsisse de disciplina christiana libros duos, quos exstare non puto.*" Primus, qui eos in lucem protraxit, fuit *Corn. Schulting*, in cuius libro: *De disciplina ecclesiastica*, *Colon.* 1598. 8. pluries nostrae collectionis mentionem factam legimus. Uberrimam porro eadem materiam praebuit *Morino* in opere eius de poenitentia**), in quo permulta Reginonis capita ex eodem, quo Baluzius usus est, Codice Parisiensi citata sunt atque impressa. Medio seculo XVII *H. Iul. Blumius****)*, quum Moguntiae in bibliotheca monasterii S. Iacobi Codicem egregium Reginonis reperisset, constituit, „eum recen-

*) De scriptor. eccles. Paris. 1658. 8. p. 274.

**) *Commentarius historicus de disciplina in administratione sacramenti poenitentiae XIII primis seculis in ecclesia occidentali et hucusque in orientali observata*, *auct. I. Morino. Paris.* 1651. *fol.*

***) *Adelung*, *Fortsetz. v. Jöcher's Gelehrtenlexic.* s. h. v.

sere, addere notas atque indicare, quid ex quoque concilio esset petitum, tum tradere typographo, qui nulla facta auctoris mentione codicem excuderet*)." „Sed postquam publicis negotiis variisque ad diversos principes susceptis legationibus vacare" eum „voluit elector Moguntinus, non fuit tantum ab illis otium reliquum, ut coeptum negotium perfici potuisset." Paucis annis post *Ioach. Hildebrandus*, S. Theol. Dr. et SS. Antiqq. ord. Prof. Helmstad., inter Codices bibliothecae Iul. Helmst. canonum collectionem detexit, quam, etsi auctoris nomen in ea non erat commemoratum, Reginoni esse tribuendam vere ratus, edendam curavit (Helmst. 1659. 4.). Impresso iam opere, ex auctoritate *Augusti*, Brunsvicensis Ducis, Codicem Moguntinum, quem *Blumius* iam viderat, et apographum Codicis Viennensis nactus, duas appendices editioni *Hildebrandus* adiunxit, in quibus varias ex duobus his Codd. affert lectiones pluraque capita, quae in utroque post ipsam Reginonis inveniuntur collectionem. Haec autem editio princeps futilis est planeque inutilis, quum textum innumeris in locis ex arbitrio *Hildebrandus* permutaverit, hic addiderit aliquid, illic resecaverit ita, ut genuinam vix possis agnoscere lectionem, neque integrum habeas Reginonem, sed mutilatum et crudeliter dilaceratum; nulla plane, rarissima in app. si exceperis frusta, fontium cuiusque capitis allegatio, nulla falsarum inscriptionum emendatio. Quamobrem *Baluzius*, ad quem *Hildebrandus* suum transmiserat opus, novam editionem minime esse superfluam, non sine iure ratus, adhibito Codice Parisiensi, quo Morinus iam usus erat, iterum Reginonem edidit (Paris. 1671. 8.), idque tam eximie atque egregie, ut vix addi aliquid posse videretur: sui singulis addicti capitibus fontes, falsae inscriptiones correctae, ratio, quae intercedit inter Reginonem et Burchardum, exposita tam in praefatione, quam in margine cuiusque canonis, allegatis Burchardi respondentibus capi-

---

*) Haec et seqq. sunt verba epistolae, quam *Blumius* ad *D. Polyc. Heylandum*, *Augusti*, Ducis Brunsvicensis consiliarium intimum misit, quamque Hildebrandus in Codice Mogunt., nunc Guelph. invenit atque in app. editionis suae publici iuris fecit.

tibus, notae summa plenae eruditione additae, fides illa denique ubivis, ac diligentia et cura, quam omnium *Baluzii* operum propriam atque peculiarem esse videmus. Attamen contextus huius editionis est interpolatus neque genuinus, lacunas Codicis Parisiensis ex editione *Hildebrandi* explevit *Baluzius*, atque ita multas Helmstadiensis editoris recepit merces, collectio Vaticana, Dacheriana et ratio, quae est inter eas et Reginonem, ignotae erant Baluzio, ideoque plurimorum capitum fontes incerti, qui illarum ope collectionum facile poterant indagari. En vitia, quibus Baluziana editio non sua laborat culpa! Post Baluzium emendando Reginonis contextui plane nullam navatam esse operam videmus. Parisiensem quidem editionem, quum rariora adhuc eius exstarent exempla, *Comes Aloysius Christiani* *) denuo typis exprimi curavit (Vienn. 1765. 4.), hoc autem tam ad verbum factum est et literam, ut vel menda typographica Baluzianae editionis repetita **) invenias, atque ita non immerito audaciam mireris comitis, suum titulo nomen inscribentis, quum ne levissimam quidem libro ipse imbuerit operam, neque tantillum, excepta praefatione et dedicatoria ad Mariam Theresiam Imp. epistola, ex propriis addiderit literarum studiis, quamquam Viennensis Codex haud spernendam praebebat occasionem. Praeterea *Hartzheim* quoque Baluzii textum notasqne marginales in Collect. Concilior. Germ. Tom. II. p. 438—582. recepit, formulas autem inquirendi, utrique Reginonis praemissas libro, invenies apud *Hontheim*, Prodrom. Hist. Trev. p. 350. seqq. ***).

---

*) Minime vero *I. A. Rieggerus*, quem *Walterus* aliique appellant.

**) E. g. I. 64. i. m.: *Burch. Lib.* 6. (leg.: *Lib.* 5.), I. 74. i. m.: *Burch. Lib.* 5. (l.: *Lib.* 4.), I. 103. i. m.: *Burch. Lib.* 2. *c.* 116. (l.: *c.* 115.), I. 123.: *quasi hereditatio iure* (l.: *q. hereditario. i.*), I. 187. i. m.: *Burch. Lib.* 2. *c.* 185. (l.: *c.* 165.), I. 330. i. m.: *Burch. Lib.* 19. *c.* 26. (l.: *c.* 76.), I. 336. not.: 278., 280., 282. (l.: 378., 380., 382.), II. 9. i. m.: *Burch. Lib.* 6. *c.* 5. (l.: *c.* 4.), II. 31. i. m.: *Leg. Longob. tit.* 9. 2. 29. 30. (l.: *tit.* 9. *c.* 29. 30.), in adnot. ibid.: *libros septem Cap.* (l.: *l. quinque C.*), II. 55. med.: *inferenda* (l.: *inferendas*), II. 206. i. m.: *Burch. Lib.* 18. (l.: *Lib.* 17.), II. 360. i. m.: *Burch. Lib.* 10. *c.* 13. (l.: *c.* 12.), II. 410.: *obturatis* (l.: *obduratis*) et cet. Nonnulla horum iam in mendorum tabula, Baluzianae editioni annexa, indicata sunt!

***) Non totam collectionem, quod contendit *Walterus* (*Lehrb. d. Kirchenr. Bonn.* 1836. p. 189. 190. not. h.).

Iam vero usque eo res devenit, ut de subsidiis et consilio huius editionis ratio mihi sit reddenda. Ac primum quidem hi a me adhibiti sunt Codices:

I. *Reginonis.*

1) Cod. biblioth. publ. civit. *Treverensis* *) num. 1362, 4. sec. X. foll. 207. — Erat antea monasterii beatae Mariae virginis in lacu, et tum in possessionem *Hermesii* transiit, qui eum ann. 1823. bibliothecae Trever. donavit. — Exhibet hic egregius Codex textum genuinum Reginonis, de quo supra exposui, et praefationem ad Hatthonem archiep. Mogunt., valde autem dolendum est, quod tota deest quaternio (Lib. I. c. 296—308.). Libro II. adhaerent priora 26. capp. appendicis I., fragmentum capitulorum, quae dicuntur Angilramni, atque canones et decretales plures de clericorum accusatione.

2) Cod. *Gothan.* num. 131, 4. sec. X. foll. 130. Item continet integram recensionem, sed in fine mutilus est, quum desinat in c. 340. Libri II. Cf. *Jacobs und Uckert, Beitr. zur ältern Lit. Leipz.* 1836. *B.* 2. S. 133.

3) Cod. *Guelpherbyt.*, inter Helmst. num. 32, olim Remensis, fol. maj., sec. X. XI., foll. 188. (Ex Flacii Illyrici bibliotheca). Textus interpol., ex quo Hildebrandus suam adornavit editionem. Praeter Reginonis collectionem et App. I. (fol. 15—118.) hic Cod. exhibet: Prologum coll. Hispanae, catalogum Pontificum (cf. *Jen. Allg. Lit. Z.* 1838. num. 5. p. 37.), excerpta nonnulla ex Burchardi decreto, duas Bernwardi episcopi Hildeshem. epistolas, formulam synodi habendae et Concilium Remense anni 992.

4) Cod. *Guelpherb.*, int. August. 83. 21., olim monasterii S. Iacobi apud Mogunt. (eundem vidit Blumius) 4., sec. X., foll. 172. — Textus interpol. — Fol. 1—18. exhib.: Fragmentum allocutionis in synodo habendae, epi-

*) Primam huius Codicis notitiam benigne ac benevole mecum communicavit V. Ill. *Behrnauer*, intimus in ministerio rebus sacris et scholasticis praeposito consiliarius.

stola Nicolai P. scripta Michaheli Constantinop. Imp. propter depositionem Ignatii ep., ordo celebrandi concilii, formula synodi habendae, canon de synodo Luitberti apud Moguntiam habita (cf. *Beitr.* p. 22.) et ordo Romanus, qualiter concilium commune peragatur; fol. 19—160. sequitur Reginonis opus, App. I. c. 1—28. et App. II.; fol. 161—172.: Epistola Gerhardi ad Fridericum, archiep. Mogunt., Zachariae epistola ad universos episcopos et cet. per Gallias et Francorum provincias constitutos, Gregorii V. epistola ad Willigisum, archiep. Mogunt. (cf. *Beitr.* p. 189. seqq.) et Augustini epistola ad Aurelium.

5) Cod. *Vienn.*, int. theol. num. 79. fol., sec. XI., foll. 177., quem accurate descripsit *Denis*, Catal. Codd. mss. Theolog. I. 3. pag. 1207. seqq. — Huius Codicis adhibui exemplum, iam Hildebrando communicatum, nunc in bibliotheca Guelpherb. asservatum. Praeterea selectorum capitum collationem cum orig. Cod. liberalitati debeo V. Cl. *Kopitari*, biblioth. imp. praef. — In Codice continentur praeter ipsam collectionem, App. I. c. 1—28. App. II. et III. Textus interpol.

6) Cod. reg. *Paris.*, fonds de l'Oratoire, num. 20., fol. mai., sec. XI. — Hunc Codicem, qui Baluzianae inservivit editioni et interpolatam exhibet recensionem, App. I. c. 1—28., et App. II., non ipse inspexi, sed accuratam eius notitiam, selectorumque capitum collationem benigne ac liberaliter mecum communicavit V. Cl. *Letronne*, bibl. reg. Paris. praef.

In *Vaticana* quoque tres a *Theinero* inventos esse Reginonis Codd., nuper quidem nunciabatur mihi, rogitanti autem mihi accuratiorem eorum descriptionem nihil respondere satius ille habuit. Praeterea apud *Binterim*, *Pragmatische Geschichte der deutsch. National .... Concilien*, *B.* 1. *S.* 256., alium Codicem Reginonis citatum nuper cognovi, serius tamen, quam ut ad editionem meam eum adhibere potuissem. Ceterum haud magnum Codici illi tribuendum esse videtur momentum, quum, quod ex libro cit. apparet, interpolatam contineat recensionem.

II. *Aliarum collectionum Codices:*

1) Exemplum meum *Codicis Vaticani* 1352, collatum cum *Cod. Vat.* 1347, in quo utroque collectio illa exstat, quam Reginonem adhibuisse supra et in *Beitr.* p. 4. seqq. exposui.

2) *Cod. Darmstad.*, olim Colon. num. 118. sec. X. (cf. supra et *Beitr.* p. 13.)

3) 4) 5) *Codd. Darmstadd.*, olim Colon. num. 119, 121, 122, omn. sec. IX, collectionem Dacherianam continentes (*Beitr.* p. 9. not. *)).

6) *Cod. Darmstad.*, olim Colon. num. 124, sec. XI, collectio e Reginone compilata, aeque ac sequens (cf. supra et *Beitr.* p. 20 seqq.).

7) Cod. bibl. univ. *Lips.* num. 668. sec. XIII. Huius et sequentis Codicis notitiam liberalitati V. Cl. *Richteri* debeo (cf. *Beitr.* p. 28.).,

8) Cod. bibl. cathedr. *Merseburg.* num. 103, sec. IX, in quo plures insunt libri poenitentiales (cf. *Beitr.* p. 80. seqq.).

9) Cod. *Guelpherbyt.*, int. Helmst. num. 454, collectionem *Rotgeri*, archiep. Trever. continens (cf. *Beitr.* p. 29.).

10) *Coll. Savin.* ex Cod. bibl. Savinii, olim monast. S. Mariae et S. Corbin. Frising. (cf. *Beitr.* p. 34 seqq. et supra).

11) *Coll. Anselmo dedicata*, et

12) *Coll. Anselmi Lucensis.* Utriusque apographa (illius secundum Cod. Bamberg., huius secundum Cod. reg. Paris. Suppl. lat. num. 1665) V. Cel. *Gust. Haenel* utenda mihi benevole transmisit.

13) *Coll. trium partium* ex Cod. bibl. Berolin. (ms. lat. num. 197. fol. sec. XII).

14) *Ivonis Pannormia*, Cod. eiusd. bibl. (ms. lat. num. 51. 8., sec. XIII).

Ex libris impressis maxime usus sum: *Burchardi Decretorum libris XX* (Paris. 1549. 8.), *Ivonis Decreto* (ed. Molinaeus. Lovan. 1561. fol.), eiusd. *Pannormia* (Lovan. 1557. 8.), *Decreto Gratiani* (ed. Richter, Lips. 1836. 4.), Compil. I. II (ed. Anton. August. Paris. 1609. fol.). Colle-

ctionem *Dionysii* contuli secundum ed. Iustelli (Biblioth. iur. can. vet. Paris. 1661. fol. Tom. I.), *Hispanam* ex rec. Gonzalezii (*Canones*, Matriti 1808, *Decretales*, ibid. 1821 fol.) *Pseudoisidorianam* Merlini (Concil. coll., Paris. 1532 fol.), consului porro Conciliorum collectionem amplissimam *Mansianam* (Florent. et Venet. 1759—1798 XXXI. Voll. fol.), de Germaniae Conciliis *Hartzheimianam* (Colon. 1749 —90 XI Voll. fol.), *Holstenii* Codicem Regularum (Aug. Vindel. 1759 VI Voll. fol.), *Leonis M.* Opp. (ed. Ballerin. Venet. 1757 III. Voll. fol.), *Gregorii M.* (ed. Maur. Paris. 1705 IV Voll. fol.) *Augustini* (ed. Maur. Venet. 1729 XI Tom. fol.), *Canisii* Lect. antiqq. (ed. Basnage, Antverp. 1725 fol. Tom. II. P. II.), *d'Achery* Spicilegium (ed. II. Paris. 1723 fol. Tom. I.) et rell. — Saepius denique adhibita sunt, *Monument. Germ. hist.* ed. Pertz. Tom. III. IV. (Hanov. 1835, 1837 fol.), *Corpus iur. anteiust.* Bonnens., fasc. 1 et 2. (1835, 1838. 4.), et *Cod. Theodos.* ed. Ritter (Lips. 1736—45., VI Voll. fol.).

Iam postremo de consilio huius editionis pauca sunt admonenda. Ante omnia mihi erat propositum, ut genuinum restituerem Reginonis contextum, sed ita, ut ad utendum consulendumque idoneus esset atque aptus. Quamobrem, quod attinet ad capitum ordinem et inscriptiones, omnino, ad textum vero, maxima ex parte Codices Trev. et Goth. secutus sum, calami lapsus locosque corruptos, quos non nimis raros in utroque invenies Codice, ex ceteris, quantum potui, correxi Codicibus, quorum lectiones alioquin, nisi evidenter praeferendae erant, in contextum non recepi; si vero omnes vitiosam exhibebant lectionem Codices, etsi vel ipsum Reginonem sic scripsisse verisimile erat, tamen, ut purus ubique esset contextus, locum e fonte capitis emendavi, illamque in adnotatione indicavi. Notae quidem duplices subiunctae sunt, quarum alterae, literis designatae, fontem cuiusque exhibent capitis et rationem, quae est inter hunc Reginonis locum et Burchardi, Ivonis, Anselmi, Gratiani, quae respondent, capita. Ut haec autem iam primo intuitu perspiciatur cognatio, litera R., B., D., P., A., uncis inclusa denotavi, locum citatum, cui est ap-

posita, ex Reginone vel Burch. vel Ivonis Decreto vel Pannormia vel Anselmo esse desumtum, atque ita haud raro mihi contigit, ut seriem collectionum exponerem cohaerentium, cuius primum Regino, ultimum Gratianus obtinet locum, et in qua prior collectio semper fons est sequentis. Altera porro adnotatio, numeris signata, est critica, in quam omnes varias Codicum recepi lectiones, quibus alius profertur sensus; alia verba eandem sententiam exprimentia tum tantum subiunxi, quum ad cognoscendam Codicum cognationem, et varietatem orthographicam, quum ad historiam orthographiae aliquid afferre mihi videbantur. Ut autem methodus, qua fontibus usus est Regino, et ratio melius cognoscatur, quae existit inter ipsum et alias collectiones, et illorum et harum varias insuper addidi lectiones. Quos denique in margine reperies impressos numeros, ad Baluzianam respiciunt editionem, eosque addendos existimavi, ut facillime capita secundum illam citata in hac mea quoque possint evolvi; ubi autem nullus in margine additus est numerus, in utraque idem est editione.

Haec hactenus. Iam, quid praestiterim, aequi et benevoli diiudicent lectores.

Scribebam Berolini mense Augusto
anni MDCCCXXXIX.

**Wasserschleben.**

# Explicatio signorum, quibus in adnotationibus usus sum.

(A.): ex canonum Collectione Anselmi Lucensis desumtum.
**Anseg.**: Ansegisi Capitularium Collectio.
**Ans.**: Anselmi Lucensis canonum Collectio.
**Ans. ded.**: Collectio canonum Anselmo dedicata.
(B.): ex Burchardi Wormatiensis compilatione desumtum.
**Bal.**: Baluzii editio Reginonis nostri.
**Beitr.**: liber a me editus, qui inscribitur: *Beiträge zur Geschichte der vorgratianischen Kirchenrechtsquellen. Leipzig*. 1839. 8.
**Bened.**: Benedicti Levitae Capitularium Collectio.
**Burch.**: Burchardi Wormatiensis episcopi Decretorum Libri XX.
**Coll. tr. p.**: Collectio trium partium vel tripartita, quae vulgo dicitur.
(D.): ex Ivonis Decreto desumtum.
**Dach.**: Libri III. canonum poenitentialium a d'Achery editi in Spicilegio.
**Darmst. a.**: Codex Darmstadiensis (olim Colon. num. 124.) in libro meo: *Beiträge* .... pag. 20. seqq. descriptus.
**Darmst. b.**: Codex Darmstad. (olim Colon. num. 118.); cf. *Beitr*. .... p. 13. seqq.
**Darmst. c. d. e.**: Codd. tres Darmstad. (olim Colon., num. 121, 122, 123), quibus Libri III. canonum poenitent. a d'Achery editi continentur. — Cf. *Beitr*. ... pag. 9. not. *).
**Decr.**: Ivonis Carnotensis episcopi Decretum.
**Dion.**: Collectio Dionysii exigui.
**Goth.**: Codex Reginonis Gothanae bibliothecae.
**Grat.**: Gratiani Decretum.
**Gud.**: Canonum Collectio IX Librorum in bibliotheca Guelpherbyt. inter Codd. Gudianos num. 212. 8. asservata.
**Guelph.**: Codex Reginonis Guelpherbyt. biblioth. (inter August.)

**Hadr.:** Collectio Dionysii, qualem Hadrianus P. Karolo M. transmisit.
**Hal.:** Halitgarii Cameracensis episcopi canonum poenitentialium Collectio.
**Helmst.:** Codex Reginonis Guelpherbyt., *olim* Helmstadiensis.
**Hild.:** Hildebrandi editio Reginonis.
**Hisp.:** Collectio Hispana a Gonzalezio edita.
**Holst.:** Codex Regularum ab Holstenio editus.
(P.): ex Pannormia desumtum.
**Pan.:** Ivonis Pannormia.
**Par.:** Codex Reginonis Parisiensis.
**Poenit. Darmst.:** Poenitentiale nuper a me in: *Beitr*.... p. 126. seqq. editum e Cod. Darmst. num. 118.
**Poenit. Egb.:** Poenitentiale Egberti Eboracensis archiepiscopi, vulgo Bedae adscriptum. (Ed. Anton. Augustin.)
**Poenit. Merseb.:** Poenitentiale in libro meo cit. pag. 81. seqq. editum ex Cod. Merseburg.
(R.): ex Reginone desumtum.
**Rab. Her.:** Rabani epistola ad Heribaldum.
**Rab. Otg.:** Rabani epistola ad Otgarium.
**Rotger.:** *Rotgeri Treverensis canonum collectio.*
**Sav.:** Collectio XII. partium ex Savinii bibliotheca in libr. meo cit. pag. 34. seqq. descripta.
**Trev.:** Codex Reginonis Treverensis.
**Vat. 1347**, **Vat. 1352**: Canonum Collectio, secundum duos Codd. Vaticanos in libr. cit. pag. 4. seqq. descripta.
**Vienn.:** Codex Reginonis Viennensis.

Impressit Bernh. Tauchnitz jun.

# INCIPIT PRAEFATIO OPERIS SUBSEQUENTIS*).

Sanctae Moguntiacae sedis praesuli ac totius Germaniae primati, *Hatthoni*, Regino Vestrae sublimitatis devotissimus clientulus, praesentis vitae prosperitatem et futurae beatitudinis orat gloriam. Sciens, magnitudinem prudentiae Vestrae non solum iuxta sacrorum canonum sanctiones totius provinciae sollicitudinem gerere, verum etiam totius regni utilitatibus pervigili cura insudare, misi Vestrae celsitudini libellum, quem de synodalibus causis ecclesiasticisque disciplinis iussu et hortatu Domini et reverendissimi *Ratbodi* archiepiscopi, summo cum studio ex diversis sanctorum patrum conciliis atque decretis collegi atque coadunavi, non temere arbitratus, aut omnium librorum copiam Vestris armariis deesse, aut Vestri excellentis ingenii prudentiam quicquam latere, qui locum Vestrae celsitudini caelitus commissum dignitate nobilitatis famosis praeconiis extollitis, qui tantus in omni genere philosophiae estis, ut solus nobis repraesentetis hac decrepita aetate ingenia philosophorum, de quibus illa sollers latialis antiquitas gloriata est. Sed quia Vestra sapientiae supereminens celsitudo in disponendis rebus publicis assidue versatur, fortassis onerosum videtur, ut plurima conciliorum volumina semper Vobiscum longe lateque deferantur, idcirco hunc manualem codicillum Vestrae dominationi

*) Haec praefatio in omnibus deest Codd., excepto Trev.

1

direxi, ut illum pro enkyridion habeatis, si quando plenitudo librorum Vestrorum in praesentiarum non est. Si quem autem movet, cur frequentioribus nostrorum, i. e. Galliarum ac Germaniae conciliorum usus sim exemplis, accipiat responsum et sciat, quia ea maxime inserere curavi, quae his periculosis temporibus nostris necessariora esse cognovi et quae ad susceptum propositae causae negotium pertinere videbantur. Illud etiam adiiciendum, quod multa flagitiorum genera hoc pessimo tempore in ecclesia et perpetrata sunt et perpetrantur, quae priscis temporibus inaudita, quia non facta, et ideo non scripta et fixis sententiis damnata, quae modernis patrum regulis et damnata sunt et quotidie damnantur. Nec non et illud sciendum, quod sicut diversae nationes populorum inter se discrepant genere, moribus, lingua, legibus, ita sancta universalis ecclesia toto orbe terrarum diffusa, quamvis in unitate fidei coniungatur, tamen consuetudinibus ecclesiasticis ab invicem differt. Aliae siquidem consuetudines in Galliarum Germaniaeque regnis in ecclesiasticis officiis reperiuntur, aliae in orientalium regnis, transmarinis regionibus. Monet praeterea scriptura, terminos, id est, leges et decreta, quae patres nostri posuerunt, omnimodis observandos, nec ullatenus temeraria praesumtione transgrediendos, quapropter antecessorum nostrorum vestigia sequens, diversorum patrum diversa statuta in ordine digessi, lectoris iudicio derelinquens, quid potissimum eligere ac approbare malit. Suscipiat ergo hoc parvum munusculum Vestra dignatio ea benignitate, qua devotione missum est a mea exiguitate. Valeat gloria beatitudinis Vestrae hic et in futuro. Amen.

EXPLICIT PRAEFATIO OPERIS SUBSEQUENTIS.

# INCIPIUNT CAPITULA LIBRI PRIMI.


1. Ut canonum statuta sine praeiudicio ab omnibus custodiantur.
2. Qualem ministrum iuxta se episcopus habere debeat.
3. De eadem re.
4. Quod a rege postulandum sit, ut episcopi tempore opportuno ad ministerium sibi commissum vacare possint.
5. Ne episcopi propter suam quietem negligant plebem sibi commissam.
6. De episcopis, qui raro aut nunquam plebes sibi commissas per se ipsos visitant.
7. Ut episcopus ambulet per suam dioecesim.
8. Ut episcopus cum paucis suam parochiam circumeat.
9. Ut si episcopus hoc explere nequiverit, suos vicarios dirigat.
10. Ut episcopi suam dioecesim visitent.
11. Ut episcopus duos solidos tantum a presbytero accipiat, cum suam dioecesim circuit.
12. De episcopis, qui non visitatis parochiis pretium servitutis requirunt.
13. De eadem re.
14. De immunitate ecclesiarum.
15. Quod omnes basilicae in potestate episcoporum sint.
16. De parochiis.
17. Quales ministros episcopi in civitatibus suis relinquere debeant.
18. De tricennali praescriptione.
19. De rebus per XXX annos possessis.
20. De inscriptione temporum.
21. De eadem re.
22. Item de eadem re.
23. De consecranda ecclesia.
24. De libertate ecclesiarum.
25. De termino ecclesiarum.
26. De novis ecclesiis.
27. De eadem re.
28. De manso ecclesiae.
29. De eadem re.
30. De privilegio ecclesiarum.
31. De ecclesiis vel altaribus ambiguis, et ut superflua altaria de ecclesia abiiciantur.
32. De honore ecclesiastico.
33. Quod omnium ecclesiarum dotes ad episcopum pertineant.
34. Unde ecclesiae debeant restaurari et episcopo obsequium exhiberi.
35. De eadem re.
36. De honore ecclesiae Dei.
37. Item de restauratione ecclesiarum Dei.
38. De eadem re.
39. De locis dudum sacris.
40. De ecclesiis destructis.

41. De eadem re.
42. Item de eadem re.
43. De decimis.
44. De eadem re.
44. b. Quando aliquis novale collaboraverit.
45. De eadem re.
46. De eadem re.
47. De eadem re.
Ut episcopi circumeant parochias sibi commissas et ibi inquirendi studium habeant de incestu, de parricidiis, adulteriis et alia mala[29]), quae contraria sunt Deo[30]), quae Christiani devitare debent, et infra illorum parochias ecclesiarum, quibus[31]) necesse est, emendandi curam habeant. Similiter tam[32]) nostras a nobis in beneficium[33]) datas, quam et aliorum[34]) summo studio praevideant[35]).

C. XI. *Ut episcopus duos solidos tantum accipiat, cum suam parochiam circumit.*

Ex Concilio Bracarensi[l]).

Placuit, ut nullus episcoporum, cum suas dioeceses vi-

C. IX. i) c. 36 med. Concilii Tolet. IV. hab. ann. 633. — Coll. Dach. II. 73. (fons). — Burch. I. 87. (R.), Decr. V. 193. (B.). C. X. qu. 1. c. 11.

C. X. k) c. 1. Capitular. Karoli M. Aquisgran. ann. 813.

C. XI. l) c. 2. Concil. Bracar. II. ann. 572. — Dach. II. 72 (fons). C. X. qu. 3. c. l.

C. IX. 28) *probabiles aut diac.:* orig. Dach. Grat.

C. X. 29) sic orig. et omnes Codd., excepto Goth. et Darmst. a, qui exhib.: *aliis malis.* 30) *quae in sacris scripturis leguntur:* add. orig. 31) *ecclesiae, cui:* orig. 32) deest Trev. orig., sed in nonnullis Codd. orig. exstat cf. Pertz. Monum. T. III. p. 188. not. a. 33) *beneficio:* orig. 34) *aliorum ubi reliquiae praeesse videntur:* orig.; quae ap. Reg. sequuntur, desunt in orig. 35) *provid.:* Hild. Bal. mutar.

C. XI. 36) *perambulant:* orig. Dach.

sitat [36]), praeter honorem cathedrae suae, id est, duos solidos, aliquid aliud per ecclesias tollat, neque tertiam partem ex quacunque oblatione populi in ecclesiis parochialibus requirat, sed tertia illa pars pro luminaribus ecclesiae vel recuperatione [37]) servetur et singulis annis episcopo exinde ratio fiat. Nam si tertiam partem illam episcopus tollat, lumen et sarta tecta abstulit ecclesiae.

C. XII. *De episcopis, qui non visitatis parochiis pretium servitutis requirunt.*

Ex Concilio apud Triburias habito temporibus Arnulphi regis, cap. XXVI [m]).

Delata est coram sancta synodo querimonia plebium eo, quod sint episcopi quidam nolentes ad praedicandum vel ad confirmandum suas per annum parochias circumire, qui tamen exigant [38]), ut mansiones, quibus in profectione uti debuerant, alio pretio redimant, qui parare debent. Quae duplex infamia et negligentia et avaritia sanctae synodo horrori fuit magno, et statuerunt, ne quis penitus ultra exerceat id cupiditatis ingenium et ut sollicitiores sint episcopi de suis gregibus visitandis.

C. XIII. *De eadem re.*

Ex Capitulis synodalibus Karoli Imperatoris, cap. XCIV [n]).

Ne vero episcopi occasione praedicandi aut confirmandi oneri essent populis, a nobis admoniti polliciti sunt, se deinceps hoc cavere velle et eo tempore suum ministerium, in quantum facultas datur [39]), exequi, quo eorum

---

C. XII. m) hab. ann. 895. Hic canon non exstat inter impressos, et Correctores Romani ad C. X. qu. 1. c. 9., qui est idem, adnotant, eum in libro ms. privilegiorum ecclesiae Toletanae referri, tanquam cap. 15. Conc. Tolet. IV., neque vero in Hisp. inventus est. Cf. librum meum nuper editum: *Beiträge zur Gesch. der vorgratianisch. Kirchenrechtsquellen*, S. 22—28, 168. — Burch. I. 229. (R.), Decr. V. 341. (B.). — C. X. qu. 1. c. 9: *Ex Conc. Toletan.*

C. XIII. n) Anseg. Capit. L. I. c. 94 (c. 19. Capitul. Aquisgr. a. 817.).

37) *reparatione:* Bal. Hild. Bal. Grat.

C. XII. 38) *exigunt:* Hild. C. XIII. 39) *dabitur:* orig.

profectio, quantum in illis est[40]), his, quibus prodesse possunt[41]), non sit importuna vel onerosa[42]).

### C. XIV. *De immunitate ecclesiarum.*

### Ex eodem Capitulari, tit. CIII. o) [42a]).

Denunciandum est omnibus et a missis nostris ordinandum, ut omnes ecclesiae et presbyteri sub immunitate et privilegio et ordinatione atque dispositione episcoporum singularum parochiarum, in quibus consistunt, secundum auctoritatem canonicam[43]) permaneant.

### C. XV. *Quod omnes basilicae in potestate episcoporum sint.*

### Ex Concilio Aurelianensi, cap. XIII. p).

Omnes basilicae, quae per diversa loca constructae sunt vel quotidie construuntur[44]), placuit secundum priorum canonum regulam, ut in eius episcopi, in cuius territorio positae sunt, potestate consistant.

### C. XVI. *De parochiis.*

### Ex Concilio Chalcedonensi, cap. XVII. q) [45]).

Singularum ecclesiarum rusticas parochias vel posses-

---

C. XIV. o) c. 4. Synod. Karoli II. apud Suession. in monast. S. Medard. ann. 853.

C. XV. p) c. 13. Conc. Aurelian. I. hab. ann. 511. — Coll. Dach. II. 67. (fons). — Burch. III. 8. (R.), Decr. III. 10 (B.), C. XVI. qu. 7. c. 10.

C. XVI. q) hab. ann. 451. (Dion.). — Coll. Dach. II. 68. (fons). — Burch. III. 148. (R.); Decr. III. 106., Pan. II. 64. (D.), et C. XVI. qu. 3. c. 1. (P.) ex Hisp.

40) *erat:* orig. 41) *et debent:* add. orig. 42) In omnibus Codd. verborum in fine huius capitis ordo sic est permutatus: *exequi his, quibus prodesse possunt, non quo eorum profectio, quantum in illis est, sit i. v. o.*, quod inde factum videtur, quod Regino in Codice, ex quo hoc caput desumsit, duarum linearum ordinem ita inter se confuderit, ut posterior: *his quibus prodesse possunt (vel debent) non*, prioris: *quo eorum profectio, quantum in illis est* loco poneretur.

C. XIV. 42a) Sic omnes Codd., sed haud dubie legendum: *tit. IIII.* 43) hic in orig. plura add.

C. XV. 44) *constituuntur:* Burch.; quum autem Decr., ex Burch. haustum, habeat: *construuntur*, haec quoque lectio apud eum praeferenda videtur.

C. XV. 45) Sic Trev. Darmst. a.: rell. Codd.; *Cap. XIX.*

siones[46]) manere inconcussas illis episcopis, qui eas retinere noscuntur, et maxime, si per trecennium eas absque vi obtinentes sub dispensatione rexerunt. Quodsi intra trecennium facta fuerit de his[47]) vel fiat[48]) altercatio, licere eis, qui se laesos asserunt apud sanctam synodum provinciae certare[49]).

### C. XVII. *Quales ministros episcopi in civitatibus relinquant.*

Ex Capitularibus Karoli iunioris, titul. VII.[r]) [50]).

Et quoniam episcopi, qui nostris et suis[51]) communibus ecclesiae et totius regni necessitatibus occupati sunt, non valent cuncta soli prospicere, quae infra fines parochiae illorum perpetrantur, statuimus, ut quotienscunque episcopi a propria civitate digrediuntur, tales adiutores unusquisque in sua civitate relinquat, qui haec omnia prudentissime in sua civitate peragant, et[52]) pauperes sanguine Christi[53]) redempti semper in civitate praesentem inveniant, a quo responsum et consolationem accipiant. In vicis autem et villulis longe a civitate remotis constituat unusquisque episcopus reverendos et cautos atque[54]) prudentia morum temperatos presbyteros, qui sua vice superius statuta modeste perficiant, et ad quos alii presbyteri iuniores et minus cauti suam causam referant.

### C. XVIII. *De tricennali praescriptione.*

Ex epistola Gelasii[s]).

Illud etiam adnecti placuit, ut, si[55]), quod absit, facultates ecclesiae nec non et dioeceses ab aliis, quibus[56]) pos-

---

C. XVII. r) c. 7. Capitul. Karlomanni apud Vernis Palat. ann. 884.

C. XVIII. s) c. 2. Ep. II. ad Siciliens. epp., scr. a. 494. — Coll. Dach. II. 70. (fons). — Burch. III. 149. (R.). Ans. V. 20. Decr. III. 147, Pan. II. 65. (D.), C. XIII. qu. 2. c. 1, C. XVI. qu. 3. c. 2. §. 1. (P.). —

C. XVI. 46) *censemus man.:* add. Goth. 47) *de his:* abest a Coll. Dach. 48) *vel fiat:* desid. ap. Burch. 49) *certari:* Goth. Guelph. Helmst.; *movere certamen:* Vienn. Dionys.

C. XVII. 50) *tit. V.:* Bal. 51) deest orig. 52) *ut:* Guelph. Helmst. Vienn. Bal. 53) *sang. Domini:* Goth. Vienn. 54) *omni:* add. Bal.

C. XVIII. 55) *si qui quod a.:* add. Bal. 56) *ab aliis quibusque poss.:* Burch. — *quae ab aliquibus possess.:* Hisp. Dach. — *ab aliquib. poss.:* rell. Coll. citt.

sidentur, episcopis iure sibi vindicent, quod tricennalis lex conclusit, quia et filiorum nostrorum principum ita emanavit auctoritas, ut[57]) ultra triginta annos nulli liceat pro eo[58]) appellare, quod[59]) legum tempus excludit.

### C. XIX. *De rebus per triginta annos possessis.*

### Ex Capitularibus Ludovici Imp., titul. VII.[t]).

Ut de rebus ecclesiarum, quae ab eis per triginta annorum spatium sine ulla interpellatione possessae sunt, testimonia non recipiantur, sed eo modo contineantur, sicut res ad fiscum dominicum pertinentes contineri solent.

### C. XX. *Item de inscriptione temporum.*

### Ex eodem, cap. IX.[u]).

Si quis terram ab altero[60]) dixerit violenter sibi esse sublatam et convicerit[61]), priusquam triginta annorum compleatur numerus[62]), et rem constiterit occupatam[63]) et requirere potuerit[64]), repetentis partibus reformetur[65]). Ceterum si impletis triginta annis terra a quocunque pervasa fuisse dicatur et non fuerit ante repetita[66]), nihil sibi reddendum esse cognoscat. Et post pauca[67]):

---

C. XIX. t) c. 10. (al. 8.) Capitulor. Wormatiens. ecclesiastic. ann. 829. — Burch. III. 150. (R.) et Sav. I. 147. (B.): *Ex Conc. Matiscens. c.* 7.

C. XX. u) Est legis Burgund. tit. 79. c. 2. 3. Sed in nonnullis Capitularium Codicibus post Ludovici Imp. Capitularia hoc ipsum caput cum duobus sequentibus descriptum reperitur, similique haud dubie usus Codice Regino illam eis dedit inscriptionem. Cf. Pertz. III. pag. 355. n. 10.)

C. XVIII. 57) *filiorum — ut:* des. ap. Burch. 58) Sic Guelph. Coll. citt. — *pro id:* rell. Codd. — *liceat app. (pro eo:* om.): Coll. Ps. Isid. 59) *quos legum:* Dach. Guelph.

C. XX. 60) *ab altero sibi traditam violenter dixerit:* Cap. ap. Pertz. 61) *dixerit et convicerit fuisse sublatam, priusquam:* Lex. Burg., Cap. 62) *terminus:* Capit. 63) *res, quam constiterit occupatam:* L. Burg. 64) *requiri poterit:* L. Burg. *requirere poterit:* Cap. 65) *reddutur renovetur* (sic): Goth.; *et rep. part. reformari:* L. Burg.; *e. r. p. reformare:* Capit. 66) *non fuerit restituta (et, ante* deest): L. Burg. Cap. 67) des. ap. Hild. Bal.

### C. XXI. *Item de eadem re*[v]).

Et quia omnia ad quietem omnium pertinentia ex lege convenit provideri[68]), quas[69]) omnino causas de quibuscunque rebus, quae intra triginta annos non fuerint definitae, nullo eas postmodum licebit ordine commoveri, quia satis unicuique ad requirendum et recipiendum, quod ei debitum fuerit, supra scriptus annorum numerus constat posse sufficere.

### C. XXII. *Item de eadem re*[w]).

Si quis colonum alienum in re sua triginta annos habuerit, ac si suum vindicet. Qui si[70]) infra triginta annos inventus fuerit a domino cum filiis sibi debitis et omni peculio revocetur. Si vero mortuus fuerit, peculium eius dominus recipiat[71]). De colona. Colona vero, si viginti annis in alieno dominio permanserit, a priori domino non requiratur. Colonum[72]) duae partes agnationis[73]) sequantur, colonam[74]) vero tertia pars[75]). Nam si agnatio[73]) infra viginti[76]) annos edita fuerit, quando adhuc colona domino competebat, repetentibus non negetur, quia in modernis[77]) legibus est constitutum. Sane ne separatio coniugii fiat, praecipimus, ut dominus coloni vicariam mulierem cum agnatione partis tertiae non neget[178]).

### C. XXIII. *De consecranda ecclesia.*

### Ex Concilio Wormatiensi[x]).

Placuit[79]), quotiens ab aliquo fidelium ad consecran-

---

C. XXI. v) Lex Burg. ibid., Pertz. l. l.

C. XXII. w) Interpr. leg. un. Cod. Theod. De inquilin. et colon. (V. 10.), Pertz. l. l.

C. XXIII. x) hab. a. 868. c. 3.; inter canones Wormatienses, quos Cod. Darmst. b. exhibet, est c. 37.; cf. *Beiträge* p. 14. — Burch. III. 37. (R.),

C. XXI. 68) *providere:* L. Burg. 69) *omnes omnino causas* (*quas* deest): ibid.; *quae omnino causae :* Goth.

C. XXII. 70) abest ab Hild. Bal. 71) *revocet:* Capit. 72) *Colono:* Capitul. 73) *agnitionis:* Trev. Goth. Vienn.; *agnitio*, *agnitione:* iidem paulo post. 74) *colonae:* Capit. 75) *sequatur:* Capit. add. 76) *triginta:* ibid. 77) *novellis:* ibid. 78) sic Vienn.; *ut domino coloni vicaria mulier c. a. t. p. n. negetur:* Goth.; *ut dominus coloni vicaria muliere cum a. p. t. n. negetur:* Trev. Guelph. Helmst. Bal. Capit.

C. XXIII. 79) *ut:* add. Vienn. Coll. citt.

das ecclesias episcopus invitatur, non quasi ex debito munus aliquod a fundatore requirat, sed, si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non respuatur[80]. Attamen unusquisque episcopus meminerit, ut non prius dedicet ecclesiam, nisi antea dotem basilicae et obsequium ipsius per donationem cartulae confirmatum accipiat. Nam non levior[81]) est ista temeritas, si sine luminaribus vel sine substantiali sustentatione eorum, qui ibidem servituri sunt, quasi[82]) domus privata, consecretur ecclesia.

## C. XXIV. *De libertate ecclesiarum.*

### Ex Capitularibus, titul. LXXXV.[y])[83]).

Sancitum est, ut unicuique ecclesiae unus mansus integer absque ullo[84]) servitio attribuatur, et presbyteri in eis constituti non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de atriis vel hortis iuxta ecclesiam positis, neque de praescripto manso aliquod servitium faciant praeter ecclesiasticum. Et si aliquid amplius habuerint, inde senioribus suis debitum impendant.

## C. XXV. *De termino ecclesiarum*).*

### Ex eodem Capitul. CXVII.[z]). 24 b

Ut terminum habeat unaquaeque ecclesia, de quibus villis decimas recipiat.

---

Decr. III. 42. (B.) — Coll. tr. p. II. 46. c. 5. et C. I. qu. 2. c. 1.: *Ex C. Bracar. II. c.* 5. (hab. a. 572.), ex quo illud Wormatiense excerptum esse videtur. —

C. XXIV. y) Anseg. Capit. L. I. c. 85. (Capitul. Aquisgran. ann. 817. c. 10.); cf. c. 50. Concil. Wormat. ann. 868. — Burch. III. 52., Decr. III. 55. (B.), Coll. tr. p. III. 3. c. 2. (D.): *Ex C. Worm.;* Decr. XVI. 262. : *Ex Capitul. c.* 85., Coll. tr. p. III. 29. c. 187. (D. XVI.); C. XXIII. qu. 8. c. 25., inscr. ut Decr. III. 55.; cf. Reg. App. I. 43.

C. XXV. z) immo c. 149. L. I. Capitul. Anseg. (c. 10. Capitul. Ingelheim. ann. 809.)

C. XXIII. 80) sic omnes Codd., Coll. citt.; *respuat:* Bal. 81) Reginonem scripsisse: *levius*, patet ex Cod. Darmst. b., ex quo Canones ille Wormatiens. desumsit, quique exhibet: *levius*, a recentiore manu correctum in *levis*. Praeterea *levius* hab.: Trev. Goth. Guelph. Vienn. Darmst. a.; *levior:* Helmst. Bal. Burch.; *levis:* orig. Decr. 82) *tamquam:* orig. et Conc. Brac.; *quamsi:* Trev. Guelph. Helmst. Vienn.

C. XXIV. 83) *LXXXI.:* Guelph. Helmst. Vienn. Bal. 84) *alio:* orig. Decr. XVI. Coll. t. p. III. 29.

C. XXV. *) Guelph. Vienn. Bal. hoc aput antecedenti sub eodem numero adiungunt.

### C. XXVI. *De novis ecclesiis.*

25 Cap. LXXXVII.[a]).

Statutum est de villis novis et ecclesiis novis, id est[85]), noviter[86]) in eis constitutis, ut decimae de ipsis villis ad easdem ecclesias conferantur.

### 26 C. XXVII. *Item ex eodem, cap. V.*[b]).

Quicunque voluerit in sua proprietate ecclesiam aedificare, una cum consensu et voluntate episcopi, in cuius parochia fuerit, licentiam habeat[87]). Verumtamen omnino providendum[88]) est, ut aliae ecclesiae antiquiores propter[89]) hanc occasionem suam iustitiam aut decimam non perdant, sed semper ad antiquiores ecclesias persolvantur[90]).

### 27 C. XXVIII. *Item de manso ecclesiae.*

Ex eodem Capitulari[c]).

De uno manso ad ecclesiam dato, de quo aliqui homines contra statuta sibi servitium exigunt, quicunque pro hac causa accusatus fuerit, comes vel missi hoc, quod inde subtractum est, presbyteris cum sua lege restituere faciant.

### 28 C. XXIX. *De eadem re.*

Item ex synodo Meldensi, cap. LXIII.[d]).

Ut[91]) secundum canonicam auctoritatem et constitu-

---

C. XXVI. a) Anseg. Capitul. L. I. c. 87. (Capitul. Aquisgr. ann. 817. c. 12.). Decr. XVI. 263, Coll. tr. p. III. 29. c. 188 (D.). Sav. IV. 204: *Ex cap. D. Karoli.*

C. XXVII. b) Immo c. 3. Capitul. Karoli M. ad Salz. ann. 803., Burch. III. 7. (R.), Decr. III. 9. (B.): *Ex C. Worm. c.* 6., Sav. IV. 9: *Ex Conc. ap. Compend. hab.*, C. XVI. qu. 1. c. 44.: *Ex C. Worm.*

C. XXVIII. c) c. 4. Capitul. Lothar. Wormat. ecclesiast. ann. 829.

C. XXIX. d) hab. ann. 845. Regino sibi non constat in numerandis

C. XXVI. 85) Hild. ex: *id ē* Codicis Helmst. eruit: *ibidem*, eumque Bal. secutus est. 86) *i. e. noviter:* abest ab orig. et Coll. citt.

C. XXVII. 87) *aedific. et consensum et voluntatem episcopi habebit* (Grat. *habuerit*), *in cuius parochia fuerit* (Grat.: *est*) *licitum sit:* Coll. citt. 88) *praevidendum:* Vienn. orig. Burch. Decr. 89) *propter novas suam i.*: Burch. Decr.; *propt. novam:* Grat. 90) *persolvatur:* Guelph. Helmst. Vienn. Bal. Coll. citt.

C. XXIX. 91) Burch. initium capitis sic immutavit: *iuxta synodalia praecepta decrevimus, ut nullus mortalium de agro eccles.*

tionem Domini Imperatoris Ludovici de agro ecclesiastico et manso ac mancipiis, quae ipse in suis capitulis constituit [92]), vel si quilibet pro loco sepulturae aliquid largitus fuerit ecclesiae, neque de decimis et oblationibus fidelium quemquam presbyterorum [93]) aliquem censum persolvere cogat, nec quisquam cuiuslibet ordinis aut dignitatis exinde quicquam subtrahat et redhibitionem quamcunque exigat temporalem. Quod si fecerit, communione usque ad satisfactionem privetur et regia potestate hoc emendare legaliter compellatur [94]).

C. XXX. *Item de privilegio ecclesiarum* [e]). 29

Ut [95]) ecclesiae antiquitus constitutae nec decimis, nec ulla possessione [96]) priventur, ita ut novis oratoriis tribuatur [97]).

C. XXXI. *De ecclesiis vel altaribus ambiguis, et ut superflua altaria de ecclesia abiiciantur.* 30

Capit. CXLV. [f]) [98])

Ut ecclesiae vel altaria, quae ambigua sunt de con-

---

huius concilii canonibus; supra enim c. 1. 2. 4—6. secundum peculiarem numerorum seriem eos allegat, hic autem cum aliis illis in eadem synodo sancitis canonibus una eademque continua serie, ita ut, qui inter canones Meldenses, proprie sic dictos, est c. 39. fiat c. 63. — Burch. III. 53. (R.), Decr. III. 56. (B.). 175., Coll. tr. p. III. 3. c. 3. c. 18. (D.).

C. XXX. e) Anseg. Capit. L. II. c. 34. (c. 41. Conc. Mogunt. a. 813.) et c. 45. (c. 20. Conc. Arelat. VI. a. 813.) — Burch. III. 9. (R.), Decr. III. 12. (B.), et Coll. t. p. III. 3. c. 10. (D.), omnes: *Ex C. Meld.* Auctor falsae inscriptionis est Burchard., atque caus. Reg. I. 29. — Ans. VII. i. f.: *Ex Conc. Mogunt.*, C. XVI. qu. 1. c. 43.: *Ex Conc. Cabilon.*

C. XXXI. f) compositum ex Anseg. L. I. c. 145. et Benedict. Capit. L. II. c. 256. §. 6. in fine (c. 8. Capitul. i. Theodon. vill. promulg. a. 805.). Burch. III. 10. (R.), Decr. III. 11. (B.), Pan. II. 18. (D.), Coll. tr. p. III. 3. c. 9. (D.), et c. 18. Dist. I. de cons., omnes: *Ex Conc. Meld.:* idem Burch. auctor, eademque causa falsae inscriptionis, ut in antecedenti cap.

C. XXIX. 92) *Quae — constituit:* des. a Burch., Decr. c. 56. Coll. tr. p. c. 3. 93) Sic Guelph. Helmst. Vienn. Coll. citt.; *cuiquam presbytero:* Trev. Goth. *cuiquam presbyteros:* orig. 94) *cogatur:* orig. — *regia potestate dare cogatur:* Decr. c. 175. Coll. tr. p. c. 18. — *et regia — compellatur:* des. a Burch. Decr. c. 56. Coll t. p. c. 3.

C. XXX. 95) *ut:* abest ab Anseg. c. 34. 96) *nec aliis possessionibus:* Ans. ibid. 97) *ita — trib.:* desid. ap. Anseg. c. 45.

C. XXXI. 98) *cap. XLV.:* Bal.

secratione, consecrentur, et ut [99]) superflua altaria destruantur de ecclesia [100]).

31 C. XXXII. *De honore ecclesiastico.*

Cap. CXLII. [g]).

Ut episcopi praevideant, quem honorem presbyteri pro ecclesiis suis senioribus tribuant.

32 C. XXXIII. *Quod omnium ecclesiarum dotes ad episcopum pertineant.*

Ex Concilio Toletano, cap. XIX. [h]).

Multi contra canonum constituta sic ecclesias, quas aedificaverint [101]), postulant consecrari, ut dotem, quam [102]), ecclesiae contulerint [103]), censeant ad episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum et in praeteritum [104]) displicet et in futuro [105]) prohibetur, sed omnia secundum consuetudinem [106]) antiquam ad episcopi ordinationem et potestatem pertineant.

33 C. XXXIV. *Unde ecclesiae debeant restaurari et episcopo obsequium exhiberi.*

Ex Epistola Gelasii Papae [i]).

Quatuor autem tam de reditu [107]), quam de oblatione fidelium, prout cuiuslibet ecclesiae facultas admittit, sicut

C. XXXII. g) Anseg. Capitul. L. I. c. 142. (c. 3. Capitul. Ingelheim. a. 809.).

C. XXXIII. h) Conc. Tolet. III. hab. ann. 589. — Coll. Dach. II. 69. (fons). Burch. III. 20., Decr. III. 23. (B.), et Pan. II. 12. (D.): *Ex Conc. Wormat. c.* 5.; C. X. qu. 1. c. 2. Cf. c. 6. Concil. Wormat. ann. 868.

Cap. XXXIV. i) Excerpt. ex. c. 29. Decreti general. Gelasii universis episc. p. Lucan. Brutt. et Sicil. constitut. (scr. a. 494.) — Coll. Dach. II. 78. (fons), Ans. ded. X. 19. — Burch. III. 137. (Ans. d.), Decr. III. 203. (B.), Pan. II. 7. (D.), Ans. V. 73., C. XII. qu. 2. c. 27. (A.). Cf. Concil. Mogunt. sub Raban. ann. 852. hab., c. 3.

C. XXXI. 99) *et de altaribus, ut non superflua sint in ecclesiis:* Bened. 100) *de eccl.:* abest a Burch. et Coll. citt.

C. XXXIII. 101) *aedificaverunt:* Guelph. Helmst. Pan. Grat. 102) *ei:* add. Coll. Hisp. Dach.; *eidem:* Grat. 103) *contulerunt:* Guelph. 104) *in praeterito:* Coll. Hisp. 105) *in futurum*: ibid. 106) *constitutionem:* Coll. Hisp. Grat.

C. XXXIV. 107) *de reditibus, quam de oblationibus:* Burch. Decr.

dudum rationabiliter est decretum, convenit fieri portiones, quarum una sit pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda, de quibus[108]), sicut sacerdotis intererit, integram[109]) ministris ecclesiae memoratam dependere quantitatem, sic clericus[110]) ultra delegatam sibi summam nihil insolenter noverit expetendum. Ea vero, quae ecclesiasticis aedificiis attributa sunt, huic operi veraciter praerogata locorum doceat instauratio manifesta sanctorum, quia nefas est, si, sacris aedibus destitutis, in lucrum suum praesul impendia his designata convertat.

### C. XXXV. *De eadem re.* 34

### Ex epistola Simplicii Papae, cap. II.[k]).

De reditibus ecclesiae vel oblatione fidelium[111]) sola episcopo ex his una[112]) portio remittatur, duae ecclesiastícis fabricis et erogationi peregrinorum et pauperum profuturae[113]), ultima[114]) clericis pro singulorum meritis dividatur.

### C. XXXVI. *De honore ecclesiae Dei.* 35

### Ex Capitulis synodalibus, cap. LXVIII.[l]).

Placuit nobis admonere, ut unusquisque episcopus videat super[115]) suam parochiam, ut ecclesia Dei suum habeat honorem, simul et altaria secundum suam dignitatem

C. XXXV. k) Excerpt. e med. c. 2. epist. II. ad Florentium, Equitium et Sever. epp., scr. a. 475. — Coll. Dach. II. 79. (fons). — Ans. V. 72., C. XII. qu. 2. c. 28. (A.).

C. XXXVI. l) Ansegis. Capitul. L. I. c. 67. (c. 70. Capitular. Karoli M. ecclesiast. ann. 789.). Haud dubie simili Regino Capitularium usus est Codice, iis, quos Pertz commemorat l. l. pag. 275. not.*), in quibus numeri capitum uno differunt ab edit.

---

C. XXXIV. 108) *de quibus* usque ad fin. desid. in Pan. 109) *integram — quantitatem:* desunt in Trev. Guelph. Helmst. Vienn. Bal. Darmst. a. 110) *clerus:* Dion. Dach. Grat.

C. XXXV. 111) *quid deceat nescienti, nihil licere permittat, sed s. ep.:* add. orig. Coll. citt. 112) *quarta:* orig. 113) *ab Onagrio presbytero sub periculo sui ordinis ministrentur:* add. orig. Coll. citt. 114) *inter se:* add. orig. Ans. Grat.

C. XXXVI. 115) *per suam:* orig.

venerentur, et non sit domus Dei et altaria sacrata pervia canibus, et ut vasa sacrata Deo[116]) magna veneratione habeantur, et ut sacrificia sanctificata cum magna diligentia ab eis colligantur, qui digni sunt.

36 C. XXXVII. *Item de restauratione ecclesiarum Dei.*

Ex Capitularibus Ludovici Imperatoris, cap. XL.[m]).

De opere vel restauratione ecclesiarum comes et episcopus sive abbas una cum misso nostro, quem ipsi sibi ad hoc elegerint, considerationem faciant, ut unusquisque eorum tantum inde accipiat ad operandum et restaurandum, quantum ipse de rebus ecclesiarum habere cognoscitur[117]). Similiter et vassi nostri aut in commune tantum accipiant operis, quantum rerum ecclesiasticarum habent, vel unusquisque per se iuxta quantitatem, quam ipse tenet, aut si inter eos convenerit, ut pro opere faciendo argentum donent, iuxta aestimationem operis in argento persolvant, cum quo pretio rector ecclesiae ad praedictam restaurationem operarios conducere et materiam possit emere. Et qui nonas et decimas dare neglexerit, primum quidem illas cum lege sua restituat, insuper et bannum nostrum solvat, ut ita castigatus caveat, ne saepius iterando beneficium amittat.

37 C. XXXVIII. *De eadem re.*

Item ex Capitulari, titul. XXII.[n]).

De[118]) *operibus* in restauratione ecclesiarum, sive in

---

C. XXXVII. m) Ansegis. Cap. L. IV. c. 38. (c. 5. Capitul. Ludov. Aquisgr. ann. 817.); cf. c. 15. Capitul. II. Lothar. ann. 823. De codd., in quibus nostrum est c. 40., quorumque similem Regino habuisse videtur, cf. Pertz. l. l. p. 313. 315. not. *)

C. XXXVIII. n) Anseg. Capit. L. II. c. 22. (c. 24. Capitul. Ludov. et Lothar. Aquisgran. ann. 825.)

C. XXXVI. 116) *cum:* add. Guelph. Helmst. Vienn. Capitul. c. 70.; *in:* Hild. Bal.

C. XXXVII. 117) *dinoscitur:* Bal.; *cognoscatur:* orig.

C. XXXVIII. 118) *Similiter quidem de op.:* add. orig.

faciendo, sive in redimendo, episcopalis potius sequatur voluntas. Nullatenus tamen remaneat, quin, sicut a nobis saepe iussum est, hoc aut illud partibus ecclesiarum persolvatur. Et hoc omnibus notum sit, quia quicunque negligenter exinde egerit et coram nobis exinde negligens repertus fuerit, illud volumus omnino, ut subeat, quod in nostro Capitulari de hac re communi consultu fidelium nostrorum ordinavimus.

## C. XXXIX. *De locis dudum sacris.* 38

### Ex eodem, cap. LIV.[o]).

De[119]) locis iam dudum sacris et nunc spurcitia foedatis, ut iuxta possibilitatem in antiquum statum reformentur.

## C. XL. *De ecclesiis destructis.* 39

### Item cap. III[p]).

De ecclesiis destructis, ut episcopi et missi inquisitionem faciant, utrum per negligentiam aut impossibilitatem destructae sint, et ubi negligentia inventa fuerit, episcopali auctoritate emendare cogantur, qui eam restaurare debuerant. Si vero per impossibilitatem contigit, ut[120]) aut plures sint, quam necesse sit, aut maioris magnitudinis, quam ut ex rebus ad eas pertinentibus restaurari possint, episcopus[121]) modum inveniat, qualiter congrue emendari et consistere possint.

---

C. XXXIX. o) Anseg. Capit. L. IV. c. 51. (c. 10. Capitul. miss. Ludov. ann. 817.) De numero cf. ad c. XXXVII. not. m). — Burch. III. 16. (R.): *Ex Conc. Aquisgr. c.* 6.

C. XL. p) Capitular. ecclesiast. Wormat. Lothar. ann. 829. c. 3. — Posteriorem huius cap. partem excerpsit Burch. III. 21.: *Ex decr. Hygini P. c.* 5., Decr. III. 26. (B.), D. I. De cons. c. 3. §. 1. — Cf. Benedict. Capit. L. I. c. 275.; L. III. Leg. Longob. tit. I. c. 47.

C. XXXIX. 119) *Placuit, ut loca i. d. consecrata ..... foedata .....*: Burch.

C. XL. 120) Hic incipiunt Burch. Decr. Grat., et quidem his verbis: *Ut ecclesiae destructae, ubi aut plures sunt....* 121) *episcopi providentia modus inveniatur, qualiter consistere possint:* eaed. Coll.

40 C. XLI. *De eadem re.*

Item ex Capitulis synodalibus Karoli iunioris, cap. LXII[q]).

Servi[122]) ecclesiarum quibuscunque potestatibus subditi, unde melior consuetudo vel devotior commendatio et[123]) tempore[124]) et iussione Domini Ludovici, vel certe Domini Karoli, seu etiam Pippini non existit[125]), saltem viginti diebus in anno eidem ecclesiae ad reficiendas ipsius ruinas absque molestia servire sinantur. Ubi autem et amplior commendatio et melior consuetudo inde habetur[126]), pro hac nostra necessitudinis consideratione non decidat.

41 C. XLII. *De eadem re.*

Item ex Capitul. Ludovici. Admonitio ad episcopos, cap. V.[r])[127]).

Ne vero ecclesiae presbyteris[128]) commissae in restauratione aut in luminaribus iuxta possibilitatem rerum ab illis negligantur, vestra nihilominus invigilare debet sollertia. Et sicut alios prohibetis, ne de mansis ad ecclesiae luminaria datis aliquid accipiant, sic et vos et vestri archidiaconi, de eisdem mansis nihil accipiendo, aliis exemplum praebeatis; sed potius ad id[129]), quod data sunt, servire concedantur, ut totum, sicut dictum est, in restauratione ecclesiarum et luminaribus vestra auctoritate et studio cedere possit.

---

C. XLI. q) Karoli II. Convent. in villa Sparnaco ann. 846. c. 62. med.; nihil aliud est, nisi c. 63. Concilii Meldens. ann. 845., cuius quidem capp. quaedam in illo conventu excerpta sunt atque sancita. Priorem huius cap. partem vide infra c. LI.

C. XLII. r) Capitul. Aquisgr. Ludov. ad episcopos et omnem populum ann. 825., cap. 5. med.

C. XLI. 122) *autem:* add. orig. 123) *ex tempore:* orig. 124) *opere:* Trev. 125) *existat:* Guelph. Helmst. Vienn. 126) *haberetur:* iidem et Bal.

C. XLII. 127) *Adm. a. e.:* des. ap. Bal. 128) *illis:* orig. 129) sic omnes Codd.; *ad id, ad quod dati sunt:* rectius habetur in orig.

## C. XLIII. *De decimis.* 42

### Capit. cap. CXLII[s]) [130]).

Ut decimae in potestate episcopi sint, qualiter a presbyteris dispensentur [131]).

## C. XLIV. *De nonis et decimis* [132]). 43

### Ex cap. CLVII.[t]).

Ut, qui ecclesiarum beneficia habent, nonam et decimam ex eis ecclesiae, cuius res sunt, donent, et, qui tale beneficium habent, ad medietatem laborent et de eorum portione proprio presbytero decimas donent.

## C. XLIV. b. *Quando aliquis novale collaboraverit plus* [133]) *II vel III seu IV milliaria in saltu**). 44

Ut novalia rura, quae iuxta cultos agros fiunt, ecclesiae antiquae decimentur, et si ultra milliaria quatuor vel quinque in saltu quaelibet digna persona aliquod novale collaboraverit, ibidemque cum sui consensu episcopi ecclesiam construxerit, post consecrationem ecclesiae provideat [134]) presbyterum, eiusque conductu de eodem elaboratu decimas eidem ecclesiae conferat.

## C. XLV. *Item de* [135]) *decimis.*

### Ex eodem, cap. XXXVII.[u]).

Qui decimas post creberrimas admonitiones et praedica-

---

C. XLIII. s) Anseg. Capit. L. I. cap. 143. (c. 4. Capit. Ingelh. de presbyt. a. 809.)

C. XLIV. t) Anseg. Cap. L. I. c. 157. (c. 18. Cap. Ingelh. de presb. a. 809.)

*) Hoc caput omnibus Codd., excepto Helmst., deest; fons eius prorsus antea incertus, in Concilii Triburiensis canone 14. inventus est. — Darmst. a. III. 82.: *Synod. Luitberti ap. Mogont.* Cf. *Beiträge* pag. 23 et 184. num. 35.

C. XLV. u) Anseg. Cap. L. II. c. 37. vers. fin. (c. 18. Conc. Cabilon. hab. a. 813.)

C. XLIII. 130) *CLXII.:* Guelph. Vienn. Bal. 131) *dissipentur:* Helmst. Bal.

C. XLIV. 132) *De eadem re:* Guelph. Vienn. Bal.

C. XLIV. b. 133) *plus — saltu:* des. ap. Hild. 134) *praevideat:* Helmst., sed illud praeferendum videtur.

C. XLV. 135) *de nonis et dec.:* Bal.

tiones sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur. Iuramento vero eos constringi nolumus propter periculum periurii.

### C. XLVI. *Item de nonis et decimis.*

### Ex eodem, cap. XXI. [v]).

De nonis quidem et decimis, unde et genitor noster et nos frequenter et in diversis placitis admonitionem fecimus, et per Capitularia nostra, qualiter haec observentur, ordinavimus, volumus atque iubemus, ut de omni collaboratu et de vino et foeno fideliter et pleniter ab omnibus nona et decima persolvatur. De nutrimine vero pro decima, sicut hactenus consuetudo fuit, ab omnibus observetur. Si quis tamen episcoporum fuerit, qui argentum pro hoc accipere velit, in sua maneat potestate, iuxta quod ei et illi, qui hoc persolvere debet, convenerit.

### C. XLVII. *Item de nonis et decimis.*

### Ex eodem, cap. V. lib. V. [w]).

De his, qui nonas et decimas iam per multos annos aut ex parte aut ex toto dare neglexerunt, volumus, ut per missos nostros constringantur, ut secundum consuetudinem [136]) priorem solvant unius anni nonam et decimam cum sua lege, et insuper bannum nostrum. Et hoc eis denuncietur, quod, quicunque hanc negligentiam iteraverit, beneficium, unde haec nona et decima persolvi debuit, amissurum se sciat.

### C. XLVIII. *Item de eadem re.*

### Cap. VI. [x]).

Quicunque decimam abstrahit de ecclesia, ad quam per iustitiam debet dari, et eam praesumtuose vel propter munera aut amicitiam vel aliam quamlibet occasionem ad

---

C. XLVI. v) Anseg. Cap. L. II. c. 21. (c. 23. Capitul. Aquisgr. a. 825.)

C. XLVII. w) Haec inscriptio mutila est. Regino enim desumsit hoc caput ex c. 5. Capitular. Wormat. ann. 829.; huc pertinet illud: *Ex eodem, cap. V.*, simul autem invenitur in libro V. (Bened. I.) Capitular. c. 276., huc spectat: *Lib. V.*, omisso tamen capitis numero; atque ita hae duae allegationes inter se confusae sunt.

C. XLVIII. x) Eiusd. Capitul. Worm. c. 6.; Bened. ibid.

C. XLVII. 136) *capitularem:* orig.

alteram ecclesiam dederit, a comite vel a misso nostro distringatur, ut eiusdem decimae quantitatem cum sua lege restituat.

C. XLIX. *De*[137] *eadem re.*

Cap. VII.[y]

De decimis, quas dare populus non vult, nisi quolibet modo[138] ab eo redimantur, ab episcopis prohibendum est, ne fiat[139]. Et si quis contemtor fuerit inventus, ut[140] nec episcopum, nec comitem audire velit, si noster homo fuerit, ad praesentiam nostram venire compellatur. Ceteri vero distringantur, ut inviti ecclesiae restituant, quod voluntarie dare neglexerunt.

C. L. *Item de eadem re.*

Cap. IX.[z]

De illis, qui agros dominicatos propterea neglexerunt[141] excolere, ut nonam[142] et decimam exinde non persolvant, et alienas terras ad excolendum propter hoc accipiunt[143], volumus, ut de[144] tribus annis ipsam annonam[145] cum sua lege persolvant. Et si quis contemtor aut comitis aut missorum nostrorum propter hoc extiterit, per[146] fideiussores ad palatium venire compellatur.

C. LI. *Item de eadem re.*

Ex Concilio Meldensi, cap. LXII.[a]

Hi[147], qui ex rebus ecclesiasticis nonas et decimas

C. XLIX. y) Ibid. c. 7. Leg. Longob. L. III. tit. 3. c. 8. — Burch. III. 134. (*Ex Conc. Mediomatric. cap.* 3.) Decr. III. 200 (B.) et Pan. II. 62. (D.) (sec. Cod. Berol.) inscr. ut Burch. Editio Lovanensis Pannormiae inscr.: *Ex Conc. Mogunt. c. III.;* quae eadem falsa inscriptio in Gratian. C. XVI. qu. 7. c. 7. irrepsit. (Sav. IV. 208 = B.).

C. L. z) Ibid. c. 9.

C. LI. a) Est capitis 62. prior pars (a. 845.). Cf. Convent. Karoli II.

C. XLIX. 137) *Item de ead. r.*: Bal. 138) *quolibet munere:* Coll. citt. 139) *Et si quis* usque ad fin. desid. ap. easdem Coll. 140) *et:* orig.

C. L. 141) *neglexerit:* orig. al.: *neglexerint.* 142) *nonas et decimas:* orig.; al.: *nonam cum decima.* 143) *acceperunt:* Goth. 144) *in:* Trev. 145) *ipsam nonam et decimam:* orig. 146) sic Trev. Goth. orig.; *sub fideiussoribus:* Guelph. Helmst. Vienn. Bal.

C. LI. 147) *Hi vero:* orig.

persolvere et sarta tecta ecclesiae secundum antiquam auctoritatem et consuetudinem restaurare debent, et hoc non solum negligunt, verum et contemnendo [148]) dimittunt, atque clericos fame et penuria [149]), ecclesiastica quoque aedificia dissolutione adnullari permittunt, tamdiu ab ecclesiastica communione separentur, usque dum diligentia emendare studeant. quod socordia neglexerunt. Quod si iterum iteraverint, post excommunicationis satisfactionem, regia potestate compulsi, iuxta legale [150]) et antiquum edictum: *Qui negligit censum, perdat agrum.*

## C. LII. *Item de decimis.*

### Ex Capitul. Karoli [b]).

De decimis, ubi antiquitus fuerunt ecclesiae baptismales et devotio facta fuit, iuxta quod episcopus ipsius parochiae ordinaverit, omnimodis fiant [151]) donatae. Et si per donationes regum aut ceterorum Deum timentium bonorum hominum ad episcopia seu monasteria aliquae [152]) res delegatae sunt, et ex ipsis rebus antiquitus ad ipsas ecclesias priores decimae datae fuerunt [153]) ipsa antiqua donatio vel devotio firma et stabilis permaneat; tamen, ut supra diximus, decimas de ipsis rebus, qui eas possidere videtur, persolvat.

## C. LIII. *Ne foenum et annona et vinum in ecclesia mittatur.*

### Ex eodem, capit. CXLIV. [c]) [154]).

Ut nullus presbyter annonam vel foenum [155]) in ecclesia mittere praesumat.

---

in villa Sparnaco ann. 846. c. 62. Ap. Pertz. Tom. III. p. 392., numerus: 63. ei adscriptus est, quod ex errore typograph. profectum esse videtur. Alteram partem orig. canonis vid. supra c. XLI.

C. LII. b) c. 2. Capitul. Karoli M. ad Salz. a. 803. — Sav. IV. 200: *Ex Conc. ap. Compend.*

C. LIII. c) Anseg. Cap. L. I. c. 144. i. f. (c. 5. Capit. Ingelh. de presb. a. 809.); cf. Cap. Theodulph. c. 8., Ahyton. c. 21.

C. LI. 148) *per contemtum:* orig. 149) sic Trev. Goth. orig.; *afficiunt:* add. Guelph. Helmst. Vienn. Bal. 150) *regale:* Vienn.

C. LII. 151) *stent:* Goth. 152) *aliqua:* Trev.; *aliquas res delegatus sunt* (?): orig. 153) *fuerint:* Trev. Goth.

C. LIII. 154) *CXLIII.:* Guelph. Vienn.; *CXLII.:* Bal. 155) *aut vinum:* add. Bal., quae verba ab omnibus Codd. et orig. absunt.

## C. LIV. *De eadem re.*

### Ex dictis Sancti Augustini episcopi[d]).

In oratorio nemo aliquid agat, nisi, ad quod est factum, fiat[156]), unde et nomen accepit; aut si forte etiam aliqui praeter[157]) horas constitutas, si eis vacat et orare voluerint, non eis sint impedimento, qui ibi aliquid agendum putaverint.

### Item alibi[e]).

In oratorio praeter orandi et psallendi Dei[158]) cultum penitus nihil agatur, ut nomini huic et opera iugiter impensa concordent[159]).

## C. LV. *Item de eadem re.*

### Ex dictis Sancti Benedicti[f]).

Oratorium hoc sit, quod dicitur, nec ibi quicquam aliud geratur aut condatur[160]).

## C. LVI. *Ut nullus in ecclesia convivari praesumat*[161]).

### Ex Concilio Carthaginensi[g]).

Ut nulli episcopi vel clerici in ecclesia conviventur,

---

C. LIV. d) C. 8. Regulae S. Augustini (Holst. II. 123.); desumtum est ex Coll. Vat. c. 308.

e) C. 15. Regulae Tarnatensis; aeque desumt. ex Coll. Vat. c. 309. — Burch. III. 80. (R.), Decr. III. 72. (B.), D. XLII. c. 7.

C. LV. f) Regulae S. Bened. (a. 515.) c. 52. Fons Regin. est Coll. Vat. c. 310: (*S. Benedicti abbatis*). — Burch. III. 81. (R.), Decr. III. 71. (B.), D. XLII. c. 6.

C. LVI. g) Conc. Carth. III. (a. 397.) c. 30. (Cod. eccl. Afr. ap. Dion. c. 42.). — Ex Coll. Vat. c. 311. — Burch. III. 83. (R.), Decr. III. 74. (B.), D. XLII. c. 5.

C. LIV. 156) sic omnes Codd. et Vat. 1347.; *nisi id ad quod est factum* (*fiat* om.): Vat. 1352. 157) sic Goth. Helmst. et uterque Vat.; *propter:* Trev. Guelph. Vienn. Bal. 158) *Deo:* Burch. Decr. Grat. 159) *ut si aliquis praeter constitutas horas Domino supplicaturus ingreditur, votum suum occupatio aliena non tardet:* add. Vat.

C. LV. 160) *quam quod divinis ministeriis conveniat:* add. Burch. Decr. Grat.

C. LVI. 161) *Ut nullus in eccl. convivium faciat. Ex Conc. Carth.*: Vat. inscr.

nisi forte transeuntes hospitii necessitate illic reficiant[162]. Populi etiam ab huiusmodi conviviis, quantum potest fieri, prohibeantur.

## C. LVII. *Unde supra*[163].

### Ex Concilio Laudicensi[h].

Non[164] oportet in domiciliis[165] sive[166] ecclesiis agapem facere[167] et intus manducare[168], vel accubitus sternere.

## C. LVIII. *Ut nemo praesumat in ecclesia vinum vendere.*

### Ex Concil. Turonensi[i].

Perlatum est ad sanctam synodum, quod quidam presbyteri in ecclesiis sibi commissis tabernas, quod nefas est, constituant, ibique per caupones[169] vinum vendant aut vendere permittant, et ubi tantummodo orationes et verbum divinum Deique laus debuerat[170] reso-

---

C. LVII. h) C. 28. (hab. inter a. 347. et 381.) Fons est Coll. Vat. c. 312. (ex Hisp.). Ex Dion.: Burch. III. 82., Decr. III. 73. (B.), Ans. V. 77. — D. XLII. c. 4. (ex Coll. Ps. Is.)

C. LVIII. i) Non est repertum inter editos canones. Cf. Capitul. Riculf. Suess. c. 13. — Burch. III. 84. (R.) et Decr. III. 74. (B.): *Ex Conc. Turon. c. 2.*

C. LVI. 162) *resideant:* omnes Codd.; quum autem uterque Cod. Vatic. exhibeat: *reficiant*, et Burch., qui ex Regin. hausit, et rell. coll.: *reficiantur,* spuriam illam Codicum lectionem reiiciendam putavimus; *reficiant:* Dion., *reficiantur:* Hisp.

C. LVII. 163) sic omnes Codd. et uterque Vat. Haec inscriptio in vett. Canon. Coll. singularem habet notionem; neque enim significat, hoc caput ex eodem, quo antecedens, fonte esse depromtum, sed idem ac: *De eadem re;* in Codd. saepissime legitur: *Ut supra.* — 164) *Quod non oporteat:* Dion. Burch. Decr. Ans. 165) *dominicis ecclesiis ag.:* Hisp.; *basilicis seu in eccl.:* Ps. Is. Grat. *divinis:* add. Bal. 166) *i. e.:* Dion. et Coll. citt. 167) *convivia quae vocantur agapae fieri:* Dion.; *agap. fieri:* Coll. citt. 168) *nec intra domum Dei comedere:* Dion. Coll. citt.

C. LVIII. 169) *cauponas:* Vienn. Hild. 170) *debuerit:* Guelph. Vienn. Bal.

nare, ibi commessationes et ebrietates fiant, ibi risus et plausus et verba turpia, ibi rixae et contentiones resultent. Quod quam sit Deo contrarium, Dominus Iesus [171]) demonstrat, qui, cum invenisset in templo vendentes et ementes et nummularios sedentes, facto funiculo de resticulis, omnes eiecit de templo. Si enim ea, quae licite vendi videbantur in templo et ad hoc emebantur, ut in eodem templo offerrentur Domino, ipse foras eiecit, quid putas de tam pestifera praesumtione et Dei contemtu fiet? Et si non solum sacerdotibus, sed etiam omnibus clericis praecipitur, ne tabernas [172]) ingrediantur, quis audire potest, ut ecclesiae Dei tabernae fiant? Itaque interdicit per omnia synodus, ne hoc in posterum ullatenus [173]) fiat. Quod si factum fuerit, presbyter deponatur; laici, communione privati, ab ecclesia, quam dehonestaverunt, expellantur.

C. LIX. *Interea non est leviter accipiendum, quod Dominus dicit: Domus mea domus orationis est* [k]) [174]).

Si enim domus Dei orationis domus vocatur, hoc debet esse, quod dicitur, nec ibi aliud debet geri aut recondi. Ubi enim corpus Domini consecratur, ubi angelorum praesentia non dubitatur adesse, ubi sanctorum reliquiae reconditae venerantur, ne quid inhonestum appareat, quod oculos ad orationem venientium offendat, ne quid ibi videatur, quod ad lucrum temporale pertineat, sed omnia sancta, omnia munda, et tantummodo ad ecclesiasticum ministerium pertinentia.

---

C. LIX. k) De fonte huius capitis nihil constat. — Burch. III. 85. (R.) et Decr. III. 75. (B.): *Ex Conc. Turon. c.* 3.

C. LVIII. 171) deest a Vienn.; *Deus:* Bal. 172) *tabernis:* Goth. 173) *nullatenus:* Vienn. Bal.; in Guelph. *n* eras.

C. LIX. 174) Haec verba in Codd. quasi inscriptio minio scripta sunt; apud Bal. caput inscribitur: *De eadem re* et textus ipse ab his verbis incipit; in Coll. citt. desunt.

C. LX. *Ut altaria mundissimis linteis cooperiantur* [175]).

Ex Concilio Remensi, cap. V.[1]).

Observandum est, ut mensa Christi, i. e. altare, ubi corpus dominicum consecratur,. ubi sanguis eius hauritur, ubi sanctorum reliquiae reconduntur, ubi preces et vota populi in conspectu Dei a sacerdote offeruntur, cum omni veneratione honoretur, et mundissimis linteis et palliis [176]) diligentissime cooperiatur, nihilque super eo ponatur, nisi capsae cum sanctorum reliquiis, et quatuor evangelia. Expleta missa, calix [177]) et sacramentorum liber cum vestibus sacerdotalibus in mundo loco sub sera recondantur.

60. b. C. LXI. *De linteis altaribus* [178]) *praeparandis.*

Ex Capitularibus [m]).

Ut presbyteri per parochias suas feminis praedicent, ut linteamina in altaria praeparent.

Bal. 61. a. vid. infra II. 421. C. LXII [179]). *Ut nullus presbyter alterius parochianum ad missam recipiat.*

61. b. Ex Capitularibus [n]).

Ut nullus presbyter alterius parochianum [180]), nisi in

---

C. LX. l) Non est inter editos canones. — Burch. III. 97. (R.)

C. LXI. m) Anseg. Capit. L. I. c. 146. — Burch. III. 115. (R.) et Decr. III. 91. (B.): *Ex Conc. Remens. c.* 3.; Burchardus enim suo more inscriptionem Reginonis: *Ex Capit.* omisit illamque finxit, inductus antecedenti Reginonis capite. Cf. Reg. App. I. c. 2.

C. LXII. n) Anseg. Capit. L. I. c. 147. (c. 7. Capitul. Ingelh.

C. LX. 175) *et ut presbyteri feminis praedicent, ut linteamina dent, unde altare vestiatur:* add. Bal., quae quidem verba ex indice desumsit, in quo inscriptiones capitis 60 etc. 61. in unam contractae sunt; nos vero suam cuique dedimus capiti inscriptionem, et hoc loco, (secundum Codicum auctoritatem) et in indice. 176) *pallis:* Trev. Burch. 177) *cum patena:* add. Burch.

C. LXI. 178) *altarium:* Hild. Bal.

C. LXII. 179) Guelph. Helmst. Vienn. Bal. h. l. addunt canonem ex Conc. Nannet., quem nos ex Codicis Trev. et Goth. auctoritate infra lib. II. c. 421. proferemus. Cf. Praef. et *Beiträge S.* 20.

180) *plebesanum eo nolente:* Burch., *plebanum:* Grat.

itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, ad missam recipiat.

De alterius parochiano require Lib. II. cap. CCCCXXI*).

## C. LXIII. *De oblationibus fidelium ad altare.* 62

Ex Capitulari supra dicto o) [181]).

Si aliquid fideles ad altare offerunt, a ministro receptum, post altare ponatur.

## LXIV. *Ut nihil aliud in sacrificium* [182]) *offeratur praeter id, quod Dominus statuit.* 63

In [183] canonibus Apostolorum, tit. III [183]) p).

Si quis episcopus aut presbyter praeter ordinationem Domini alia quaedam in sacrificio offerat super altare, id est, aut mel, aut lac, aut pro vino siceram, aut confecta quaedam, aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra constitutionem Domini faciens, deponatur de gradu [184]).

---

ann. 809.). — Burch. II. 91. (R.), C. IX. q. 2. c. 5. (B.): *Ex Conc. Nannet.* — Burchardus Codice Reginonis utebatur, qui non genuinam, sed illam continebat recensionem, de qua in Praef. et *Beitr. l. l.* disseruimus, quamque Guelph. Helmst. Vienn. Paris. item exhibent. In his enim caput sic inscribitur: *Item ex eodem Concilio. Ex capit.*, cuius quidem inscriptionis prior pars ab emendatore illo Reginonis addita est, quia hoc caput aeque atque antecedens (scilicet in textu iam interpolato) inter canones erat Nannetenses. Hinc Burch. omissa genuina inscriptione: *Ex Capit.*, alteram recepit. Cf. Reg. I. 255.

C. LXIII. o) Non est repertum inter Capitularia.

C. LXIV. p) Burch. V. 8. (R.), Decr. II. 18. (B.).

*) *CCCCXIX:* Trev. Goth., atque ibid. caput citatum legitur: L. II. c. 419.; quum autem, duobus in nostra hac editione receptis capitibus ex aliis Codicibus, in Lib. II. numerus capitum duobus differat a numero, qui in prioribus illis continetur Codicibus, h. l., ut omnia sibi conveniant, numerus ille mutandus nobis esse videbatur. —

C. LXIII. 181) haec inscr. deest ap. Bal.

C. LXIV. 182) *sacrificio Domini off.:* Bal. 183) *Ex:* Hild. Bal. 184) *d. g.:* des. in Coll. citt. et Dion.

64 C. LXV. *Quae species ad altare, non ad sacrificium, sed ad benedictionem simplicem debent offerri.*

In canonibus Apostolorum, tit. IV.[q]).

Offerri non liceat aliquid ad altare praeter novas spicas et uvas et oleum et thymiama, id est incensum, tempore, quo sancta celebratur oblatio.

65 C. LXVI. *Ut ea, quae in ecclesiis offerri non possunt, ad domos sacerdotum a fidelibus deferantur.*

Ubi supra, cap. V.[qq]).

Reliqua poma omnia vel primitiae ad domum episcopo[185]) et presbyteris dirigantur, nec offerantur in altari. Certum est autem, quod episcopis et presbyteris dividantur[186]), et diaconibus et reliquis clericis.

Bal. 66. init. vide infra I. 348. C. LXVII. *Quid in sacrificio Domini offerri debeat.*

Ex Concilio Wormatiensi, cap. XXXIX.[r]) [187]).

Cum igitur magister veritatis verum salutis nostrae sacrificium suis commendaret discipulis, panem tantum et calicem sub hoc sacramento praebuisse cognoscimus, ideoque praeter panem et vinum cum aqua mixtum aliud offerri non debet. Calix enim dominicus vino et aqua permixtus debet offerri, quia videmus, in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi. Ergo quando vino[188]) aqua miscetur, Christo populus adunatur et credentium plebs

---

C. LXV. q) Burch. V. 6. (R.), Decr. II. 16. (B.).

C. LXVI. qq) C. 5. Apostolor.

C. LXVII. r) Hab. ann. 868.; in editis est c. 4. Sed Codd. mss. huius Concilii in ordine canonum valde discrepant (cf. Mansi. T. XV. p. 884.). In Cod. Darmst. b., ex quo Regino hunc canonem desumsit, est c. 39. — Burch. V. 2. (R.), Decr. II. 12. (B.): *Ex C. Worm. c.* 2; Cf. Conc. Bracar. III. c. 1., ubi eadem, sed multo verbosius tractantur.

C. LXVI. 185) *episcopi et presbyteri:* Goth. Bal. 186) *quod episcopus et presbyteri dividant Diaconibus et rel.*.: Coll. Ps. Isid.

C. LXVII. 187) Guelph. Helmst. Vienn. Bal. Burch. Decr. sub eadem inscriptione proferunt, quasi initium canonis Wormatiensis, caput, quod in Trev. Goth. et in hac nostra editione est L. I. c. 348. Cf. Praef. et *Beitr.* pag. 19. 20. 188) *vinum:* orig.

ei, in quem credidit, copulatur et iungitur, quae copulatio et coniunctio aquae et vini[189]) sic miscetur in calice Domini, ut commixtio illa non possit separari. Nam, si vinum tantum quis offerat[190]), sanguis Christi incipit esse sine nobis; si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Non potest enim calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumque sibi misceatur.

Require cap. CCCXLVIII.

### C. LXVIII. *De calice Domini.*

Ex Concilio Remensi, titul. VIII.[s]). 67

Ut calix Domini cum patena, si non ex auro, omnimodis ex argento fiat, neque*) causentur presbyteri, avaritia suadente, de paupertate vel impossibilitate, cum una pars ex omnibus, quae ad ecclesiam pertinent, in fabricis ipsius ecclesiae sit impendenda. Admonendus est etiam populus, ut aliquid in donariis[191]) Domini offerat, sicut ille[192]) antiquus populus sub Moyse in tabernaculo Domini fecisse legitur. Si quis autem tam pauperrimus[193]) est, saltem vel stanneum calicem habeat. De aere autem aut ex aurichalco non fiat calix, quia ob vini virtutem aeruginem parit, quae vomitum provocat. Nullus autem in ligneo[194]) calice praesumat cantare.

### C. LXIX. *De corporali dominico.* 68

Ex Concilio, quo supra[t]).

Corporale, super quo[195]) sacra oblatio immolatur, ex mundissimo et purissimo linteo sit, nec in eo alterius generis materia pretiosior aut vilior misceatur, quia[196]) do-

---

C. LXVIII. s) In impressis non est repertum. Burch. III. 96. (R.), Decr. II. 131. (B.), Pan. I. 161. (D.), D. I. De cons. c. 45. (P.).

C. LXIX. t) Caput incertum. Burch. III. 98. (R.): *Ex Conc. Remens. c.* 3.

C. LXVII. 189) sic orig. Coll. citt.; *aqua et vino:* Codd. 190) *offerret:* Trev.

C. LXVIII. *) *neque — fecisse legitur:* des. in Pan. et Grat. 191) *denariis:* Trev. Goth. 192) *ipse:* solus Bal. 193) *pauper:* Coll. citt. 194) *aut vitreo:* add. Coll. citt.

C. LXIX. 195) *quod:* Vienn. Burch. 196) *quia — Corporale:* des. ap. Burch.

minicum corpus in sepulcró, non in holosericis, sed tantum in sindone munda fuit involutum. Corporale[197]) nunquam super altare remaneat[198]), sed aut in sacramentorum libro ponatur, aut cum calice et patena in mundissimo loco recondatur. Et quando abluitur a sacerdote, diacono vel subdiacono, primo in ecclesia in loco et vase ad hoc praeparato abluatur, eo quod ex dominico corpore et sanguine infectum sit. Post haec a lavandario in nitido loco paretur[199]).

69 C. LXX. *De eucharistia.*

Ex Capitulis synodalibus, cap. CLV.[u]).

Ut presbyter semper eucharistiam habeat paratam, ut, quando quis infirmatus fuerit[200]) aut parvulus infirmus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur.

70 C. LXXI. *De eadem re.*

Ex Concilio Turonensi[v]).

Ut omnis presbyter habeat pixidem[201]) aut vas tanto sacramento dignum, ubi corpus dominicum diligenter recondatur ad viaticum recedentibus a seculo. Quae sacra oblatio intincta debet esse in sanguine Christi, ut veraciter presbyter possit dicere infirmo: *Corpus et sanguis Domini proficiat tibi*, semperque sit super altare obseratum[202]) propter mures et nefarios homines, et de tertio in tertium[203]) diem semper mutetur, i. e. illa a presbytero

C. LXX. u) Anseg. Capit. L. I. c. 155. (c. 16. Cap. Ingelh. de presb. a. 809.).— Burch. V. 10. (R.), Decr. II. 20. (B.), Pan. I. 148. (D.), D. II. De cons. c. 93. (P.), omnes: *Ex Conc. Wormat. c.* 5. Cf. Walteri Aurel. Cap. c. 7.

C. LXXI. v) Caput incertum. — Burch. V. 9. (R.) et Decr. II. 19. (B.): *Ex Conc. Turon. c.* 4.

C. LXIX. 197) *et nunq.:* Burch. 198) *nisi in tempore missae:* add. Burch. 199) Sic omnes Codd. et Burch.; *reponatur:* Hild.

C. LXX. 200) Sic Trev. Vienn., Coll. citt.; *infirmaverit:* rell. Codd. Capitularium alii Codd. habent: *infirmatus fuerit*, alii: *infirmatur*, alii: *infirmaverit.*

C. LXXI. 201) *pixidam:* Goth. 202) *observatum:* Guelph. Helmst. Vienn. Bal. 203) *de septimo in septimum:* Burch.

sumatur, et alia, quae eodem die consecrata est, in locum subrogetur, ne forte, diutius reservata, mucida[204]), quod absit, fiat.

### C. LXXII. *De oblatis, ut de sabbato in sabbatum innoventur.* 71

Item unde supra[w]).

Illud etiam adnectendum videtur, ut oblationes, quae in altari offeruntur, de sabbato in sabbatum semper innoventur, quia panes propositionis, qui super mensam Domini ponebantur, a sabbato in sabbatum semper mutabantur[205]).

### C. LXXIII. *Ut chrisma semper sub sera sit.* 72

Item ex eodem[x]).

Praeterea et illud omnimodis observandum est, ut sacrum chrisma et oleum consecratum semper sub sera sit, ne illud, unde Christo incorporamur, et unde omnes fideles sanctificantur, unde reges et sacerdotes inunguuntur, aliquis infidelis aut immundus tangat, aut aliquis perfidus ad Dei iudicium subvertendum subripiat, quod experimento didicimus.

### C. LXXIV. *Si presbyter chrisma dederit ad iudicium subvertendum.* 73

Ex Capitulari, titul. LV.[y]).

Ut presbyter, qui chrisma donaverit ad iudicium subvertendum, postquam de gradu suo depositus fuerit, manum amittat.

---

C. LXXII. w) Cap. incertum.— Burch. V. 12. (R.) et Decr. II. 22. (B.): *Ex Concil. Aurelian. c. 4.*

C. LXXIII. x) Caput incertum. — Burch. IV. 80. (R.) et Decr. I. 274. (B.): *Ex Conc. Turon. c. 3.;* cf. Concil. Metense ann. 888. c. 6.

C. LXXIV. y) Anseg. Capit. L. III. c. 55. (c. 10. Capitul. Karoli M. Aquisgr. a. 809.). Cf. Leg. Longob. Lib. III. tit. 27. c. 1.

C. LXXI. 204) *muscida:* Goth.

C. LXXII. 205) *ne diu servati mucidi fiant et, ut quidam saeviunt, igne concrementur. Quod si aliquis diabolo instigante hoc facere praesumserit, anathema sit:* add. Burch. Decr.

74 C. LXXV. *Ut nullus presbyter pro chrismate aliquod munus det.*

Ex Concilio Meldensi, cap. XLV.[z])[206]).

Ut nemo episcoporum vel quilibet minister ecclesiasticus propter sacrum chrisma aliquid muneris accipiat, neque denarios, vel quaelibet munuscula, quae per ministros episcoporum a presbyteris inordinabiliter exiguntur. Decet[207]) presbyteros tamen cum voluntariis eulogiis tempore congruo visitare et venerari suos episcopos.

75 C. LXXVI. *Ut omnis presbyter duas ampullas in coena Domini ad civitatem deferat.*

Ex Capitul., titul. CLVI.[a]).

Ut presbyter in coena Domini ampullas duas[208]) secum deferat, unam ad chrisma, alteram ad oleum, ad catechumenos inungendum[209]), vel[210]) infirmos iuxta sententiam apostolicam, ut, quando quis infirmatur, inducat presbyteros ecclesiae[211]).

76 C. LXXVII. *De presbyteris, qui longe positi sunt, ut de octo vel decem unus veniat in coena Domini, qui aliis chrisma deferat.*

Item unde supra, cap. XCIII.[b]).

De presbyteris, qui accipiendi chrismatis gratia ad ci-

---

C. LXXV. z) Hab. a. 845.; inter canones Meldenses proprie sic dictos est c. 21. — Burch. IV. 77. (R.) et Decr. I. 271. (B.): *Ex Conc. Meldens. c.* 5.

C. LXXVI. a) Anseg. Capit. L. I. c. 156. (c. 17. Capit. Ingelh. a. 809.). — Burch. IV. 75. (R.) et Decr. I. 269. (B.): *Ex Conc. Meldens. c.* 1. Quum enim antecedens caput 75. Reginonis desumtum sit ex Conc. Meldensi, hoc quoque Burchardus, abiecto Capitulari, eidem tribuit concilio. —

C. LXXVII. b) Anseg. Cap. L. I. c. 93. (c. 18. Capit. Ludov. eccles. Aquisgr. a. 817.). — Burch. IV. 79. (R.) et Decr. I. 273. (B.): *Ex Conc. Meldens. c.* 6. Cf. not. a) de hac inscriptione.

C. LXXV. 206) *Ex Concil. Remensi:* Goth. 207) *Decet — episcopos:* des. in Goth. et Coll. citt.

C. LXXVI. 208) *tres:* Burch. Decr. 209) *inunguendos:* Coll. eaed. 210) *tertiam ad infirm.:* add. ibid. 211) *et orent super eum, unguentes eum oleo in nomine Domini:* add. orig.; Hild. ex propriis add.: *qui pro ipso orent, eumque inungant*, et secundum eum Bal.

vitates in coena Domini venire soliti erant, sancitum est, ut de his, qui longe positi sunt, de octo vel decem unus ab episcopo[212]) eligatur, qui acceptum chrisma sibi et sociis diligenter perferat. Hi vero, qui non longius a civitate, quam quatuor aut quinque millibus habitant, more solito ad accipiendum chrisma per se veniant, discendi vero gratia alio[213]) non quadragesimali tempore ad civitatem propter plebes sibi commissas convocentur.

C. LXXVIII. *Ut alterius episcopi chrisma nullus accipiat.* 77

Ex Concilio Vasensi, cap. III. c).

Per singula territoria presbyteri vel ministri ab episcopis non, prout libitum fuerit, a vicinioribus, sed a suis propriis per annos singulos petant chrisma, appropinquante solemnitate Paschali, nec per quemcunque ecclesiasticum, sed si qua necessitas aut ministrorum occupatio est, per subdiaconum, quia inhonorum est, inferioribus summa committi. Optimum autem est, ut ipse suscipiat, qui in tradendo usurus est. Si[215]) quid autem obstat, saltem is, cuius officii est, sacrarium disponere et sacramenta suscipere.

C. LXXIX. *Ut nullus minister sine chrismate proficiscatur* d). 78

Nullum ministrorum, qui baptizandi recepit[216]) officium, sine chrismate unquam[217]) debere progredi, quia inter nos placuit semel in baptismate chrismari. De eo

---

C. LXXVIII. c) Conc. Vasense I. hab. ann. 442. — Coll. Dach. III, 91. (fons). — Burch. IV. 78. (R.), Decr. I. 272. (B.): *Ex Conc. Vasens. c.* 10. — Cf. Statuta eccl. ant. c. 87. (ex ed. Ballerinior.), inter canones Conc. Carth. IV. c. 36.

C. LXXIX. d) C. 2. Concil. Arausic. I. hab. ann. 441. — Coll. Dach. III, 90. (fons). — Burch. IV. 73. (R.), Decr. I. 267. (B.): *Ex conc. Vasens. c.* 5.; causa huius falsae inscriptionis est antecedens Reginonis canon Vasens.; D. IV. De cons. c. 125.: *Ex Conc. Araus. c.* 1.

C. LXXVII. 212) *archidiacono:* Coll. citt. 213) deest in Trev.

C. LXXVIII. 215) *Si quid — suscipere:* desid. in Coll. citt., sed in Darmst. a. II. 77. haec verba item leguntur.

C. LXXIX. 216) *recipit:* orig. Grat. 217) *usquam:* orig. Dach. Grat.

autem, qui in baptismate quacunque necessitate faciente non chrismatus fuerit, in confirmatione sacerdos commonebitur[218]).

79 C. LXXX. *De fontibus sacris.*

Unde supra[e]).

Presbyter, qui fontes lapideos habere nequiverit, vas conveniens ad hoc solummodo baptizandi officium habeat, quod nunquam extra ecclesiam deportetur[219]). Similiter ad corporale lavandum et ad pallas altaris propria vasa habeantur, in quibus nihil aliud fiat.

80 C. LXXXI. *Ut presbyter absque vestimentis sacerdotalibus missam cantare nequaquam praesumat.*

Ex Concilio Remensi[f]).

Ut nullus presbyter absque amictu, alba et stola et fanone et casula ullatenus praesumat missam celebrare. Et haec sacra vestimenta mundissima sint, et in nitido loco infra[220]) ecclesiam collocentur, nec unquam presbyter, his indutus[221]), extra ecclesiam exeat, quia hoc divina lex prohibet.

81 C. LXXXII. *Ut in vadium sacrata vasa vel vestimenta non mittantur.*

Unde supra, cap. XI.[g]).

Ut nullus presbyter praesumat calicem vel patenam[222]) altaris vel vestimentum sacerdotale aut librum[223]) taber-

---

C. LXXX. e) C. 3. med. inter Capitula Hincmari Remens. ann. 852. Cf. Reg. I. 272.

C. LXXXI. f) Inter impressos canones non est repertum. — Burch. II. 50. (R.), Sav. IV. 91. (B.). —

C. LXXXII. g) C. 11. Capitul. Hincmari Rem. a. 852. — Burch. III. 104. (R.); cf. Capitul. Theodulfi. c. 18.

C. LXXIX. 218) *commovebitur:* Goth. Helmst. — *sacerdotis perficietur:* Burch. Decr.

C. LXXX. 219) *quod — deport.:* desunt in orig.

C. LXXXI. 220) *intra:* Hild. Bal. 221) Sic omnes Codd. et Coll. citt. — Hild. immutavit: *nec presbyter cum his induitur,* ipsumque Bal. secutus est.

C. LXXXII. 222) *vel pallium:* add. Bal. Burch.; *aut pallam:* orig. 223) *ecclesiasticum:* add. Burch.

nario vel negotiatori aut cuilibet laico vel feminae in vadium dare, nisi[224]) iustissima necessitate urgente, quia tanta est sanctitas sacri ministerii, ut, salva altioris mysterii intelligentia, etiam per prophetam Dominus prohibuerit, ne cum sanctis vestimentis sacerdos procedat ad populum, sed intra sancta illa dimittat eum[225]), a colloquio divino rediens. Et, cui in tabernas ad bibendum a sacris canonibus ingredi prohibetur, sanctificata sacro ministerio nec ad contingendum immundis, quanto minus in vadimonium exhibere debet, sicut Stephanus Sanctus Papa et martyr ad[226]) Sanctum[227]) Hilarium in suis decretalibus docuit?

## ABHINC DE VITA SACERDOTIS.

C. LXXXIII. *Ut episcopus non longe ab ecclesia hospitiolum habeat.* 82

Ex Concilio Carthaginensi[h]).

Ut episcopus non longe ab ecclesia hospitiolum[228]) habeat.

C. LXXXIV. *De eadem re, ut presbyteri nullatenus ubique hospitari sinantur.* 83

Ex Concilio Meldensi, cap. XXXVI.[i]).

Ut presbyteri nullatenus ubicunque hospitari sinantur, aut aliquo modo ipsi praesumant, sed assidue apud suas ecclesias esse studeant propter sacra mysteria vel ministeria fidelibus exhibenda, nec etiam alibi habitare permittantur. Neque mulieres quamcunque habitationem[229]) habeant in

---

C. LXXXIII. h) C. 14. Concil. Carthag. IV. vulgo sic dicti; statut. eccl. antiq. (ed. Ballerin.) c. 1. — Coll. Dach. III. 128. — Dist. XLI. c. 7. §. 1.
C. LXXXIV. i) Hab. a. 845. — Burch. II. 107. (R.) et Decr. VI. 184. (B.): *Ex Conc. Meld. c. 5.*

C. LXXXII. 224) *nisi — urgente:* des. ab orig. 225) abest a Guelph. Helmst. Vienn. Bal. Burch. 226) abest ab eisdem. 227) sic omnes Codd. orig. Burch.; Hild. legit: *secundum,* quod et Bal. recepit.
C. LXXXIII. 228) *hospitium:* Grat.
C. LXXXIV. 229) *frequentationem:* orig.

locis, in quibus presbyteri aliquem recursum habuerint. Quod si observare parvipenderint, ita ut transgressores et qui contra interdicta fecerint iudicentur.

84 C. LXXXV. *De incontinentia*[230]) *sacerdotum.*

Ex Concilio Neocaesariensi, cap. I.[k]).

Presbyter, si uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si vero fornicatus fuerit, aut adulterium perpetraverit, amplius pelli debet et ad poenitentiam redigi. Simili modo etiam diaconus, si eodem[231]) peccato succubuerit, ab ordine ministerii subtrahatur.

85 C. LXXXVI. *De eadem re.*

Ex eodem Concilio[l]).

Presbyter, si praeoccupatus[232]) corporali peccato, et[233]) confessus fuerit de se, quod ante ordinationem deliquerit, oblata non consecret, manens in reliquis officiis propter studium bonum. Quodsi de se ipse non fuerit confessus, et argui manifeste nequiverit, potestati sui iudicii[234]) relinquatur.

86 C. LXXXVII. *De eadem re.*

In canone Apostolorum[m]).

Presbyter aut diaconus, qui in fornicatione aut periurio, aut furto aut homicidio[235]) captus est, deponatur,

C. LXXXV. k) Hab. a. 314. (interpr. Dion.). Verba.: *Simili modo* usque ad finem sunt c. 10. eiusd. Conc. — Coll. Vat. c. 33. 34. Dach. I. 45. 46. Halitg. V. 1. 2. (fons). — Burch. II. 108. (R.), Decr. VI. 185. (B.), Pan. III. 91. (D.) et Dist. XXVIII. c. 9. (P.) cap. 1. tantum huius Concilii exhibent.

C. LXXXVI. l) C. 9. (ex ead interpret.). — Coll. Vat. c. 39. Halitg. V. 3. (fons). — Burch. II. 49. (R.), Decr. VI. 150. (B.).

C. LXXXVII. m) C. 25. — Coll. Vat. c. 40. Halitg. V. 4. (fons). — Burch. II. 189. (R.) XVII. 39., Decr. VI. 234. (B.); Ans. XI. 29. Dist. LXXXI. c. 12.; cf. Reg. II. 246. i. f.

C. LXXXV. 230) *continentia:* Hild. Bal. 231) *eidem:* Vat. 1352.

C. LXXXVI. 232) *occupatus:* Hal. 233) deest Helmst. Bal.; *provehatur et conf.:* add. orig., item Goth., sed alia manu; *promoveatur et c.:* Burch. Decr. 234) *potestatis suae iudicio:* orig. Burch. Decr.; *iudicis:* Halitg.

C. LXXXVII. 235) *aut homicid.:* abest ab orig. Reg. II. Burch. XVII. Ans.

non tamen communione privetur, dicit enim scriptura: *Non iudicat*[236]) *Dominus bis in id ipsum.*

### C. LXXXVIII. *Item de eadem re*[n]). 87

Sacerdotes[237]) Domini et diaconi vel qui[238]) sacramenta contrectant, pudicitiae custodes, ab uxoribus se abstineant.

### C. LXXXIX. *De eadem re*[o]). 88

Praeterea, quod dignum et pudicum et honestum est[239]), tenere ecclesia omnino debet[240]), ut sacerdotes et levitae cum mulieribus[241]) non coëant[242]), quia ministerii quotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est enim †): *Sancti estote, quoniam*[243]) *ego sanctus sum Dominus Deus vester.*

### C. XC. *Item de eadem re*[p]). 89

De presbyteris et diaconibus[244]) divinarum legum[245])

---

C. LXXXVIII. n) C. 2. Conc. Carth. II. ann. 390. (cf. c. 3. Conc. Carth. ann. 409. ap. Ballerin. inter Docum. iur. can. vet.). — Coll. Vat. 38.: *De diversis ordinibus ab uxoribus abstinendis. Ex Conc. Carth.;* Halitg. V. 5. (fons), (interpr. Dion. c. 4.)

C. LXXXIX. o) C. 9. Epist. II. Innocent. I. Victricio Rotomag. ep. (scr. ann. 404.). — Coll. Vat. c. 36.: *Quod sacerdotes et levitae cum mulieribus coire non debeant. Ex decretis Innoc. P.*; Halitg. V. 6. (fons), (interpr. Dion.). — Burch. II. 118. (R.), Decr. VI. 194. (B.): *Ex canone Apost.* Putabat enim Burchard., quum huius et antecedentis apud Reginonem capitis deficerent inscriptiones, ex eisdem, ut. c. 87., utrumque desumtum esse canonibus Apostolor.; hinc illa apud eum Ivonemque inscriptio. — Decr. VI. 94., Pan. III. 94. (D.), Ans. VII. 144., Dist. XXXI. c. 4., omnes: *Innoc. P. Victricio Rotom. Ep.* (ex Hisp.). Cf. c. 9. Conc. Teleptens. ann. 418.

C. XC. p) Est excerptum ex c. 1. Ep. III. Innoc. ad Exuper. Tolosan.

†) *Levit. c. 11. v. 14.*

C. LXXXVII. 236) *iudicabit:* Vat. — *vindicat:* Guelph. Helmst. Vienn.

C. LXXXVIII. 237) *Placet, ut episcopus, presbyter et diaconus vel qui ...* orig. 238) *quicunque:* Hild. Bal.

C. LXXXIX. 239) *Praeterea — est:* des. in Pan. et Grat. 240) *terrenae ecclesiae omnimodo decet:* Vat. 1352. 241) *uxoribus suis:* Dion. Hisp. 242) *misceantur:* Hisp. 243) *et:* add. Dion. Hisp.

C. XC. 244) *De his et divin.:* Dion. Hisp. Decr. VI. 57. Pan. Grat. 245) *manifesta:* add. Coll. citt.

est disciplina[246]), ut incontinentes in officiis talibus positi omni honore ecclesiastico privarentur[247]), nec admittantur ad tale ministerium, quod sola continentia oportet impleri.

90 C. XCI. *Item de eadem re.*

Ex Concilio Nicaeno, cap. III.[q]).

Interdixit[248]) per omnia magna synodus, non episcopo, non presbytero, non diacono, vel[249]) alicui omnino, qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem, nisi forte[250]) matrem aut sororem aut amitam, vel eas tantum personas, quae suspicionem suffugiunt[251]).

91 C. XCII. *De eadem re.*

Ex decretis Siricii Papae, titul. XII.[r]).

Feminas vero non alias esse patimur in domibus clericorum, nisi eas tantum, quas proprie[252]) sola necessitudinis causa habitare cum iisdem synodus Nicaena*) permisit.

92 C. XCIII. *Item de eadem re.*

Ex Concilio Carthaginensi, cap. XXV.[s]).

Aurelius[253]) episcopus dixit: Addimus, fratres caris-

---

ep. (scr. ann. 405.).— Vat. c. 37.: *De incontinentia sacerdotum vel levitarum. Cuius supra.* Halitg. V. 7. (fons), (Dion.). — Burch. II. 117. (R.), Decr. VI. 193. (B.): *Ex canon. Apostolor. c.* 22. Cf. not. o). Plura continent: Decr. VI. 57., Pan. III. 137. (D.), Ans. VIII. 8., Dist. LXXXII. c. 2.

C. XCI. q) Hab. ann. 325. (Interpr. Dion.). — Coll. Dach. I. 49. Vat. c. 43. Halitg. V. 8. (fons). Ans. ded. II. 174., V. 21. — Burch. II. 109. (R.), Decr. VI. 186. (B.), Pan. III. 112. (D.), Ans. VI. 199. Dist. XXXII. c. 16. (P.).

C. XCII. r) Ep. I. Himerio ep. Tarracon. scr. ann. 385. (interpr. Dion.). — Coll. Ans. ded. II. 175, V. 26. — Burch. II. 110. (R.), Decr. VI. 52. 187. (B.), Ans. VII. 151., Dist. LXXXI. c. 31. (A.).

*) Conc. Nic. c. 3. Cf. cap. anteced.

C. XCIII. s) Ex Coll. Dionys. Est c. 30. Concilii Carthag. XVII. hab. ann. 419. Cf. Ballerini P. II. c. 3. §. 8. et inter Documenta primum.

C. XC. 246) *et beatae recordationis viri Siricii episcopi monita evidentia commearunt:* add. Coll. citt. 247) *priventur:* Hild. Bal.

C. XCI. 248) *interdicit:* Vat. Goth. 249) *nec:* orig. Vat. 250) *nisi forte — suffugiunt:* desunt in Vat. 251) *suspiciones effugiunt:* orig. Dach. Burch. Decr.; *fugiant suspiciones*: Pan. Grat.

C. XCII. 252) *propter solas necess. causas:* orig. Coll. citt.

C. XCIII. 253) *Aurelianus:* Hild. Bal.

simi, praeterea, cum de quorundam clericorum, quamvis lectorum erga uxores proprias incontinentia referretur, placuit, quod et diversis conciliis firmatum est, ut subdiaconi, qui sacra mysteria contrectant, et diaconi et presbyteri, sed et[254]) episcopi secundum propria statuta etiam[255]) ab uxoribus se abstineant, ut tanquam non habentes videantur esse. Quod nisi fecerint, ab ecclesiastico removeantur officio, ceteros autem clericos ad hoc non cogi, nisi maturiore aetate.

## C. XCIV. *De eadem re.* 93

### Ex decretis Siricii Papae, cap. VII.[t]).

Plurimos enim[256]) sacerdotes Christi atque levitas post longa consecrationis suae tempora tam de coniugiis[257]) propriis, quam etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, et crimen suum hac praescriptione defendere, quia[258]) in veteri testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur adtributa. Dicat mihi nunc, quisquis ille est sectator libidinum praeceptorque vitiorum, si aestimat, quia in lege Moysis passim sacris ordinibus a Domino nostro laxata sint[259]) frena luxuriae, cur eos, quibus committebantur sancta sanctorum, praemonet dicens†): *Sancti estote, quia et ego sanctus sum Dominus Deus vester?* Cur etiam procul a suis domibus anno vicis suae in templo habitare iussi sunt[260]) sacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cum uxoribus possint carnale exercere commercium, ut, conscientiae integritate fulgentes, acceptabile Deo munus offerrent, quibus, expleto deservitionis suae tempore, uxoris[261]) usus solius successionis causa

---

C. XCIV. t) C. 7. med. ep. I. ad. Himerium Tarrac. scr. a. 385. (vers. Hisp.) — Decr. VI. 50. et Dist. LXXXII. c. 3., ex vers. Dion.

†) *Levit. c. 11. v. 44.*

C. XCIII. 254) *seu etiam:* Bal. 255) deest ap. Hild. Bal.
C. XCIV. 256) deest in Coll. citt.; *autem:* Vienn. 257) Sic omnes Codd. et Coll. Hisp. — *coniugibus:* Dionys. et Coll. citt. 258) *qua:* Coll. Hisp. 259) *sunt:* Bal. Dion. Coll. citt. 260) *sint:* Bal. 261) *uxorius:* Dion. Coll. citt.

fuerat relaxatus, quia non ex alia, nisi ex tribu Levi quisquam ad Dei ministerium fuerat praeceptus admitti.

94 C. XCV. *De eadem re.*

Capit. XCII.[u]).

Statutum est ab episcopis de presbyteris[262]), qui feminas secum indiscrete habitare permittunt, et propter hoc malae opinionis suspicione denotantur, ut[263]), si deinceps admoniti non se correxerint, velut contemtores sacrorum canonum, canonica invectione feriantur.

95 C. XCVI. *De eadem re.*

Ex Concilio Wormatiensi, cap. XXIX.[v]).

Placuit, ut episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi abstineant se[264]) a coniugibus, ut[265]) non generent filios. Quodsi hoc decretum violaverint, ab honore clericatus pellantur.

96 C. XCVII. *De eadem re.*

Ex decretis Leonis Papae[w]).

Lex continentiae eadem est altaris ministris, quae episcopis atque presbyteris, qui cum essent laici sive lectores, licite[266]) et uxores ducere et filios procreare potuerunt, sed, cum ad praedictos pervenerint[267]) gradus, coepit eis non licere, quod licuit. Unde ut de carnali fiat spiri-

---

C. XCV. u) Anseg. Cap. L. I. c. 92. (c. 17. Capit. Ludov. I. eccles. Aquisgr. a. 817.) — Burch. II. 111. (R.) et Decr. VI. 188. (B.): *Ex Decr. Siricii P.;* cap. antecedens Reginonis ex Decretis Siricii desumtum est, et hoc ex Capitularibus, en viam et causam mutandae a Burch. inscriptionis.

C. XCVI. v) Hab. a. 868., in edit. c. 9., sed vid. supra ad C. LXVII. not. r). In Cod. Darmst. b. est.: c. 29.

C. XCVII. w) Ep. 167. (scr. a. 458. vel 459.) Rustico episc. Narbonensi, c. 3. (Ed. Baller.); (ap. Dionys. I. 17.). — Ans. ded. IV. 88. — Burch. II. 114. (R.): *Ex Decr. Leon. c.* 17.*;* Decr. VI. 68., Pan. III. 106. (D.) et Dist. XXXI. c. 10. (P.): *Leo Rustico Narbon. c.* 3.

C. XCV. 262) *ut:* Hild. Bal. add. 263) deest: Helmst. Bal.

C. XCVI. 264) deest: Hild. Bal. 265) *et:* orig.

C. XCVII. 266) sic Trev. Goth. Bal. Coll. Hisp. — *licito:* Guelph. Helmst. Vienn. Dionys. Coll. citt. 267) sic Dion. Coll. Hisp. Trev. Goth. Burch. — *pervenerunt:* Guelph. Helmst. Vienn. Bal. Decr. Pan. Grat.

tuale coniugium, oportet eos nec dimittere uxores, et[268]) quasi non habeant sic habere, quo et salva sit caritas connubiorum et cesset operatio[269]) nuptiarum.

### C. XCVIII. *De eadem re.* 97

Ex dictis Gregorii Papae[x]).

Qui corpus suum castitati dedicant, habitare secum feminas non permittant.

### C. XCIX. *De eadem re.* 98

Item Augustini[xx]).

Ideo nolo, ut soror mea mecum sit, quia, quae cum sorore mea sunt, sorores meae non sunt.

### C. C. *De eadem re.* 99

Ex Concilio Wormatiensi, cap. IX.[y]).

Sacerdotes igitur, si in fornicationis laqueum ceciderint et criminis manifestus sive ostensus fuerit actus[270]), sacerdotii non possunt habere honorem, secundum canonicae institutionis[271]) auctoritatem.

### C. CI. *Quae mulieres in domibus habitent clericorum.* 100

Ex Concilio Agathensi[yy]) [272]).

Id etiam ad custodiendam vitam et famam speciali or-

C. XCVIII. x) Cf. Lib. III. Dialog. c. 7. — Coll. Vat. c. 44. (fons).

C. XCIX. xx) Possid. in vita August. c. 26.; cf. Gregor. Reg. L. IX. ind. 2. ep. 60., Hincmar. ep. 48. c. 10. — Coll. Vat. c. 45. (fons.).

C. C. y) Hab. ann. 868., in edit. c. 11.; in Cod. Darmst.: b. c. 9.; vid. supra C. LXVII. not. r). — Ivo Pan. III. 136. (*Nicol. Carolo Archiep. et eius suffragan.*). Cf. Hartzheim Conc. Germ. Tom. II. p. 244.

C. CI. yy) C. 10., hab. ann. 506. — Coll. Vat. c. 267. (fons). — Burch. II. 112. (R.), Decr. VI. 189. (B.).

C. XCVII. 268) *sed:* Goth. 269) *cessent opera:* Coll. Hisp. Coll. citt.

C. C. 270) sic orig.; Codd. omnes aut corruptam aut interpolatam exhibent lectionem. Trev. et Darmst. a. L. II. c. 92. item Darmst. b.: *crimen manifestus sive ostensus fuerit actenus.* — Guelph.: *manifestis sive ostensum f. actenus.* — Goth. Vienn. Helmst. Bal.: *manifestissime ostensum f., hactenus s.* 271) *constitutionis:* Goth.

C. CI. 272) *Ex capit. Agath.:* Goth. Guelph. Helmst. Vienn. Darmst. a. (II. 93.)

dinatione[273]) praecipimus, ut nullus clericorum extraneae mulieri qualibet consolatione aut familiaritate sit[274]) coniunctus *). Et non solum in domo illius extranea mulier non accedat, sed nec ipse frequentandi ad[275]) extraneam mulierem habeat potestatem, sed cum matre tantum et sorore, filia et nepte[276]), si habuerit aut voluerit[277]), vivendi liberam habeat potestatem, de quibus nominibus nefas est aliud, quam natura constituit, suspicari.

101 C. CII. *Ne ancillae vel libertae cellarium teneant vel secretum impendant ministerium clericorum.*

Ex Concilio Agathensi[z]).

Ancillas vel libertas a cellario vel a secreto ministerio et ab eadem mansione, in qua clericus manet, placuit removeri.

102 C. CIII. *De familiaritate extranearum mulierum.*

Ex Concilio Aurelianensi[zz]).

Ideoque[278]) statuimus, ut ne quis antistitum aut clericorum[279]) licentiam habeat, intra domum suam ullam absque[280]) propinquis mulieribus, quas priores canones eloquuntur, habere personam, quibus[281]) etiam id specialiter inhibetur, ut, si quis clericorum suspicionem adversam aut oblocutionem populi propter[282]) mulierem quamcunque fortassis[283]) incurrerit, eam statim, si intra domum suam

C. CII. z) Ibid. c. 11. — Coll. Vat. c. 268. (fons). — Burch. II. 113. (R.) et Decr. VI. 190 (B.): *Ex Conc. Remensi. c.* 4.

C. CIII. zz) C. 4. Conc. Aurel. II. hab. a. 538. — Coll. Vat. c. 269. (fons).

C. CI. 273) *ordine actione:* Trev. Vat. 274) abest ab omnib. Codd. Vat. orig.; add.|: Bal. Burch. Decr. 275) sic Goth. Guelph. Vienn. Bal. Vat. orig.; deest in Trev. Helmst. Burch. Decr. *) *iungatur:* orig. 276) *filiam et neptem:* Trev. Guelph. Vat. 1347. 277) *aut v.:* des. ap. Hild. Bal.

C. CIII. 278) in orig. plura antecedunt. — *Id quoque:* Vat. 279) *antist. clericorumque omnium:* orig. 280) *his:* orig. add. 281) *de quibus:* Guelph. Helmst. Vienn. Bal. 282) deest in Vat. Trev. Guelph.; *ob:* Hild. Bal. — *de muliere quacunque:* orig. 283) deest ap. Hild. Bal.

habet, abiiciat; si certe extranea et sui iuris est, istam omnibus conditionibus studeat abiicere[284]), ut infamia, quae excitata est, abrogetur. Quodsi quilibet[285]) antistitum vel clericorum, quod supra scriptum est, vitare noluerit, pro inobedientia triennii excomunicatione multetur. Quodsi adulterii permixtio fuerit approbata[286]), in regradatione honorum priorum canonum statuta serventur.

## C. CIV. *Unde supra.* 103

### Ex Concilio Turonico[a]).

Et, quia diabolo nullum locum dare[287]) oportet, hoc praecipue custodiendum decrevimus, ut nullam[288]) clerici cum extraneis feminis habeant familiaritatem, ne[289]) ullum mali[290]) loquendi vel sentiendi hominibus aditum tribuant, quia frequenter per hanc indecentem occasionem contigit[291]), ut diabolus, qui insidiatur, sicut leo in cubili suo, de ruinis servorum Dei insultet. Si quis vero clericus post interdictum episcopi sui illicitis familiaritatibus extranearum feminarum voluerit inhaerere, a communione habeatur alienus.

## C. CV. *De eadem re.* 104

### Ex Concilio Nannetensi, cap. VI.[b]).

Inhibendum[292]) et modis omnibus interminandum

C. CIV. a) C. 3. Conc. Turon. I. hab. a. 461.; Coll. Vat. c. 270. (fons). — Burch. II. 115. (R.), Decr. VI. 191. (B.).

C. CV. b) Immo c. 3. Tempus, quo hoc concilium sit celebratum, in-

C. CIII. 284) *ista* (Vat. 1352: *ita) o. c. st. inhaerere:* Vat. — *ita o. c. st. evitare:* orig. 285) *ille:* add. Vat. orig. 286) sic orig. — Vat.: *permixtione fuerit adprobata,* quod Regino verbotenus exscripsisse videtur; Trev. enim eandem exhibet lectionem, quae tamen quum apto careat sensu, a ceterorum Codd. librariis sic est mutata: *permixtione f. adprobatus.*

C. CIV. 287) *dari:* orig. 288) sic orig. Vat. 1352. Trev.; *nulli:* Vat. 1347. Goth. Guelph. Helmst. Vienn. Bal. Coll. citt. 289) sic orig. Vat. 1352. Trev. Goth.; *nec:* cett. Codd. Vat. 1347. et Coll. laudd. 290) sic Vat. 1352. et Trev.; *male:* cett. Codd. et Coll. 291) *contingit:* Burch. Decr.

C. CV. 292) *Prohibendum:* orig. 293) *canonicam:* Hild. Bal.

est, ut nullus sacerdos eas personas feminarum, sicut et in canone insertum continetur, de quibus suspicio esse potest, in domo sua habeat; sed neque illas, quas canones concedunt, (quia instigante diabolo etiam in illis scelus frequenter perpetratum reperitur, aut etiam in pedissequis illarum) scilicet matrem, amitam, sororem. Sed, si quis de his habuerit talem necessitatem patientem, cui sit necessitas sustentatio presbyteri, habeat in vico aut in villa domum longe a presbyteri conversatione et ibi eis subministret, quae necessaria sunt. Sed et hoc secundum auctoritatem canonum[293]) modis omnibus prohibendum, ut nulla femina ad altare praesumat accedere aut presbytero ministrare aut infra cancellos stare aut sedere.

105 C. CVI. *De visitandis infirmis a presbytero.*

Unde supra c).

Cum sacerdos audierit, aliquem infirmari in sua plebe, quam citius ad eum pergat, et ingressus cubiculum, aquam benedictam super eum et per omne cubiculum aspergat, cum antiphona: *Asperges me Domine* et versu: *Exsurgat Deus.* Deinde dicat orationem: *Deus, qui sacerdotibus tuis tantam prae ceteris gratiam contulisti.* Deinde cantet septem psalmos cum precibus pro infirmis[294]). Post haec omnes iubeat extra cubiculum secedere, et appropinquans lecto, quo infirmus decumbit, eum blande leniterque alloquatur, ut omnem spem suam in Deo ponat, ut flagellum Dei patienter toleret, ut haec ad purgationem et castigationem suam provenire credat, ut peccata sua confiteatur, ut emendationem promittat, si Dominus vitam concesserit, poenitentiam pro culpis commissis spondeat, ut substantiam suam, dum adhuc sensus et ratio in eo viget, disponat, ut peccata sua eleemosynis redimat, ut his, qui in se peccave-

---

certum est; sunt enim, qui a. 895., alii, qui a. 660. factum esse contendant; certe quidem Benedicto Levita antiquius erat, in cuius Capitularium Lib. III. duo huius Concilii canones leguntur. — Burch. II. 116. (R.), Decr. VI. 192 (B.); cf. Bened. Capitul. Lib. III. c. 376.

C. CVI. c) Ibid. c. 4. — Burch. XVIII. in initio, sine inscr.

C. CVI. 294) *Deinde litaniam cantet:* add. Burch.

runt, indulgeat, ut rectam fidem et credulitatem teneat, ut de Dei misericordia nunquam desperet. Cum his et huiuscemodi allocutionibus fuerit mens infirmi relevata, data benedictione[295]), recedat sacerdos, non post multum reversurus, detque locum, ut aegrotus de peccatis suis possit cogitare.

### C. CVII. *De infirmis, qui confitentur peccata sua et se reconciliari exposcunt.* 106

Unde supra[d]).

Infirmus, qui necessitate mortis urgente confitetur peccata sua, sub eadem conditione a sacerdote reconcilietur, ut, si ei Dominus vitam donaverit sanitatemque reddiderit, secundum qualitatem delicti[296]) omnimodis poeniteat.

### C. CVIII. *De reconciliandis infirmis.* 107

Ex Concilio Nicaeno[e]).

De his, qui ad exitum veniunt, etiamnunc lex[298]) antiqua regularisque servabitur ita, ut, si quis egreditur e corpore, ultimo et necessario viatico minime privetur. Quodsi[299]) vel desperatus et consecutus communionem, oblationisque particeps factus, iterum convaluerit, sit inter eos, qui communionem orationis tantummodo consequuntur. Generaliter autem omni cuilibet in exitu posito et poscenti, sibi communionis gratiam tribui, episcopus probabiliter ex oblatione dare debebit[300]).

---

C. CVII. d) Ibid. c. 5. — Burch. XVIII. 3. (R.), Decr. XV. 28. (B.).
C. CVIII. e) C. 13. hab. a. 325. — Coll. Vat. c. 7., Dach. I. 18. (fons), Halitg. III. 10. — Burch. XVIII. 6. (R.), Decr. XV. 31. (B.), Ans. XI. 23. (omnes ex interpr. Dion.); C. XXVI. qu. 6. c. 9., ex Hisp.

295) *interroget eum de singulis:* add. Burch., ibique iam multae sequuntur orationes et litaniae, quae ap. Reg. desunt.
C. CVII. 296) *et secundum canonum statuta et poenitentialium probatorum poen.:* add. Burch. Decr.
C. CVIII. 298) *relaxanti quia regul.:* Guelph. — *relaxatio antiqua:* Helmst. Bal. 299) *quo si:* Trev. Guelph. Vienn. Helmst. Bal. 300) *debet:* Vat.

108 C. CIX. *De eadem re.*

Ex epistola Leonis Papae f).

His autem, qui in tempore necessitatis et in periculi urgentis instantia 302) praesidium poenitentiae, et mox 303) reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda, quia misericordiae Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud 304) quem nullas patitur veniae moras conversio 305), dicente Dei spiritu per prophetam †): *Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris.* Et alibi ††): *Dic iniquitates tuas prior, ut iustificeris.* Item †††): *Quia apud Dominum misericordia est et copiosa apud eum redemtio.* In 306) dispensandis itaque Dei donis non debemus esse difficiles, nec se accusantium gemitus lacrymasque negligere, cum ipsam poenitendi 307) affectionem ex Dei credamus inspiratione conceptam 308), ut resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.

---

C. CIX. f) Ep. 108. ad Theodor. Foroiul. ep., scr. ann. 452. (Ed. Ballerini). — Coll. Dach. I. 14. (fons), Halitg. III. 9.; cf. Vat. c. 5. — Burch. XVIII. 4. (R.), Decr. XV. 29. (B.). Ans. XI. 13. med., C. XXVI. qu. 6. c. 10.

†) *Ezech. c.* 30. *v.* 15. ††) *Esa. c.* 43. *v.* 26. †††) *ibid. c.* 38. *c.* 7.

C. CIX. 301) In Vat. nonnulla praemittuntur ex orig., finis contra capitis a verb.: *In dispensand....* desideratur. 302) *necessit. periculis urgentibus* (*et in, instantia* desunt): Vienn.; *periculis urgentis instantiae:* Cod. Vat. 1352. Halitg.; *in periculis urgente instantia:* Burch. Decr. — 303) deest Guelph. Helmst. Vienn. Bal. Burch. Decr. — *et remedium reconciliationis:* Vat. 1352. 304) sic orig. Vat. Hal. Burch. Decr. Ans. 305) Locus multum tentatus a librariorum manu; nostram lectionem exhib. Dach. Hal. Hisp. Vat. 1347. Decr. Ans. Grat. — At Goth. Vienn. Vat. 1352. Ps. Isid. Burch.: *ad quem n. p. venire m. c.* (Vat.: *vera conversio*); Trev. Guelph.: *nullas p. v. mortis conversio;* Helmst.: *nulla patitur venire mortis conv.* Hild. — sic immutavit: *nulla impedit venire mortis conversio*, quod et Bal. recepit. 306) *In dispens.* usque ad fin. des. i. Vat. 307) *poenitentiae:* Trev. 308) Hisp. Dach. Hal. Burch. Decr. add.: *dicente Apostolo: Ne forte det illis Deus poenitentiam, ut resip.*

C. CX. 309) *Geneclius:* Hisp.

## C. CX. *De eadem re.* 109

### Ex Concilio Africano [g]).

Aurelius [309]) episcopus dixit: Si quisquam in periculo fuerit constitutus et se reconciliari divinis altaribus petierit, si episcopus absens fuerit, debet utique presbyter consulere episcopum et sic periclitantem eius praecepto reconciliare, quam rem debemus salubri consilio roborare.

## C. CXI. *De eadem re.* 110

### Ex epistola Coelestini Papae [h]).

Vera ergo ad Deum conversio in ultimis positorum mente potius est aestimanda, quam [310]) tempore, propheta hoc taliter asserente †): *Cumconversus ingemueris, tunc salvus eris.* Cum ergo Dominus sit cordis inspector, quovis tempore non est deneganda poenitentia postulanti, cum illi se obliget iudici, cui occulta omnia noverit revelari.

## C. CXII. *De his, qui obmutescunt, antequam sacerdos veniat.* 111

### Ex epistola Leonis Papae [i]).

Ita ergo talium necessitati auxiliandum est, ut nec actio illis poenitentiae, nec communionis gratia denegetur, si eam etiam amisso vocis officio per indicia integri sensus quaerere comprobentur. Quodsi ita aliqua aegritudine fuerint aggravati, ut, quod paulo ante poscebant [311]), sub praesentia significare non valeant, testimonia eis fidelium

---

C. CX. g) Ap. Dion. c. 7.; est autem c. 4. Conc. Carth. II. hab. ann. 390. — Coll. Dach. I. 20. (fons), Hal. III. 12., Ans. ded. IV. 107. — Burch. XVIII. 13. (R.), Decr. XV. 2. (B.), Ans. XI. 12., C. XXVI. qu. 6. c. 5.

C. CXI. h) C. 2. vers. fin. Ep. II. ad episcopos Galliae, scr. ann. 428. (ap. Dion. I. 15.). — Coll. Vat. c. 6., Dach. I. 1. (fons), Hal. III. 2. — Burch. XVIII. 1. (R.), Decr. XV. 26. (B.), C. XXVI. qu. 6. c. 13. — Dach. et Grat. exhib. integrum caput, cett. Coll. finem tantum.

C. CXII. i) Ex ead. ut supra, C. CIX. — Coll. Dach. I. 2. (fons), Hal. III. 3. — Burch. XVIII. 9. (R.), Decr. XV. 34. (B.), Ans. XI. 13, C. XXVI. qu. 6. c. 10. §. 1. a. verb.: *Quod si aliqua aegritud.* — Coll. Vat. c. 10. item a verb.: *Hi qui ita aliqua aegr.*

†) *Ezech. c. 30. v. 15.*

C. CXI. 310) *non temp.:* orig. Coll. citt. — *et sub p. s.* Hisp., sed Ps. Isid.: *quam t.* *n. valebant:* rell. Codd.
C. CXII. 311) sic Goth.

circumstantium prodesse debebunt, simul tamen[312]) et poenitentiam et reconciliationis beneficium consequantur.

112 C. CXIII. *De eadem re.*

Ex Concilio Carthaginensi[k]).

Poenitentes, qui in infirmitate viaticum eucharistiae acceperint, non se credant absolutos sine manus impositione, si supervixerint.

113 C. CXIV. *De eadem re.*

Ex epistola Siricii Papae[l]).

Quicunque[313]) carnali fragilitate ceciderunt[314]), viatico munere, cum ad Dominum coeperint proficisci[315]), per communionis gratiam volumus subveniri[316]).

114 C. CXV. *De poenitentibus subito mortuis.*

Ex Concilio Vasensi [cap. XV.][m]).

Eorum[317]), qui[318]) poenitentia accepta in bono[319]) vitae cursu[320]) sine communione[321]) subito moriuntur, oblationem recipiendam et eorum funera ac deinceps memoriam ecclesiastico affectu prosequendam.

---

C. CXIII. k) Conc. Carth. IV. c. 78. Statut. eccl. ant. c. 21. — Coll. Vat. c. 8. (fons), Dach. I. 17. — Burch. XVIII. 23. (R.), Decr. XV. 10. (B.), Ans. XI. 17, C. XXVI. qu. 6. c. 8. §. 1.

C. CXIV. l) C. 5. med. ep. ad Himer. ep. Tarracon., scr. ann. 385. — Coll. Vat. c. 12. (fons), Dach. I. 9., Hal. III. 8. — Burch. XVIII. 8. (R.), Decr. XV. 33. (B.). Dach. et Hal. integrum continent caput.

C. CXV. m) Excerpt. ex c. 2. Concil. Vasens. I. hab. ann. 442.; numerus iste in inscr. ex librariorum errore profectus est, qui pro CXV. i. e. ipsius capitis numero, legebant: c. XV. — Coll. Vat. c. 15. (fons); Dach. I. 23. congruit cum orig. — Burch. XVIII. 24. (R.), Ans. XI. 19.

C. CXII. 312) sic omnes Codd., Vat. Hal.; *ut simul t.:* Hisp.; *ut simul* (*tamen* om.): Dach.

C. CXIV. 313) *Quibus tamen quoniam carnali frag.:* orig. Dach. Hal. 314) *his:* Hild. Bal. add. 315) *si rogaverint:* add. Burch. Decr. 316) *subvenire:* Helmst. Bal.

C. CXV. 317) *Pro his, qui poen. acc.:* Hisp. — *Horum qui:* Ps. Isid. 318) *in* add. Hild. Bal. 319) *bonae:* Vat. 1352. Hild. Bal. 320) *satisfactoria compunctione viventes:* add.: Hisp. Dach. 321) *inopinato nonnunquam transitu in agris aut in itineribus praeveniuntur, oblationem:* add. ibid.

C. CXVI. *De communione privatis et ita defunctis* [322]). 115

Ex epistola Leonis Papae n).

Horum causa Dei iudicio reservanda est, in cuius manu fuit, ut talium obitus usque ad communionis remedium differretur [323]). Nos autem, quibus viventibus non communicavimus, mortuis communicare non possumus.

C. CXVII. *De unguendis infirmis.* 116

Ex Concilio Turonico o).

Postquam infirmus ab onere peccatorum per confessionem relevatus fuerit et a sacerdote reconciliatus, oleo sanctificato in Dei nomine inunguendus, primum in pectore, deinde inter scapulas, cum precibus ad hanc sanctam unctionem pertinentibus, ut iuxta Apostolum oratio fidei salvet infirmum etc.

C. CXVIII. *De eadem re.* 117

Ex epistola Innocentii Papae, cap. CCCLXXVII. p) [324]).

Beatus enim Iacobus Apostolus in epistola sua scripsit †): *Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiae, et orent super eum, unguentes eum oleo in nomine Domini et oratio fidei salvabit infirmum, et suscitabit* [325]) *eum Dominus, et si in peccatis fuerit, remittentur* [326]) *ei.* Quod

---

C. CXVI. n) Ep. 167. Rustico Narbonens. ep. scr. ann. 858. vel 859. (Dion.: Decr. Leon. I. 20.). — Coll. Vat. c. 380. (fons), Dach. II. 64., Hal. III. 14. — Burch. XI. 52. (R.), Decr. XIV. 60. (B.), Pan. V. 118. (D.), Ans. XI. 14., C. XXIV. qu. 2. c. 1.

C. CXVII. o) Cap. incert.

C. CXVIII. p) In Coll. Vat. hoc caput est c. 377., atque Regino, qui id cum sequenti capite ex illa desumsit, simul casu et numerum illum inscriptioni adposuit. Est autem c. 8. epist. Innoc. ad Decentium ep. Eugubin. scr. a. 404. — Coll. Dach. II. 110. Halitg. III. 16.

†) *C. 5. v. 14. 15.*

C. CXVI. 322) *priv. qui vita defuncti sunt:* Bal. 323) sic omnes Codd. Vat. Hisp. — *differatur:* Hal. — *non differatur:* Dion. — *non differretur:* Decr. Pan. Grat.

C. CXVIII. 324) sic Trev., cett. Cod.: *CCCLXXXVII.* 325) *allevabit:* Bal. 326) sic orig. Vat. 1352. Dach. Hal. Trev. Goth. Bal. — *remittetur:* Vat. 1347. Guelph. Helmst.

non est dubium de fidelibus aegrotantibus accipi vel intelligi debere, qui[327]) sancto oleo chrismatis perungui possunt, quod, ab episcopo confectum, non solum sacerdotibus, sed omnibus uti Christianis licet in sua aut suorum necessitate unguendum. Ceterum illud superfluum videmus adiectum, ut de episcopo ambigatur, quod presbyteris[328]) licere non dubium est[329]). Nam idcirco presbyteris dictum est, quia episcopi occupationibus aliis impediti, ad omnes languidos ire non possunt. Ceterum, si episcopus aut potest, aut dignum ducit, aliquem a[330]) se visitandum et benedicere et tangere chrismate, sine cunctatione potest, cuius est ipsum chrisma conficere. Nam poenitentibus istud fundi non potest, quia genus est sacramenti; nam, quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi?

118 C. CXIX. *De eadem re.*

Ex dictis Bedae presbyteri[q]).

*Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiae, et orent super eum, unguentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum.* Hoc et Apostoli in evangelio fecisse leguntur, et nunc ecclesiae consuetudo tenet, ut infirmi oleo consecrato unguantur a presbyteris, et oratione comitante sanentur. Non solum presbyteris, sed, ut Innocentius Papa scribit, etiam omnibus Christianis[331]) uti licet eodem oleo in sua aut suorum necessitate unguendo, quod tamen oleum nonnisi ab episcopis licet confici. Nam, quod ait: *oleo in nomine Domini*, significat: *oleo in nomine Domini consecrato*, vel certe, quia etiam, cum unguant[332])

---

C. CXIX. q) Bedae Expositio in epist. B. Iacobi, c. 5. v. 14. 15. 16. — Coll. Vat. c. 378. (fons).

327) sic Trev. Vat. Hal. Coll. Hisp.; *quia:* cett. Codd. Dion. Dach. 328) solus Hild. et secundum ipsum Bal.: *presbytero.* 329) *ceterum — dubium est:* desunt ap. Halitg. 330) sic emendandum erat ex auctor. orig. Dach. Hal.; *ad*: Vat. omnesque Codd., in Helmst. litera *d* erasa.

C. CXIX. 331) *omnes Christianos:* Vat. 1347. Trev.; *omni Christiano:* Goth.; *omnis Christianus*: Guelph. 332) *unguunt:* Hild. Bal.

infirmum, nomen Domini super eum invocare pariter debent. *Et si in peccatis sit, dimittentur ei.* Multi propter peccata in animam facta infirmitate aut etiam morte plectuntur corporis. Unde Apostolus Corinthiis, quia corpus Domini indigne percipere erant soliti, ait†): *Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles*[333]) *et dormiunt multi.* Si ergo infirmi in peccatis sint[334]), et haec presbyteris ecclesiae confessi fuerint, ac perfecto corde ea relinquere atque emendare sategerint[335]), dimittetur eis. Neque enim sine confessione emendationis peccata queunt dimitti, unde recte subiungitur: *Confitemini alterutrum peccata vestra et orate pro invicem, ut salvemini.*

## C. CXX. *De sacra communione.* 119

### Unde supra[r]).

Postquam infirmus sacra unctione fuerit delibutus, statim corpore et sanguine Domini recreandus est, ut, de cuius vita corporali desperatur, vivificari in anima aut vita mereatur aeterna. Ait enim Dominus††): *Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, habet vitam aeternam.* Et†††): *Nisi manducaveritis, non habebitis vitam in vobis.* Proinde sancti canones praecipiunt, ut nulli fideli in extremis posito communio denegetur.

## C. CXXI. *Ne presbyter communionem laico ad deferendum tradat.* 120

### Ex Concilio Remensi[s]).

Pervenit ad notitiam nostram, quod quidam presbyteri in tantum parvipendant divina mysteria, ut laico aut feminae sacrum corpus Domini tradant ad deferendum infirmis, et quibus prohibetur, ne sacrarium ingrediantur,

C. CXX. r) Caput incertum.

C. CXXI. s) In editis non exstat; similia leguntur in Concil. Rotomag. (hab. a. 650.) c. 2. — Burch. V. 30. (R.), Decr. II. 39. (B.), Pan. I. 154. (D.), D. II. De cons. c. 29. (P.).

†) *1 Cor. c. 11. v. 30.* ††) *Ioann. c 6. v. 55.* †††) *ibid. v. 54.*

C. CXIX. 333) sic Vat. Bal. Vienn. — *infirmi et:* desid. in cett. Codd. 334) *sunt:* 335) *satagerint:* Vat. omnesque Codd.

nec ad altare appropinquent, illis sancta sanctorum committuntur, quod quam sit horribile, quam detestabile, omnium religiosorum animadvertit prudentia. Igitur interdicit per omnia synodus, ne talis temeraria praesumtio ulterius fiat, sed omnimodis presbyter per semetipsum infirmum communicet. Quodsi aliter fecerit, gradus sui periculo subiacebit.

121 C. CXXII. *Ut nulla pretia de baptizandis requirantur.*

Ex epistola Gelasii Papae [t]).

Baptizandis consignandisque fidelibus [336]) pretia nulla praefigant, nec illationibus quibuslibet impositis exagitare cupiant renascentes, quoniam quod gratis accepimus [337]), gratis dare mandamur [338]). Et [339]) ideo nihil a praedictis prorsus exigere moliantur, quo vel paupertate cogente deterriti, vel indignatione revocati [340]), redemtionis suae [341]) causas adire despiciant, certum habentes, quod, qui prohibita deprehensi fuerint admisisse, vel commissa non potius sua sponte correxerint, periculum subituri proprii sint honoris.

122 C. CXXIII. *Ut nemo pro sepultura quicquam exigat.*

Ex epistola Gregorii Papae [u]).

Grave nimis et procul est a sacerdotis officio pretium de terra concessa putredini quaerere, et de alieno velle

---

C. CXXII. t) C. 17. decreti general. universis epp. per Lucaniam etc. scr. a. 494. — Dion.: c. 5. Decretor. Gelas. P. — Coll. Dach. II. 111. (fons). Vat. c. 375. a verb.: *Quod enim gratis accepimus....* Ans. ded. IX. 22. — Burch. IV. 71. (R.), Decr. I. 265. (B.), et 72. (usque ad verba: *cupiant renascentes.).* C. I. qu. 1. c. 99.

C. CXXIII. u) Ep. 3. Lib. IX. (sec. ed. Maur.), scr. a. 599.; in veter. exemplarib. Regest. Lib. VII. indict. 2. ep. 55. — Coll. Vat. c. 381. (fons). — Decr. III. 101. C. XIII. qu. 2. c. 12. (utraque collectio: *Gregor. Ianuario ep. Sardiniae.).*

C. CXXII. 336) *sacerdotes:* add. Grat. 337) sic Vat. Dach. omnesque Codd. — *accepimus:* orig. Grat. — *ut Dominus ait:* add. Vat. 338) *debemus:* Vat. 339) Eorum, quae iam sequuntur, Vat. nonnisi brevem exhibet epitomen. 340) *provocati:* Trev.; *vocati:* Guelph. Helmst. 341) sic Dach. omnesque Codd. et Coll. citt. — *sui:* orig.

facere luctu compendium. Hoc autem vitium et nos, postquam Deo auctore ad episcopatus honorem accessimus, de ecclesia nostra omnino vetuimus et pravam denuo consuetudinem nequaquam usurpari permisimus, memores, quia, dum Abraham a filiis Ephron, hoc est, filio [342]) Seor sepulcrum pretio [343]) ad humandum corpus coniugis postularet, praemium [344]) accipere renuit, ne commodum videretur de cadavere consecutus. Si ergo tantae considerationis paganus vir fuit, quanto magis nos, qui sacerdotes [345]) dicimur, hoc facere non debemus? Unde ne [346]) hoc avaritiae vitium, ne vel in alienis denuo tentari praesumatur, admoneo. Sed si quando aliquem in ecclesia vestra sepeliri conceditis, siquidem parentes ipsius, proximi vel heredes pro luminaribus sponte quid offerre voluerint, accipere non vetamus. Peti vero aut aliquid exigi omni modo prohibemus, ne, quod valde irreligiosum est, aut venalis, quod absit, dicatur ecclesia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari, si ex eorum cadaveribus studetis quaerere quolibet modo compendium.

### C. CXXIV. *De eadem re.* 123

### Ex Concilio Meldensi, cap. LXXII. [v]).

Ut nemo quemlibet mortuum in ecclesia quasi hereditario iure, nisi quem episcopus aut presbyter pro qualitate conversationis et [347]) vitae dignum duxerit, sepelire praesumat, nec quisquam ossa cuiuslibet mortui de sepulcro suo eiicere [348]), aut sepulturam cuiusquam temerario ausu [349]) quoquo modo violet [350]), sed unumquemque in loculo

---

C. CXXIV. v) Hab. a. 845.; cf. Karoli II. Convent. in villa Sparnaco a. 846. c. 72. — Burch. III. 158. (R.), Decr. III. 221. (B.), Pan. II. 25. (D.); (in tribus his Coll. verba: *maxime quum non solum divinae* usque ad finem desunt.) cf. Hincmari Capitul. c. 12.

C. CXXIII. 342) *filium:* Vat. Trev. Guelph. Vienn.; *a filiis:* Decr. Grat. 343) sic Vat. Trev. Goth. Decr. — *sepulcri terram pretio:* Grat. — *sepulcri pretium:* Guelph. Helmst. Vienn. Bal. 344) *pretium:* Helmst. Bal. 345) *Dei:* Val. add. 346) deest ap. Bal.

C. CXXIV. 347) *aut:* Bal. 248) *eiiciat:* orig. 349) *usu:* Guelph. Helmst. Vienn. 350) *violare:* Burch. Decr. Pan.

sibi a Deo parato [351]) atque concesso adventum sui iudicis praestolari concedat, maxime quum non solum divinae leges, sed etiam et humanae apud humanam rempublicam sepulcrorum violatores reos mortis diiudicent. Sed et neque pro loco sepulturae, ut verbis sancti Gregorii utamur, de terra concessa putredini quaerere et de alieno velle facere luctu compendium aliquo modo tentet [352]). Si quando autem proximi vel heredes sponte aliquid offerre in ecclesia voluerint in eleemosyna [353]) defuncti, accipere non vetamus. Peti vero aut aliquid exigi omnino prohibemus, ne, quod valde irreligiosum est, aut venalis, quod absit, dicatur ecclesia, aut de humanis mortibus videamur gratulari, si compendium exinde studemus modo quolibet quaerere.

124 C. CXXV. *Ut nullus in ecclesia mortuum sepeliat.*

Ex Capitulis synodalibus, titul. CLIII. [w]) [354]).

*Ut nullus deinceps in ecclesia mortuum sepeliat.*

125 C. CXXVI. *Item de eadem re.*

Capit. XLVI. [x]).

Ut de sepeliendis in basilicis mortuis illa constitutio servetur, quae ab antiquis patribus constituta est.

125 b C. CXXVII. *De eadem re.*

Item ex Concilio Nannetensi cap. VIII. [y]).

Praecipiendum secundum canonum auctoritatem, ut de sepulcris et hominibus sepeliendis nihil muneris exigant, nisi forte, qui sepelitur, vivens iusserit ecclesiae, in cuius

C. CXXV. w) C. 153. Anseg. Capitul. Lib. I. (c. 14. Capit. Ingelh. de presb. a. 809.).

C. CXXVI. x) C. 46. Anseg. Capit. Lib. II. (c. 21. Concil. Arelat. VI. hab. a. 813.).

C. CXXVII. y) Immo c. 6.; cf. supra C. CV. not. b). — Burch. III. 159. (R.), Decr. III. 222. (B.), Coll. t. p. III. 3. c. 30. (D.). — C. XIII. qu. 2. c. 15. (*Ex Conc. Varensi.*).

351) *praeparato:* orig. 352) *tentent:* Hild. Bal. 353) *eleemosynam:* orig.

C. CXXV. 354) *CLIIII.:* Trev.

atrio sepelitur, de suis rebus aliquid tribuere, aut etiam post mortem illius, quibus commissum est eius eleemosynam facere, de rebus illius aliquid dare sponte voluerint. Tamen nullatenus a presbyteris illis aliquid exigatur sive ab illis, qui locis et vicis praesunt. Prohibendum etiam secundum maiorum instituta, ut in ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in atrio aut in porticu aut exedra [355]) ecclesiae. Infra ecclesiam vero aut prope altare, ubi corpus Domini et sanguis conficitur, nullatenus habeat [356]) licentiam sepeliendi.

## C. CXXVIII. *De eadem re.* 126

### Item ex Concilio Triburiensi [z]).

Ut, si possit fieri, mortui non alibi sepeliantur praeter ad ecclesiam et deinceps nihil exigatur pro pretio [357]) sepulturae.

## C. CXXIX. *De eadem re.* 127

### Item ex eodem [a]).

Dictum est, solere in quibusdam locis pro perceptione chrismatis nummos dari, solere quoque [358]) pro baptismo et communione. Hoc simoniacae haeresis semen detestata est sancta synodus et anathematizavit, et ut de cetero nec pro ordinatione, nec pro sepultura vel communione quic-

---

C. CXXVIII. z) Cf. c. 15. et 16. Concilii Tribur. hab. ann. 895. et *Beiträge* . . . pag. 21 seqq. et 175. c. 12.) — Coll. Rotger. c. 230. (*Ex Concil. Tribur. c. VIII.*) exhibet canonem, qui de eodem argumento, sed paulo fusius tractat, atque veri simillimum est, Reginonem h. l. nonnisi rubricam vel summulam illius canonis Tribur. recepisse, ut solet. (cf. infra I. 156. II. 182. 183.)

C. CXXIX. a) Inter edita capitula non est repertum, sed vide: *Beitr.* l. l. et pag. 170. c. 9. — Burch. IV. 101. (R.), Decr. I. 295. (B.), C. I. qu. 1. c. 105.

C. CXXVII. 355) sic Guelph. Helmst. Vienn. Bal. — *abscedar:* Trev. Goth. Darmst. a. (II. 97.) — *extra ecclesiam:* orig., quam lectionem Hild. recepit. 356) *habeant:* Hild. Bal.

C. CXXVIII. 357) *loco:* Goth.

C. CXXIX. 358) deest: Guelph. Helmst. — *ac:* Goth. — *et:* Vienn.

quam exigatur, sed gratis dona Christi gratuita dispensentur [359]).

128 C. CXXX. *De infantibus mortuis per negligentiam non baptizatis.*

Ex Poenitentiali, cap. XVII. [b]).

Pariens femina, cuius filius per negligentiam non baptizatus obierit*), annum unum poeniteat, et nunquam sit sine aliqua poenitentia. Si sacerdos, ad quem pertinebat, vocatus fuerit ad baptizandum infantem, et venire neglexerit, ipse secundum**) damnationem animae iudicio episcopi sui castigetur. Sed et omnibus fidelibus licet, ubi forte morituros invenerint non baptizatos, immo praeceptum est, omnes animas eripere a diabolo per baptisma, i. e. benedicta aqua simpliciter in nomine Domini, et baptizare illos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti intinctos aut superfusa aqua. Unde oportet eos, qui possunt, tamen fideles, monachos maxime, et scientiam habere baptizandi, et, si alicubi longius exierint, eucharistiam semper secum habere debent.

129 C. CXXXI. *De eadem re* [c]).

Perpendant presbyteri, quanti discriminis sit, animas innocentium per eorum negligentiam a regno Dei excludi. Si enim gaudium est in coelo super uno peccatore poenitentiam agente, quid putas, quanta ira et indignatio super illum erit, qui per suam negligentiam ianuas paradysi innocentibus claudit? Et ideo presbyteri summa diligentia caveant, ne animas, pro quibus sanguis Christi effusus est, per suam incuriam a coelesti beatitudine separent. Sed si, quod absit, evenerit, gravi poenitentiae luctu diebus vitae suae se submittat, per cuius evenerit neglectum.

---

C. CXXX. b) C. 17. Poenitentialis Darmst., ex quo Regino praeter hoc alia multa capp. desumsit. Vid. totum illum librum poenitent. editum: (B.): *Beiträge* ... pag. 124. seqq.

C. CXXXI. c Caput incertum. — Burch. IV. 46. (R.), Decr. I. 240. (B.): *Ex decr. Sixti P. cap.* 5.

C. CXXIX. 359) *dispensatione donentur*: Coll. citt.

C. CXXX. *) *obiit*: orig. **) *in damn.*: orig.

### C. CXXXII. *De eadem re.* 130

Item unde supra[d]).

Cuius parvulus in[360]) negligentia sine baptismo mortuus fuerit, tres annos poeniteat, unum ex his in pane et aqua.

### C. CXXXIII. *Ne oblationes in domibus offerantur.* 131

Ex Concilio Laodicensi[e]).

Quod non oporteat in domibus oblationes celebrari ab episcopis vel a presbyteris.

### C. CXXXIV. *Ne missae extra ecclesiam cantentur.* 132

Item unde supra[f]).

Dictum est nobis, quod quidam laici in domibus propriis praecipiant presbyteris, missas celebrare et inter canum discursus et scortorum greges sanctitatis mysteria polluantur magis, quam consecrentur. Quapropter praecipimus, ut nullus presbyter extra ecclesiam praesumat missam cantare, nisi forte itineris necessitas exposcat, ubi in tentorio aut sub divo, in loco nitido et longe ab omni immunditia remoto missas celebrare permittimus, et hoc nullatenus sine tabula consecrata.

Bal. c. 133. vid. infra c. 350.

### C. CXXXV. *De ebriosis clericis.* 134

Ex Concilio Agathensi[g]).

Itaque[361]) eum, quem ebrium fuisse constiterit, ut

C. CXXXII. d) Ex libro quodam poenitentiali adhuc incognito. Fons huius cap. est Coll. Vat. c. 104. — Ans. XI. 39. init.: *Ex poenitentiali Rom.* (Poenit. Rom. ex edit. Anton. Augustini tit. I. c. 31.)

C. CXXXIII. e) C. 58., hab. inter ann. 347. et 381. (interpr. Dion.). — Vat. c. 293. (fons), Dach. II. 100., Ans. ded. X. 86. — Burch. III. 60. (R.), Decr. III. 63. (B.). Cf. c. 24. Concil. Mogunt. sub Raban. hab. a. 852.

C. CXXXIV. f) Caput incertum; similia exhibet c. 9. Conc. Mogunt. hab. a. 888. — Burch. III. 61. (R.), Decr. III. 64. (B.): *Ex Conc. Aurelian. c. 4.* Cf. praeterea Burch. III. 56., ubi Moguntinus ille canon paulo fusior exhibetur: *Ex Conc. Tribur. c. 4.*

C. CXXXV. g) C. 41., hab. ann. 506. — Coll. Vat. c. 164. (fons).

C. CXXXII. 360) *per negligentiam:* Vat. 1352. Ans.

C. CXXXV. 361) *Ante omnia clericis vetetur ebrietas, quae omnium vitiorum fomes ac nutrix est. Itaque eum......:* add. orig.

ordo patitur, aut triginta[361 a]) dierum spatio a communione statuimus submovendum, aut corporali dandum[362]) supplicio.

135 C. CXXXVI. *Item de eadem re.*

Fructuosi episcopi[h]).

Si quis ecclesiastica praeditus ordinatione, aut monachus, repertus fuerit ebriosus, in pane et aqua tribus poeniteat mensibus.

C. CXXXVII. *Item de eadem re.*

Ex dictis beati Ferreoli[i]) [363]).

De ebrietate vero superfluum puto monachum commoneri, cum, vel si parum vini accipiat, a proposita corporis contritione declinat. Et ideo monachum, si ebrium, quod dici nefas est, videri aliquando contigerit, zelans illi plenus ira praecipio, ut triginta diebus a vini potione suspendatur, quatenus anima infusione concessa[364]) digestione hoc spatio vacuetur.

136 C. CXXXVIII. *De clericis ebrietati deditis*[k]).

Si quis episcopus aut aliquis ordinatus in consuetudine ebriosus fuerit, aut desinat aut deponatur.

---

Coll. Dach. III. 57. — Burch. XIV. 11. (R.), Decr. XIII. 79. (B.), Dist. XXXV. c. 9.

C. CXXXVI. h) Regul. S. Fructuosi c. 16. — Coll. Vat. c. 165. (fons). — Burch. XIV. 9. (R.), Decr. XIII. 77. (B.).

C. CXXXVII. i) Regul. S. Ferreoli. c. 39. — Coll. Vat. c. 166. (fons). — Coll. tr. p. II. 50. c. 6. —

C. CXXXVIII. k) Ex Poenitentiali, quod dicitur, Commeani, c. 1. init. — Mansi T. XII. p. 37. profert hunc canonem inter excerpta de Theodori Cantuar. capitulis. Cf. Poenit. Merseburg. I. c. 91. (*Beitr.* pag. 100.) Coll. Vat. c. 167. (fons), sine inscriptione. — Burch. XIV. 6., Decr. XIII. 74. (B.): *Ex can. Apost. c.* 43; cf. Reg. I. 148.

C. CXXXV. 361 a) *quadraginta*: Benedict. Capit. L. III. c. 270. 362) *subdendum:* ibid.

C. CXXXVII. 363) deest hoc cap. in Guelph. Helmst. (Hild.) Vienn. Paris. (Bal.) 364) *concussa:* Trev.

C. CXXXIX. *Item de laicis ebriosis* [1]). 137

Laicus, si ebriosus fuerit, tres dies in pane et aqua poeniteat.

C. CXL. *Generalis sententia de omnibus ebriosis ac vinolentis, Hieronymi* [365]) *presbyteri et Ephraem* [366]) *diaconi* [m]). 138

Fuge vinum velut venenum, ne ebrietas snperet te, exspoliatumque virtutibus nudum efficiat. Vinum enim, ut sancta scriptura dicit, apostatare facit etiam sapientes. Attende Noë virum sapientem et sanctum, quomodo ob [367]) ebrietatem nudatus est dormiens. Attende et Loth patriarcham, qui per ebrietatem impudenter se commiscuit filiabus. Hinc beatus Basilius ait: *Multi per vinum a daemonibus capti sunt, nec est aliud ebrietas, quam manifestissimus daemon.* Hinc Propheta ait †): *Fornicatio et ebrietas aufert cor.* Ebrietas enim perturbationem gignit [368]) mentis, furorem et flammam suscitat libidinis, Apostolo teste ††): *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Si quis autem contra haec sanctorum fecerit statuta, dignam ac longam agat poenitentiam, quia unum est ex his peccatis, quae hominem a regno Dei separant, dicente Apostolo Paulo †††): *Neque ebriosi regnum Dei possidebunt.*

C. CXLI. *Item de eadem re.* 139

Ex dictis S. Benedicti [n]).

Nihil sic contrarium est homini Christiano, quomodo

---

C. CXXXIX. l) Cf. Poenit. Darmstad. c. 19. i. f. (*Beitr.* pag. 135.) Coll. Vat. c. 168. (fons), inscriptio item deest.

C. CXL. m) Similia leguntur in epistola (69.) Hieron. ad Oceanum (Opp. Veron. 1734. Tom. I. p. 421.), sed in Ephraemi Opp. nihil repertum est, quod huc pertineat.— Coll. Vat. c. 169. (fons).— Burch. XIV. 12. (R.), Decr. XIII. 80. (B.): *Ex dictis August.*

C. CXLI. n) Regul. S. Benedicti († ann. 542.) c. 39. — Burch. XIV. 1. (R.), Decr. XIII. 69. (B.).

†) *Hos. v.* 4.
††) *Ephes. c.* 5. *v.* 18.
†††) I. *Cor. c.* 6. *v.* 10.

C. CXL. 365) *Sancti Hier.:* add. Hild. Bal. 366) *Syri*: add. iid.; *Effrem:* Codd. et Coll. 367) sic Cod. Vat. 1352. — *ad:* Codd. Reginonis; *per:* Burch.; *ab ebrietate:* Cod. Vat. 1347. 368) sic Coll. Vat. et Trev. — *perturb. parit, gignit mentis furorem*: rell. Codd. Coll. citt.

crapula, sicut ait Dominus in evangelio†): *Videte, ne graventur corda vestra in crapula et ebrietate.*

140 C. CXLII. *Item de eadem re.*

Ex Capitularibus, titulo CLXI.[o]).

De ebrietate, ut primum omnium seniores semetipsos exinde caveant, et eorum iunioribus exemplum bonum sobrietatis ostendant.

141 C. CXLIII. *Item de eadem re.*

Ex Lib. III. cap. XXXVIII.[p]).

Ut nullus ebrius suam causam in mallo quaerere[369]), nec testimonium dicere praesumat[370]), nec placitum comes habeat, nisi ieiunus.

142 C. CXLIV. *De eadem re.*

Item ex eodem, cap. LXXII.[q]).

Ut in hoste nemo parem vel quemlibet alterum hominem bibere roget, et quicunque in exercitu ebrius inventus fuerit, ita excommunicetur, ut in bibendo sola utatur aqua, quousque se male fecisse cognoscat.

143 C. CXLV. *De eadem re.*

Item ex Capitularium Lib. I. tit. CXXXVIII.[r]).

Ut nemini liceat, cogere ad bibendum.

---

C. CXLII. o) Anseg. Capit. L. I. c. 161. (c. 6. Capitul. Aquens. ann. 810.).
C. CXLIII. p) Anseg. Cap. L. III. c. 38. (c. 15. Capitul. minor. Karoli M. a. 803.).
C. CXLIV. q) Anseg. Capit. L. III. c. 72. (c. 6. Capitul. Karoli M. Bononiens. ann. 811.).
C. CXLV. r) Anseg. Capit. L. I. c. 138. (c. 16. Capitul. minor. Karoli M. ann. 803.)

†) *Luc. c.* 21. *v.* 34.

C. CXLIII. 369) *possit conquirere:* orig. 370) abest ab orig.

## C. CXLVI. *De eadem re.* 144

### In canonibus Apostolorum tit. XLII.[s]).

Episcopus, presbyter aut diaconus aleae atque ebrietati deserviens aut desinat aut certe damnetur. Subdiaconus aut lector aut cantor similia faciens aut desinat aut communione privetur. Similiter[t]) etiam laicus.

## C. CXLVII. *De eadem re.* 145

### Ex Poenitentiali, cap. XIX.[t*]).

Qui per ebrietatem vomitum facit, si presbyter aut diaconus est, quadraginta dies poeniteat; si monachus, triginta dies; si clericus, viginti dies; si laicus, quindecim dies.

## C. CXLVIII. *De eadem re.* 146

### Ex canonibus[u]).

Si quis episcopus aut aliquis ordinatus vitium habuerit ebrietatis, aut desinat aut deponatur.

## C. CXLIX. *De eadem re.* 147

### Item ex alio Poenitentiali[v]).

Laicus, si per ebrietatem vomitum facit[371]), tres*) dies a carne et vino et cerevisia abstineat.

## C. CL. *De eadem re.* 148

### Item[w]).

Si quis per nequitiam alium inebriat[372]), quadraginta dies poeniteat.

---

C. CXLVI. s) Burch. XIV. 5. (R.), Decr. XIII. 73. (B.), Pan. III. 170. (D.), Dist. XXXV. c. 1. t) C. 43. ibid.; Coll. citt. l. l.

C. CXLVII. t*) C. 19. Poenitentialis Darmstadiens. (*Beiträge*, pag. 135.). Burch. XIV. 13. (R.), Decr. XIII. 81. (B.): *Ex Poenit. Romano.*

C. CXLVIII. u) Ex c. 19. eiusdem Poenitent. Darmstad. Cf. Poenit. Commeani c. 1. init. et Martene, Nov. thesaur. anecd. Tom. IV. col. 44. — Eadem fere exstant ap. Reg. I. 138. et coll. ibi citt.

C. CXLIX. v) Poenit. Darmst. l. l.; Poenit. Commeani ibid. — Burch. XIV. 14. (R.), Decr. XIII. 82. (B.): *Ex Poenit. Bedae.*

C. CL. w) Poenit. Darmst. ibid. — Burch. XIV. 15. (R.), Decr. XIII. 83. (B.): *Ex eodem.*

C. CXLIX. 371) sic Trev. C. CL. 372) *inebriaverit:* Goth. Coll. citt.; *fecerit:* rell. Hild. Bal. Codd. *) *XV:* Comm.

149 C. CLI. *De his, qui eucharistiam vomunt*[x]).

Si quis per ebrietatem vel voracitatem eucharistiam evomuerit, XL dies poeniteat, clerici vel monachi seu diaconi XL dies poeniteant, presbyteri LXX dies, episcopi XC. Si pro infirmitatis causa evomuerit[373]), VII[374]) dies poeniteat.

150 C. CLII. *De clericis inter epulas cantantibus.*

Ex Concilio Africano[y]).

Clericos[375]) inter epulas cantantes ab officio detrahendos.

151 C. CLIII. *De eadem re.*

Item ex eodem[z]).

Si quis clericus aut monachus verba scurrilia, ioculatoria risumque moventia loquitur, acerrime corripiatur.

152 C. CLIV. *De eadem re.*

Item ex eodem[a]).

Clericos[376]) scurriles et verbis turpibus ioculatores ab officio detrahendos.

---

C. CLI. x) C. 20. Poenit. Darmst. — Burch. V. 46. (R.), Decr. II. 55. (B.), Pan. I. 155. (D.), Dist. II. de cons. c. 28. (P.): *Ex Poenit. Bedae.*

C. CLII. y) Statut. eccl. antiq. c. 75. (C. Carth. IV. c. 62.). — Coll. Vat. c. 194. (fons), Dach. III. 70., Coll. Ans. ded. V. 88. — Burch. II. 170. (R.), Decr. VI. 266. (B.), C. XXII. qu. 1. c. 9. (D.).

C. CLIII. z) Caput incertum. — Coll. Vat. c. 193. (fons): *Item* (antecedit canon ex C. Carth.). — Burch. II. 171. (R.), Decr. VI. 267. (B.): *Ex Conc. Carth. c.* 80.

C. CLIV. a) Stat. eccl. ant. c. 73. (C. Carth. IV. c. 60.). — Coll. Vat. c. 192. (fons): *Ex conc. Carth.*, Dach. III. 35. et 70., Ans. ded. V. 86. — Burch. II. 172. (R.), Decr. VI. 268. (B.) et XI. 79., Dist. XLVI. c. 6.; cf. Conc. Agath. c. 70, Ans. VII. 177.

C. CLI. 373) *evenerit:* Trev. 374) *IV d.:* Guelph. Helmst. Bal.

C. CLII. 375) sic Coll. Vat., Trev. Goth. Bal.; *Clerici — detrahendi sunt:* rell. Codd., Burch. Decr. Grat.; *Clerici — supradictae sententiae severitate feriantur:* orig. Dach. Ans. ded. (in antecedente enim capite sermo est de scurrilibus ab officio detrahendis.).

C. CLIV. 376) *clericum scurrilem* et sic rell. Hisp., Conc. Agath. Ans.

## C. CLV. *Item de clericis maledicis* [b]). 153

Clericus maledicus maximeque in sacerdotibus cogatur ad postulandum veniam. Si noluerit, degradetur, nec unquam ad officium absque satisfactione revocetur.

## C. CLVI. *Item de clericis iurantibus* [c]). 154

Clericos iurantes excommunicandos.

## C. CLVII. *De eadem re.* 155

### Item unde supra [d]).

Clericum per creaturas iurantem acerrime obiurgandum; si perstiterit in vitio, excommunicandum.

## C. CLVIII. *Item de conviciosis vel maledicis* [e]). 156

Si quis convicio vel maledicto vel etiam crimine subiecto laeserit aliquem, dignissima purgetur satisfactione; si hoc vitium iteraverit, poenitentia iustissima secundum modum culpae expietur.

## C. CLIX. *De eadem re.* 157

### Unde supra [f]).

Apostolus dicit: *Neque maledici regnum Dei possidebunt.* Si quis hoc peccatum admiserit, tam grande poeniteat, quam grande perpetraverit scelus, quod a regno separat Dei.

## C. CLX. *Item de detrectatione* [g]). 158

Si quis promtus facilisque est ad detrahendum, di-

---

C. CLV. b) Stat. eccl. ant. c. 44. (C. Carth. IV. c. 57.). — Coll. Vat. c. 189. (fons): *Ex Conc. Carth.*, Dach. III. 65., Ans. ded. V, 96. — Burch. X. 66. (R.), Decr. XIII. 66. (B.), XI. 11., Dist. XLVI. c. 5.

C. CLVI. c) Collectio canonum Hibernens. Lib. IX. (Martene, Thes. nov. anecd. T. IV. col. 3.) — Coll. Vat. c. 190. (fons).

C. CLVII. d) Stat. eccl. ant. c. 74. (C. Carth. IV. c. 61.) — Coll. Vat. c. 191. (fons): *Item unde supra. Ex conc. Carth.;* Dach. III. 71., Ans. ded. V. 87. — Burch. II. 175. (R.), Decr. VI. 271. (B.), C. XXII. qu. I. c. 9.

C. CLVIII. e) C. 31. Regul. S. Caesarii episc. (Holsten. T. I. p. 358.). — Coll. Vat. c. 154. (fons): *De conv. vel mal. Caesarii epi.*; cf. c. 16. Reg. S. Augustini (Holst. T. I. p. 351.).

C. CLIX. f) Caput incertum. — Coll. Vat. c. 155. (fons). — Burch. X. 51. (R.), Decr. XIII. 52. (B.).

C. CLX. g) C. 84. Reg. S. Pachomii (Holst. T. II. p. 50.) — Coll. Vat.

censque, quod verum non est, septem dies in pane et aqua sequestratus a fraterno consortio poeniteat.

159 C. CLXI. *De contentionibus vel rixis atque conviciis*[h]).

Si quis contentiones vel rixas amaverit, vel manifestum convicium fratri intulerit, iuxta arbitrium rectoris[377]) modumque peccati diuturna expietur poenitentia.

160 C. CLXII. *De eadem re.*

Unde supra[i]).

Qui contentiosus aut murmurans exstiterit, secundum arbitrium prioris tamdiu poeniteat, quamdiu culpae qualitas exstat.

161 C. CLXIII. *De eadem re.*

Unde supra[k]).

Si quis videtur contentiosus esse, dicente Apostolo†): *Nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei;* si quis hoc facit, notetur, usque quo corrigatur.

162 C. CLXIV. *De lascivis et superbis*[l]).

Qui lascivus et superbus fuerit, triduo in pane et aqua poeniteat.

---

c. 156. (fons), sine inscriptione. — Burch. X. 63. (R.), Decr. XIII. 64. (B.): *Ex Conc. Agath. c.* 10.

C. CLXI. h) C. 16. Regulae S. Isidori. — Coll. Vat. c. 159. (fons): *De c. v. r. a. c. Isidori.* — Burch. X. 62. (R.), Decr. XIII. 63. (B.): *Ex Conc. Agath. c.* 5.; Coll. tr. p. II. 14. c. 23.: *Isid.;* Dist. XC. c. 5.

C. CLXII. i) Ex eod. Isid., ut videtur, sed in edita eius regula non exstat. — Coll. Vat. c. 160. (fons) inscribitur ut hic. — Burch. X. 53. (R.), Decr. XIII. 54. (B.): *Ex Conc. Mogunt.;* Coll. tr. p. II. 14. c. 24: *Isid.;* Dist. XC. c. 5. §. 1. — Cf. c. 5. Regulae cuiusdam a Holstenio editae. (Codex Regular. T. I. pag. 15.).

C. CLXIII. k) Haud dubie ex eod. Isid. — Coll. Vat. c. 161. (fons) eandem exhib. inscriptionem. — Burch. X. 55. (R.), Decr. XIII. 56. (B.): *Ex decret. Hilarii c.* 15.

C. CLXIV. Caput incertum. — Coll. Vat. c. 162. fontem aeque non allegat. Cf. c. 15. Regulae S. Fructuosi.

†) I. *Cor. c.* 11. *v.* 16.

C. CLXI. 377) sic omnes Codd. et Coll. citt.; solus Bal. exhibet: *iuxta arb. Prioris tamdiu poeniteat, quam diuturna e. p.*, quod ex permutatione cum verbis sequentis capitis finalibus profectum esse videtur.

### C. CLXV. *De eadem re.* 163

Unde supra[m]).

Si quis lascivus in lingua fuerit, triduana poenitentia expietur.

### C. CLXVI. *De murmurantibus*[n]). 164

Apostolus dicit †): *Omnia facite sine murmurationibus.* Alienus sit a fratrum unitate, qui murmurat, et opus eius abiiciatur.

### C. CLXVII. *De eadem re.* 165

Unde supra[o]).

Si quis murmurans exstiterit[378]), ne poenam murmurantium incurrat, de qua Apostolus dicit ††): *Neque murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt et perierunt ab exterminatore.* Iuxta mensuram opusque peccati, quia in hac sententia Apostoli pleniter declaratur, sacerdotis iudicio poeniteat.

### C. CLXVIII. *De detrahentibus clericis*[379]). 166

Ex dictis S. Basilii[p]).

Si quis detraxerit ei[380]), qui praeest, septem dies a conventu ecclesiae separatus, ut Maria soror Aaronis, quae detraxit Moysi, poeniteat.

---

C. CLXV. m) C. 16. Regulae S. Isidori Hispal. — Coll. Vat. c. 163. (fons): *Unde s.* — Burch. X. 56. (R.), Decr. XIII. 57. (B.): *Ex poen. Theod.* — Cf. Reg. Fructuosi c. 15.

C. CLXVI. n) Regul. S. Basilii. c. 71. — Coll. Vat. c. 152 (fons): *Basilii epi.* — Burch. X. 54. (R.), Decr. XIII. 55. (B.): *Apostol. dicit;* Coll. tr. p. *II.* 14. *c.* 17.: *Basil.;* Dist. XC. c. 4.

C. CLXVII. o) Ex ead. regul., c. 93. — Coll. Vat. c. 153. (fons). — Burch. X. 52. (R.), Decr. XIII. 53. (B.): *Ex Conc. Mogunt, c. 8.;* Coll. tr. p. I. l.; Dist. XC. l. l.

C. CLXVIII. p) Ibid. c. 43. Coll. Vat. c. 158. (fons); Burch. X. 67. (R.), Decr. XIII. 68. (B.).

†) *Philipp. c.* 2. *v.* 14.
††) I. *Cor. c.* 10. *v.* 10.

C. CLXVII. 378) *videat:* add. Bal.

C. CLXVIII. 379) Goth. et Trev. allegant h. l. verba initialia capitis CLX.: *Si quis promtus facilisque est....,* quod item huc pertinet. 380) sic Vienn. Coll. Vat.; *eum:* rell. Codd.

167 C. CLXIX. *De seditiosis clericis.*

Ex Concilio Toletano q).

De clericis, qui in seditione arma sumserint, amisso ordinis sui gradu in monasterium poenae contradantur[381]).

168 C. CLXX. *De clericis in mutuam caedem prorumpentibus.*

Ex Concilio Ilerdensi r).

Si qui clerici in mutuam caedem proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliam pertulerit, a pontifice districtius vindicetur.

169 C. CLXXI. *Unde supra* s).

Frater in fratrem si ausus fuerit manum mittere, legitimam disciplinam accipiat.

---

C. CLXIX. q) Conc. Tolet. IV. c. 45. (hab. a. 633.) — Excerpt. e Coll. Vat. c. 183.; Dach. III. 61., Coll. Ans. ded. V. 91. — C. XXIII. qu. 8. c. 5.

C. CLXX. r) C. 11. (hab. ann. 546.). — Coll. Vat. c. 184. (fons), Dach. III. 52; Coll. Ans. d. V. 90. — Burch. II. 216. (R.), Decr. VI. 292. (B.).

C. CLXXI. s) Regula S. Aureliani c. 13. — Coll. Vat. c. 241. (fons): *Ex decr. Aureliani.* — Burch. II. 217. (R.), Decr. VI. 293. (B.): *Ex eod. (Ilerd.) c.* 7. — Verbis: *Unde supra*, Burchardus inductus est, ut eidem tribueret hoc caput Concilio Ilerdensi, ex quo antecedens caput desumtum est. — Ceterum illud: *Unde supra* h. l. non ad fontem respicit in antecedentibus allegatum, sed ad argumentum capitis ipsius, ita, ut idem significet, quod: *De eadem re.* Haec significatio saepe nobis occurrit in Canonum Collectionibus, inprimis in Coll. Vat., velut: c. 53.: *Ex Conc. Brac. Unde supra*, c. 59.: *Hieronimi pbri. Unde supra.*, c. 82.: *Unde supra. Isidori epi*, c. 157.: *Basiliiepi. Unde supra*, c. 235.: *Unde supra. Aurelii epi.* Reg. I. 181: *Unde supra. Ex decretis August.*, I. 272.: *Unde s. Ex C. Worm.* et alia. — Vat. c. 241., ex quo Regino suum c. 171. desumsit, inscribitur: *De his, qui adversus alterum manus iniicere aut caedere praesumunt;* plane eadem exprimit inscriptio cap. antecedentis ap. Reginon., 170: *De clericis in mutuam caedem prorumpentibus*, quamobrem, ne eadem repeteret, Regino secundo loco: *Unde supra* scripsit. Fontis allegatio casu fortasse omissa est. Cf. *Beitr.* pag. 7. —

C. CLXIX. 381) *poenit.* Helmst.; *poenitentiae contracontrahantur:* Vat.; *pene contrahantur:* Trev. Goth. Bal. *dantur:* Hisp.; *poenit. retrudantur:* Dach.

### C. CLXXII. *De eadem re.* 170

Ex dictis Sancti Ferreoli[t])[382]).

Clericus aut monachus in alterum inflammatus, quod est turpissimum, manus iniicere non praesumat praeter illos, ad quos pertinet correctio[383]). Si quis haec transgressus fuerit, disciplinis canonicis subiacebit.

### C. CLXXIII. *De eadem re.* 171

Ex Concilio Agathensi[u]).

Seditionarios nunquam ordinandos clericos, sicut nec usurarios vel iniuriarum suarum ultores.

### C. CLXXIV. *Unde supra*[v]). 172

Si quis in aliquo ecclesiastico gradu sacratus percussor exstiterit, corripiatur acerrime; si non emendaverit, tribus mensibus poeniteat in pane et aqua.

### C. CLXXV. *De eadem re.* 173

In canonibus Apostolorum[w]).

Episcopum aut presbyterum aut diaconum percutientem fideles delinquentes aut infideles inique agentes et per huiusmodi volentem timeri, deiici ab officio suo praecipimus, quia nusquam nos hoc Dominus docuit, e contrario vero ipse, cum percuteretur, non repercussit.

---

C. CLXXII. t) Excerpt. ex Regul. Ferreoli c. 21. — Coll. Vat. c. 242. (fons). Coll. tr. p. II. 50. c. 3.

C. CLXXIII. u) C. 69. (hab. ann. 506.). — Coll. Vat. c. 345.: *Ex Conc. Carth.* — Burch. II. 17., Decr. VI. 36. (B.): *Ex eod.* (Afric.) *c.* 67. Dist. XLVI. c. 8. Cf. Stat. eccl. antiq. c. 55., (Conc. Carth. IV. c. 67.), quod verbotenus quadrat cum hoc canone Agath.

C. CLXXIV. v) Caput incertum, haud dubie ex poenitentiali quodam libro vel regula quadam. — Burch. II. 190. (R.), Decr. VI. 235. (B.): *Ex Conc. Agath. c.* 3; causa huius falsae inscriptionis est illud: *Unde supra* Reginonis, de quo cf. c. CLXXI. not. s).

C. CLXXV. w) C. 28. — Coll. Ans. ded. II. 153.

C. CLXXII. 382) sic omnes Codd. — *Ex dictis sanctorum*: Hild. Bal. 383) sic orig. Coll. Vat. Vienn. — *correptio*: rell. Codd.

174 C. CLXXVI. *Ne clerici arma ferant.*

Ex Capitularium Lib. I. tit. LXVII.[x])[384]).

Omnimodis dicendum est presbyteris et diaconibus, ut arma non portent, sed magis se[385]) confidant in defensione Dei, quam in armis.

175 C. CLXXVII. *De eadem re.*

Ex Concilio Meldensi[y]).

Quicunque ex clero esse videntur, arma militaria non sumant, nec armati incedant, sed professionis suae vocabulum religiosis moribus et religioso habitu praebeant. Quodsi contemserint, tanquam sacrorum canonum contemtores et ecclesiasticae sanctitatis profanatores, proprii gradus amissione multentur, quia non possunt simul Deo et seculo militare.

176 C. CLXXVIII. *Ne episcopus, presbyter aut diaconus canes ad venandum habeant*[z]).

Episcopo[386]), presbytero aut diacono canes ad venandum aut accipitres habere non liceat. Quodsi quis talium personarum in hac voluntate detectus fuerit, si episcopus est, tribus mensibus se a communione suspendat, presbyter duobus mensibus[387]), diaconus uno ab omni officio vel communione[388]).

---

C. CLXXVI. x) Anseg. Capitul. Lib. I. c. 64. i. f. (c. 69. Capit. eccles. Karol. M. ann. 789.). — Burch. II. 212. (R.), Decr. VI. 287. (B.): *Ex Conc. Aurelianensi c.* 9.

C. CLXXVII. y) C. 37. (13.), (hab. a. 845.). — Burch. II. 211. (R.), Decr. VI. 286. (B.), Pan. III. 168. (D.), C. XXIII. qu. 8. c. 6.

C. CLXXVIII. z) Conc. Agath. c. 55. (hab. a. 506.). — Coll. Vat. c. 196. (fons). Dach. III. 87. — Burch. II. 213. (R.), Decr. VI. 288. (B.), Pan. III. 167. (D): *Ex Conc. Meldens. c.* 8.; quum enim Regino huius capitis non

C. CLXXVI. 384) *tit. LXXII:* Helmst. Bal. 385) deest orig. Helmst.

C. CLXXVIII. 386) sic radendo correctum in Guelph. et Vienn. ex: *Episcopus, presbyter* etc., quod omnes praeterea Codd. cum Bal. exhibent, et ipsa Coll. Vat. — Orig. et Dach.: *Episcopis* etc.; sic Hild. quoque correxit. *Episcopum* etc.: Burch. Decr. VI. Pan. 387) *abstineatur:* add. orig. Coll. Vat. Dach. 388) *cessabit:* add. eaed. Coll. et orig.

## C. CLXXIX. *Ne clerici tabernas ingrediantur.* 177

### Ex Concilio Laodicensi[zz])[389]).

Ut clerici edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

## C. CLXXX. *Item de eadem re.* 178

### Ex Concilio, quo supra[a]).

Quod non oporteat, sacro ministerio[390]) deditos a presbyteris usque ad diaconos et reliquum ecclesiasticum ordinem, i. e., usque ad subdiaconos, lectores, cantores, exorcistas et ostiarios, et ex numero continentium et monachorum, ingredi tabernas.

## C. CLXXXI. *Unde supra.* 179

### Ex decretis Augustini[b]).

Tabernas nullus clericorum, ut canonum prohibent decreta, causa sumendi cibi aut potus audeat ingredi. Si quis haec violaverit, ut sanctorum canonum contemtor acerrimis corripiatur disciplinis.

## C. CLXXXII. *De eadem re.* 180

### Ex Concilio Carthaginensi[c]).

Clericus, qui non pro emendo aliquid in nundinis vel in foro deambulat, ab officio suo degradetur.

---

allegasset fontem, ex eodem, quo antecedens, Concilio derivandum esse putavit Burchardus; cf. Decr. V. 366. XIII. 30. Dist. XXXIV. c. 2.

C. CLXXIX. zz) C. 27. Conc. Carth. III. (a. 397.), (ap. Dion. c. 40. Hadr. c. 7.) — Coll. Vat. c. 321. (fons): *Ex Conc. Carthag.*, Dach. III. 60., Ans. ded. V. 83. — Burch. II. 130. (R.), Decr. VI. 204. (B.): *Ex Conc. Carth. c.* 25., Dist. XLIV. c. 4.

C. CLXXX. a) Conc. Laodic. (hab. inter a. 347. et 381.) c. 24. (interpr. Dion.). Coll. Vat. c. 322. (fons): *Ex Conc. Laudicens.* Dach. III. 51. Ans. ded. V. 82. — Burch. II. 131. (R.), Decr. VI. 205. (B.): *Ex Conc. Laod.* c. 24., Ans. VII. 91., Dist. XLIV. c. 2.

C. CLXXXI. b) Coll. Vat. c. 323. (fons): *Unde supra. Ex institutis patrum.* — Burch. II. 129. (R.), Decr. VI. 203. (B.).

C. CLXXXII. c) Stat. eccl. ant. c. 34. — Coll. Vat. c. 188., Dach. III.

C. CLXXIX. 389) sic omnes Codd. false inscrib. Causa erroris sequens caput fuisse videtur, cuius inscriptionem in Coll. Vat. Regino confudit cum fonte nostri capitis ibidem allegato.

C. CLXXX. 390) *misterio:* Helmst. Guelph. Vienn.

181 C. CLXXXIII. *De clericis, qui vigiliis desunt.*

Ex Concilio Carthaginensi d).

Clericus, qui absque corpusculi sui inaequalitate vigiliis deest, stipendio privatus excommunicetur [391]).

Require cap. CCCXCIII. Lib. II [392]).

182.vid.II. 393. C. CLXXXIV. *De eadem re.*

183 Ex Concilio Toletano e).

Ut presbyter vel diaconus vel subdiaconus vel quilibet ecclesiae deputatus clericus, si infra civitatem fuerit, vel in loco, in quo ecclesia est, aut castelli [393]) aut vicus aut villae, ad ecclesiam ad sacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur, si castigatus non emendaverit [394]).

184 b C. CLXXXV. [395]). *De eadem re.*

Ex Concilio Venetico f).

Clericus, qui [396]) intra muros civitatis manet et ea

---

63. (fons), Ans. ded. V. 75. — Burch. II. 210 (R.), Decr. VI. 285. (B.). Dist. XCI. c. 4. (Cf. Conc. Carth. IV. c. 48.).

C. CLXXXIII. d) Ibid. c. 35. — Dach. III. 64. (fons), I. 62., Ans. ded. V. 94. — Dist. XCI. c. 3. (Cf. Conc. Carth. IV. c. 49.).

C. CLXXXIV. e) Conc. Tolet. I. c. 5. (hab. a. 400.) — Coll. Vat. c. 327. (fons). Dach. III. 50. — Burch. II. 152. (R.), Decr. VI. 243. (B.).

C. CLXXXV. f) £. 14. (hab. a. 461.) — Coll. Vat. c. 271. (fons). — Burch. II. 153. (R.), Decr. VI. 244. (B.).

C. CLXXXIII. 391) *quousque correptus videatur:* add. Bal.; erroris causam vide in fine c. 393. Lib. II., quod quidem ap. Bal. est. c. sequens 182. 392) haec add. Trev. Goth., in quibus c. 182. (secundum ed. Bal. et cett. Codd.) h. l. deest, sed loco citato, II. 393., profertur. Cf. Praef. et *Beiträge* pag. 19. 20.

C. CLXXXIV. 393) sic Trev. Goth. Helmst. Vat. 1352; *castellum*: rell. Codd. Vat. 1347. Hisp. 394) *si castigatus per satisfactionem veniam ab episcopo noluerit promereri:* Coll. Vat. Dach. Hisp.

C. CLXXXV. 395) Omnes Codd. huic capiti hunc tribuunt locum. — Hild. et secundum eum Bal. ordinem permutaverunt. 396) *quem ..... manere constiterit:* orig. Vat.

die matutinis hymnis sine [397]) aegritudine defuerit, septem dies a communione habeatur extraneus.

### C. CLXXXVI. *De eadem re.* 184

Ex Concilio Agathensi [g]).

Clerici, qui ecclesiam frequentare aut officium suum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur.

### C. CLXXXVII. *De eadem re.* 185

Ex decretis Sancti Benedicti [h]).

Ut ait Propheta †): *Septies in die laudem dixi tibi.* Qui septenarius sacratus numerus a nobis sic implebitur, si matutino, primae, tertiae, sextae, nonae, vesperae, completoriique tempore nostrae servitutis officia persolvamus, quia de his dixit Propheta. Nam de nocturnis vigiliis idem ipse ait: *Media nocte surgebam etc.* Ergo his temporibus referamus laudes creatori nostro super iudicia iustitiae suae.

### C. CLXXXVIII. *Ut missae ante horam tertiam non celebrentur.* 186

Ex epistola Telesphori Papae [i]).

Missarum celebrationes ante horam diei tertiam minime sunt celebrandae, (quia eadem hora et Dominus crucifixus est et super Apostolos spiritus sanctus descendisse legitur) excepta [397a]) nocte sanctae nativitatis.

---

C. CLXXXVI. g) C. 64. (hab. a. 506.).

C. CLXXXVII. h) Regul. S. Bened. c. 16. († a. 542.) — Burch. II. 105. (R.), Decr. VI. 182. (B.), Dist. XCI. c. 2. §. 1.

C. CLXXXVIII. i) Cap. Pseudoisid. (conflat. ex Libro Pontif.) — Burch. III. 63. (R.), Decr. II. 71. (B.), III. 65., Pan. II. 40. (D.), Dist. I. De cons. c. 48. (P.).

†) *Psalm.* 119. *v.* 164.

C. CLXXXV. 397) *sine probabili excusatione aegritudinis inventus fuerit defuisse . . . :* ibid.

C. CLXXXVIII. 397a) *exc. n. s. n.:* absunt ab orig.

187 C. CLXXXIX. *Ut fideles ante horam tertiam non prandeant.*

Ex Concilio Carthaginensi[k]).

Non oportet clericos vel laicos religiosos ante sacram horam diei tertiam inire convivia, neque aliquando clericos, nisi hymno dicto, edere panem et post cibum gratias auctori Deo referre.

188 C. CXC. *Ut sacramenta altaris a ieiunis celebrentur.*

Ex Concilio Africano[l]).

Ut sacramenta altaris nonnisi a ieiunis celebrentur, excepto uno die anniversario, quo coena Domini celebratur. Nam si aliquorum promeridiano tempore defunctorum sive episcoporum sive ceterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt, iam pransi inveniuntur.

189 C. CXCI. *Ut post allocutionem episcopi in missarum solemnitate plebs ad orationem invitetur.*

Ex Concilio Laodicensi[m]).

Quod oporteat seorsum primum post allocutiones episcoporum orationem super catechumenos celebrari. Et postquam catechumeni egressi fuerint, super eos, qui sunt in poenitentia, precem fieri. His etiam accedentibus ad manum sacerdotis et discedentibus tres orationes consummari fidelium, ita ut prima quidem sub silentio, secunda vero et tertia per exclamationes solitas expleantur.

190 C. CXCII. *De eadem re*[n]).

Oportet, ut in diebus dominicis vel festis, post ser-

C. CLXXXIX. k) Immo inter Capitula Martini Bracarens. I. 65. — Coll. Dach. III. 72. haud dubie fons est huius cap. atque error Reginonis inde videtur esse profectus, quod in illa Coll. (c. 71.) canon ex Conc. Carth. antecedit. — Burch. II. 165. (R.), Decr. VI. 256. (B.): *Ex C. Carth. c.* 12. Dist. XLIV. c. 12. §. 1.

C. CXC. l) C. 41. (8.) in Coll. Dionys. (c. 29. Conc. Carth. III. hab. ann. 397.) — Coll. Ans. ded. X. 88. — Ans. IX. 3., Dist. 1. De cons. c. 49.

C. CXCI. m) C. 19. (hab. inter a. 347. et 381.) interpr. Dion. — Burch. II. 69. (R.), Decr. VI. 165. (B.).

C. CXCII. n) Caput incertum. — Burch. II. 70. (R.), Decr. VI. 166. (B.):

monem intra missarum solemnia habitum ad plebem, sacerdos admoneat, ut iuxta apostolicam institutionem orationem omnes in commune pro diversis necessitatibus fundant ad Dominum pro regibus et rectoribus ecclesiarum, pro pace, pro peste, pro infirmis, qui in ipsa parochia lecto decumbunt, pro nuper defunctis, in quibus singillatim precibus plebs orationem dominicam sub silentio dicat, sacerdos vero orationes ad hoc pertinentes per singulas admonitiones solemniter expleat. Post haec sacra celebretur oblatio. Ait enim Apostolus †): *Obsecro primum omnium fieri orationes, obsecrationes, gratiarum actiones etc.*

C. CXCIII. *Ut nullus presbyter solus praesumat missam cantare.* 191

Ex Concilio Nannetensi o).

Definivit sanctum concilium, ut nullus presbyter solus praesumat missam cantare. Cui enim dicit: *Dominus vobiscum*, aut *Sursum corda*, aut *Gratias agamus Domino Deo nostro*, cum nullus sit, qui respondeat? Aut in canone: *et omnium circumadstantium*, cum nemo adsit? Aut quem invitat ad orationem, cum dicit: *Oremus*, cum nullus sit, qui secum oret? Aut ergo ista penitus reticenda sunt, et non solum non erit perfectum sacrificium, verum etiam incurret, quisquis ille est, illam terribilem sententiam ††): *Si quis tulerit de hoc, tollat* 398) *Deus partem eius de libro vitae*, aut si haec muris et parietibus insusurraverit, ridiculosum erit. Quapropter haec periculosa superstitio maxime a monasteriis monachorum exterminanda est. Praevideant autem

---

*Ex Conc. Aurelian. c. 3.;* hanc inscriptionem Burch., deficiente apud Reginonem fontis allegatione, ex more sibi finxit.

C. CXCIII. o) Non exstat inter editos. Cf. Constitutiones Wormatiens. anni 829. IV. c. 8. (Pertz. T. III. p. 342.) et Conc. Paris. VI. L. I. c. 48. — —Burch. III. 68. (R.), Decr. II. 127. (B.), Pan. I. 159. (D.), Dist. I. De cons. c. 61. (P.).

†) 1 *Timoth. c. 2. v. 1.*
††) *Apoc. c. 22. v. 19.*

C. CXCIII. 398) sic omnes mutavit Hild., item Bal. Codd. — *tollet:* ex arbitro

praelati, ut presbyteri in coenobiis cooperatores habeant in celebratione missarum. Si quis haec transgressus fuerit, ab officio suspendatur.

192 C. CXCIV. *De presbyteris, qui celebrata missa non communicant.*

Ex canonibus[399]) Apostolorum[p]).

Si quis episcopus aut presbyter aut diaconus vel quilibet ex sacerdotali catalogo facta oblatione non communicaverit, aut causam dicat, ut[400]), si rationabilis fuerit, veniam consequatur, aut, si non dixerit, communione privetur, tanquam qui populo causa laesionis exstiterit.

193 a C. CXCV. *Quod fideles laici communicare debeant.*

Unde supra[q]).

Omnes fideles *Christiani*, qui ingrediuntur ecclesiam die dominica et scripturas *Apostolorum et Evangelium* audiunt, non autem perseverant in oratione, *usque dum missa peragatur*, nec sanctam communionem percipiunt, velut inquietudines ecclesiae commoventes, convenit communione privari.

193 b C. CXCVI. *Unde supra*[400a]).

Ex Concilio Antiocheno[r])[401]).

Omnes, qui ingrediuntur ecclesiam Dei et scripturas sacras audiunt, neque communicant in oratione cum populo, sed pro quadam intemperantia se a perceptione sanctae

C. CXCIV. p) C. 9. — Burch. III. 79. (R.), Decr. II. 130. (B.): *Ex eod.* (Conc. Aurel.) *c.* 11.

C. CXCV. q) Can. 10. Apostol. — Coll. Ans. ded. VII. 21. — Burch. II. 67. (R.), Decr. VI. 163. (B.). Dist. I. De cons. c. 62. — Verba asteriscis inclusa in orig. Coll. Dionys. et Pseudoisid. desunt.

C. CXCVI. r) C. 2. hab. ann. 332. — Coll. Ans. ded. VII. 22. — Burch. II. 68. (R.), Decr. VI. 164. (B.).

C. CXCIV. 399) Omnes Codd. et Darmst. a. (II. 112.): *Ex concilio* A. 400) sic Trev. Goth. et Dionys. — *et:* rell. Codd. et Pseudoisid.

C. CXCVI. 400a) Cf. supra ad C. CLXXI. not. s). 401) sic unicus Goth., in cett. Codd. deest fontis allegatio.

communionis avertunt, hi de ecclesia removeantur, quamdiu per confessionem poenitentiae fructus ostendant.

Bal. c. 194. a. b. 195. a. b. c. d. vid. infra c. 328 — 333.

### C. CXCVII. *De eadem re.*

### Ex Capitul. Lib. I. tit. VI. [s]) [402]).

Auditum est, aliquos presbyteros missam celebrare et 195 e
non communicare. Quod omnino in canonibus Apostolorum interdictum esse legitur. Vel quomodo dicere recte potest, si non communicaverit: *Sumsimus, Domine, sacramenta*, etc.

### C. CXCVIII. *Ne populus antequam missa finiatur, ecclesiam egrediatur.* 196

### Ex Concilio Arelatensi [t]).

Cum ad celebrandas missas in Dei nomine convenitur, populus non ante discedat, quam missae solemnitas compleatur, et ubi episcopus defuerit [403]), benedictionem accipiat sacerdotis.

### C. CXCIX. *Item de eadem re.* 197

### Ex Concilio Carthaginensi [s]) [404]).

Sacerdote verbum in ecclesia faciente, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur.

---

C. CXCVII. s) Anseg. Capit. L. I. c. 6. (c. 6. Capitular. ecclesiast. Karoli M. ann. 789.). — Burch. III. 78. (R.), Decr. II. 130. (B.): *Ex Conc. Aurel. c.* 10.

C. CXCVIII. t) Immo ex Conc. Aurelian. I. (hab. a. 511.) c. 22. — Coll. Vat. c. 291. (fons). Dach. II. 95. — Burch. III. 29. (R.), Decr. III. 34. (B.): *Ex Conc. Arelat.;* Dist. I. De cons. c. 65. Cf. Add. IV. c. 61.

C. CXCIX. s) Stat. eccl. antiq. c. 31. (Conc. Carth. IV. c. 24.). — Coll. Vat. c. 290. (fons), Dach. II. 95. Ans. ded. VII. 24. — Burch. II. 66. (R.), Decr. VI. 162. (B.); Dist. I. De cons. c. 63. Cf. Add. IV. c. 61.

C. CXCVII. 402) sic omnes Codd.; deest haec inscr. ap. Hild. et Bal.

C. CXCVIII. 403) sic orig. Coll. Vat. Vienn. Coll. citt. — *non fuerit:* Goth. Helmst. — *fuerit* (*non* om.): Trev. Guelph. Bal.

C. CXCIX. 404) Guelph. Helmst. Vienn. Bal. h. l. add.: *cap. CXLVII.*, quasi hoc caput desumtum sit ex c. 147. Concilii Carthag. Quod tamen nihil aliud est, nisi nostri capitis numerus, (qui quidem in interpolatis Codd. est 197.,) permutatis literis L. et C., ut saepe fit.

198 C. CC. *Ut sacrarium mulieres non introëant.*

Ex Concilio Laodicensi[t]).

Quod non oporteat mulieres ingredi ad altare, et ea contingere, quae virorum officiis deputata sunt.

198 b C. CCI. *De eadem re.*

Ex epistola Leonis Papae[u]).

Nihilominus impatienter audivimus, tantum divinarum rerum subiisse despectum, ut feminae sacris altaribus ministrare firmentur, cunctaque nonnisi virorum famulatui deputata sexum, cui non competit, exhibere.

199 C. CCII. *De eadem re.*

Ex Concilio Rotomagensi[v])[405]).

Dictum est nobis, quod quidam presbyteri celebrata missa, detrectantes ipsi sumere divina mysteria, quae consecrarunt, calicem Domini mulierculis, quae ad missas offerunt, tradant, vel quibusdam laicis, qui diiudicare corpus Domini nesciunt, id est, discernere inter cibum spiritualem atque carnalem. Quod quantum sit omni ecclesiasticae religioni contrarium, pietas fidelium novit. Unde omnibus presbyteris interdicimus, ut nullus in posterum hoc facere praesumat, sed aut ipse cum reverentia sumat, aut diacono aut subdiacono, qui ministri altaris sunt, colligenda tradat. Illud etiam attendat, ut eos propria manu ante communicet. Nulli autem laico aut feminae eucharistiam in manibus ponat, sed tantum in ore[406]) cum his

---

C. CC. t) Conc. Laod. (hab. inter. a. 347. et 381.) c. 44. (interpr. Dionys.). — Halitg. V. 14. (fons). — Burch. III. 100. (R.), Decr. II. 135. (B.). Ultima huius capitis verba: *et ea contingere* etc. non exstant in orig., sed desumta esse videntur ex inscriptione c. 15. in Libro V. Collectionis Halitgar., cuius sunt haec verba: *Quod nefas sit, feminas sacris altaribus ministrare, vel aliquid ex his, quae virorum sunt officiis deputata.*

C. CCI. u) Immo ex *Gelasii* Papae Epistola ad episcopos Lucaniae, Brutt. et Sicil. c. 26. (a. 494.); (vers. Dionys.). — Coll. Ans. ded. VI. 59. — Burch. III. 101. (R.), Decr. II. 136. (B.): *Ex decretis Gelasii c.* 16.

C. CCII. v) Concil. Rotom. hab. a. 650. c. 2. — Burch. III. 76. (R.), Decr. II. 129. (B.): *Ex Conc. Rotom. c.* 2.

C. CCII. 405) *Ex cl Tor.:* nos exhibuimus. 406) *in os:* Helmst. Paris.; *Rot.:* rell., ut orig.

verbis: *Corpus et sanguis Domini prosit tibi ad remissionem peccatorum et ad vitam aeternam.* Si quis haec transgressus fuerit, quia Deum omnipotentem contemnit et, quantum in ipso est, inhonorat, ab altari removeatur.

### C. CCIII. *Ut omnis presbyter, qui ecclesiam tenet, thuribulum* et *incensum habeat.* 200

Unde supra[w]).

Ut tempore, quo Evangelium legitur et finito offertorio, super oblationem incensum, ut in mortem videlicet redemtoris ponat[407]).

### C. CCIV. *De praedicatione presbyterorum.* 201

Ex Capitular. Libro I. tit. LXXVI.[x]).

Sed et unicuique vestrum videndum est, dilectissimi et venerabiles pastores[408]) ecclesiarum Dei, ut presbyteri, quos mittitis[409]) per parochias vestras ad regendum et praedicandum per ecclesias populum Dei, ut[410]) honeste praedicent, et non sinatis nova vel non canonica[411]) aliquos ex suo sensu et non secundum scripturas sacras fingere et praedicare populo, sed et vosmet ipsi utilia, honeste et recte[412]), et quae ad vitam ducant aeternam, praedicate; alios quoque instruite, ut haec eadem praedicent.

### C. CCV. *Quid sit a presbyteris praedicandum*[y]). 202

Primo omnium praedicandum est omnibus generaliter,

---

C. CCIII. w) Ex eod. Concil. c. 1. — Burch. III. 227. (R.), Decr. III. 267. (B.), Sav. IV. 109. (B.); Sav. IV. 109.: *Ex Conc. Wormat.*, nihil est, nisi hoc Reginonis caput, cuius inscriptio in contextum recepta, aliaque praeterea addita est.

C. CCIV. x) Anseg. Capit. L. I. c. 76. (c. 81. Capitular. ecclesiast. ann. 789.).

C. CCV. y) Anseg. ibid. — Burch. II. 59. 60. 61. 65. 64. (R.), c. 59—61.:

C. CCIII. 407) *ponatur:* Bal.

C. CCIV. 408) *et rectores eccl.:* add. orig. 409) *praemittitis:* Helmst. Guelph. Vienn. Bal. 410) *ut recte et hon. p.:* add. orig. 411) *nova vel inusitata aliquos:* Helmst. 412) sic orig. Trev. Goth.; *honesta et recta:* rell. Codd.

ut credant Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum esse Deum omnipotentem, qui omnia fecit [413]), et unam esse deitatem et substantiam et maiestatem in tribus personis Patris, Filii et Spiritus sancti.

*De incarnatione.* Item praedicandum est, quomodo filius Dei incarnatus est de Spiritu sancto et [414]) Maria semper virgine pro salute [415]) generis humani passus, sepultus, tertia die resurrexit et [416]) coelum adscendit, in fine mundi veniens iudicare omnes homines secundum opera [417]) propria, quomodo impii [418]) cum diabolo in ignem aeternum mittentur, iusti cum Christo in vita [419]) aeterna erunt.

Item praedicandum est, quod omnes homines in propria carne resurgent [420]).

Item praedicandum est, pro quibus criminibus cum diabolo deponuntur [421]), quae Apostolus enumerat: fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum servitus, veneficia etc. Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Et ideo haec cum omni studio prohibeantur.

Item praedicandum est [422]) de dilectione Dei et proximi, de fide et spe in Deo, de humilitate, patientia, castitate, benignitate, misericordia, de eleemosynis, de con-

---

*Ex C. Rotom. c.* 1. 2. 3., c. 64. 65.: *Ex C. Cabilon. c.* 5. 4., Decr. VI. 155.—157. 161. 160. (B.).

C. CCV. 413) *omnipot., aeternum, invisibilem, qui creavit coelum et terram, mare et omnia, quae in eis sunt, et unam:* orig. 414) *ex:* Hild. Bal. 415) *et reparatione:* add. orig. 416) *et adscendit in coelos et quomodo iterum venturus sit in maiestate divina iudic. o. h.:* ibid. 417) *merita:* ibid. 418) *propter scelera sua:* add. ibid. 419) sic Goth. Helmst. coll. citt. — *in vitam aeternam e.:* rell. Codd. — *in vitam aeternam* (*erunt* deest): orig. 420) orig. haec paullo aliter exhibet: *Item diligenter praedicandum est, se resurrectionem mortuorum accepturos.* 421) orig.: *depon. cum. diab. in aeternum supplicium. Legimus enim, Apostolo dicente: Manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio. ....* — (hic plura enumerantur vitia, quam apud Reginonem). 422) *Sed et omni instantia admonete eos de dil.:* orig.

fessione[423]), ut fratribus ex corde remittatur. Qui haec et his similia agunt, regnum Dei consequentur.

### C. CCVI. *Item de eadem re.* 203

### Ex eodem Lib. I. cap. CLIV. [z]).

Ut unusquisque presbyter capitula habeat de maioribus et minoribus vitiis, per quae cognoscere valeat vel praedicare subditis, ut caveant ab insidiis diaboli.

### C. CCVII. *Item de eadem re.* 204

### Ex eodem, cap. CLIX. [a]).

Ut sacerdotes admoneant populum, aut eleemosynam dent et orationes faciant pro diversis plagis, quas assidue pro peccatis nostris patimur.

### C. CCVIII. *De eadem re.* 205

### Ex cap. CLX. [b]).

Ut ipsi sacerdotes, unusquisque secundum ordinem suum praedicare et docere studeant plebem sibi commissam.

### C. CCIX. *Ad episcopos admonitio.* 206

### Item ex Lib. II. cap. V. [c]).

De sacerdotibus vero ad vestram curam pertinentibus magnum adhibete studium, ut, qualiter vivere debeant et quomodo populis ad suam portionis curam pertinentibus exemplo et verbo prosint, a vobis cum[424]) magna cura edoceantur, admoneantur, et, id ut facere studeant, vestra auctoritate constringantur.

---

C. CCVI. z) Anseg. Capit. L. I. c. 154. (c. 15. Capit. Ingelh. de presb. ann. 809.) — Burch. XIX. 99. (R.), Decr. XV. 111. (B.): *Ex Conc. Mogunt. c.* 26.

C. CCVII. a) Anseg. ibid. c. 159. (c. 4. Capit. Aquens. ann. 810.). — Burch. II. 72. (R.), Decr. VI. 166. (B.): *Ex Conc. Aurelian.* c. 4.

C. CCVIII. b) Ibid. c. 160. (c. 5. eiusd. Cap. Aq.).

C. CCIX. c) Anseg. L. II. c. 5. (c. 5. Capitul. Aquisgr. a. 825.).

C. CCV. 423) *confess- peccatorum suorum et ut debitoribus suis secundum dominicam orationem sua debita dimittant, scientes certissime, quod, qui talia agunt, regnum Dei possidebunt:* ibid.

C. CCIX. 424) deest Hild. Bal.

207 C. CCX. *Ut quisque presbyter, qui ecclesiam tenet, clericum habeat.*

Ex Concilio Nannetensi[d]).

Ut[425]) quisque presbyter, qui plebem regit, clericum habeat, qui[426]) cantet et epistolam et lectionem legat, et qui possit scholam tenere, et admoneat suos parochianos, ut filios suos ad psalterium[427]) discendum mittant ad ecclesiam, quos ipse in omni castitate erudiat.

208 C. CCXI. *Ut omnis presbyter horas canonicas solenniter persolvat.*

Ex eodem, cap. XIX.[e]).

Presbyter mane matutinali officio expleto, pensum servitutis suae canendo primam, tertiam, sextam, nonamque persolvat, ita tamen, ut postea horis competentibus[428]) iuxta possibilitatem aut a se, aut a scholaribus[429]) publice compleatur[430]). Deinde peractis missis et infirmis visitatis[431]), ad opus rurale exeat ieiunus, ut iterum necessitatibus peregrinorum et hospitum, sive diversorum commeantium, infirmorum quoque atque defunctorum succurrere possit usque ad statutam horam pro qualitate temporis et opportunitatis.

209 a C. CCXII. *Ut presbyter curam hospitum habeat.*

Unde supra[f]).

Ut curam hospitum, maxime pauperum atque debilium, orphanorum quoque atque peregrinorum habeat presbyter,

---

C. CCX. d) Non exstat inter impressos huius Concilii canones. Cf. Capp. Theodulfi c. 20. — Burch. II. 56. (R.), Decr. VI. 152. (B.).

C. CCXI. e) Inter Capitula Hincmari archiep. Remens. (dat. ann. 852.), hoc caput est nonum. — Burch. II. 104. (R.), Decr. VI. 181. (B.): *Ex Conc. Nannet. c.* 60.; Dist. XCI. c. 2.

C. CCXII. f) Hincm. ibid. c. 10. — Burch. II. 166. (R.), Decr. VI. 257. (B.): *Ex Conc. Nannet. c.* 3.

C. CCX. 425) *Unusquisque:* Bal. 426) *secum:* add. Coll. citt. 427) *ad fidem discendam m.:* ibid.

C. CCXI. 428) *et signis designantibus:* add. Coll. citt. 429) apud Hincm. pro: *scholaribus* legitur: *ecclesiasticis.* 430) *compleantur:* Helmst. Guelph. Vienn. Bal. Coll. citt. 431) *si voluerit:* add. Coll. citt.

hosque ad prandium suum quotidie iuxta possibilitatem convocet eisque hospitium tribuat.

Require cap. CCCCXXVIII. Lib. II.

## C. CCXIII. *De aqua benedicta facienda.* *Bal. c. 209.b. vid. Reg. II. 428.

Ex epistola Alexandri Papae[g]).

Aquam enim sale conspersam populis benedicimus, ut 210
ea cuncti adspersi sanctificentur[432]), quod et omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulae adspersus[433]) populum sanctificabat atque mundabat, quanto magis aqua, quae sale adspersa divinisque precibus sacrata est, populum sanctificat atque mundat? Et si sale adsperso per Helisaeum prophetam sterilitas aquae sanata est, quanto magis divinis precibus sacrata aqua sterilitatem rerum aufert humanarum et coinquinatos sanctificat et purgat et cetera bona multiplicat et insidias diaboli avertit, et a phantasmatum versutiis hominem defendit.

## C. CCXIV. *De eadem re.* 211

Ex supra dicto Concilio, cap. V.[h]).

Ut omni die dominico quisque presbyter in sua ecclesia ante missarum solemnia aquam benedictam faciat in vase nitido et tanto mysterio convenienti, de qua populus, intrans ecclesiam, adspergatur; et qui voluerit, in vasculis suis accipiat ex ipsa, et per mansiones et agros et vineas, super pecora quoque sua atque super pabula eorum, nec non super cibos et potum suum conspergat.

## C. CCXV. *De presbyteris, qui culpas peccantium reticent vel minus digne poenitentes ad reconciliationem adducunt.* 212 a

Unde supra[i]).

Ut nemo presbyterorum xenium vel quodcunque emo-

---

C. CCXIII. g) Caput Pseudoisid. ex prima Alex. P. ep. — Burch. II. 53. (R.), Decr. II. 68. (B.), Dist. III. De cons. c. 20.

C. CCXIV. h) Hincm. l. l. c. 5. — Burch. II. 52. (R.), Decr. II. 67. (B.): *Ex Conc. Nannet. c.* 5.

C. CCXV. i) Hincm. ibid. c. 13. — Burch. XIX. 100. (R.), Decr. XV.

C. CCXIII. 432) *ac purificentur:* add. orig. 433) *sanguine:* add. ibid.

lumentum temporale, immo detrimentum spirituale a quocunque publice peccante vel incestuoso accipiat, ut episcopo[434]) vel ministris[435]) eius peccatum illius reticeat, nec pro respectu cuiusque personae aut consanguinitatis vel familiaritatis, alienis communicans peccatis, hoc episcopo[436]) innotescere detrectet, nec a quoquam poenitente aut gratia[437]) aut favore munus suscipere praesumat, ut[438]) minus digne poenitentem ad reconciliationem adducat et ei testimonium reconciliationis ferat et quocunque livore alium quemlibet dignius poenitentem a reconciliatione removeat, quia hoc simoniacum et Deo et hominibus contrarium est.

Require cap. CCCCXXII. Libri II.

Bal. c. 212. b. vid. Reg. II, 422. C. CCXVI. *De presbyteris, qui a fidelibus ad prandium invitantur.*

213 Unde supra, cap. XIV. k).

Ut nullus presbyterorum, quando ad anniversarium diem, tricesimum[439]) septimum vel tertium alicuius defuncti, aut quacunque vocatione ad collectam presbyteri convenerint, se inebriare ullatenus praesumat, nec precari in amore sanctorum vel ipsius animae bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel[440]) se aliena precatione ingurgitare, nec plausus et risus inconditos et fabulas inanes ibi referre aut cantare praesumat, vel turpia ioca[441]) cum urso vel tornatricibus ante se facere permittat, nec larvas daemonum, quas vulgo talamascas dicunt, ibi[442]) ante se ferri consentiat, quia hoc diabolicum est et a sacris canonibus prohibitum.

---

112. (B.): *Ex decreto Alexandri P.*, cuius falsae inscriptionis causa est c. 213. supra Reginonis. —

C. CCVI. k) Hincm. ibid. c. 14. — Burch. II. 161. (R.), Decr. VI. 252. (B.): *Ex Conc. Nannet. c.* 10.; Dist. XLIV. c. 7., Dist. V. de cons. c. 35.: *Ex Conc. Nannet.* Erroris auctor est Burchard. (cf. Reg. I. 210.).

C. CCXV. 434) *nobis:* orig. 435) *nostris:* add. ibid. 436) *nobis vel ministris nostris:* ibid. 437) *aut gratiam aut favorem aut m.:* ibid. 438) *aut:* Guelph. Vienn. Hild. Bal.

C. CCXVI. 439) *aut septimum:* Helmst. Guelph. Vienn. Bal. 440) *nec:* Hild. Bal. 441) *vel:* add. Bal. 442) deest ap. Hild. et Bal.

### C. CCXVII. *De rixis et pugna sacerdotum* [l]). 214

Summopere etiam quisque presbyter caveat, sicut de statu suo vult gaudere, ut non quacunque occasione parem suum aut alium quemlibet ad iram et rixam, quanto [443]) minus ad pugnam vel ad caedem aliquo verbo irritet seu provocet, nec provocatus ad hoc quisque prosiliat, quia in talibus comessationibus et potationibus [444]) semper se immiscet diabolus.

### C. CCXVIII. *De convivio presbyterorum* [m]). 215

Quando autem convenerint presbyteri ad aliquod convivium, decanus aut aliquis prior illorum versum ante mensam incipiat et cibum benedicat et tunc secundum suum ordinem sedeant, alter alteri honorem portantes et per vices cibum et potum benedicant, et aliquis de illorum clericis aliquid de sancta scriptura legat, et post refectionem similiter sanctum [445]) hymnum dicant ad exemplum Domini [446]), sicut in coena fecisse legitur. Et sic se contineant omnes presbyteri [447]), maxime in talibus locis [448]), ut non vituperetur ministerium nostrum [449]).

### C. CCXIX. *De Kalendis*. 216

Unde supra, cap. XVI. [n]).

Quando presbyteri per Kalendas *) simul conveniunt,

---

C. CCXVII. l) Hincm. ibid. — Burch. II. 163. (R.), Decr. VI. 254. (B.): *Ex eod. (Nannet.) c.* 12.

C. CCXVIII. m) Hincm. ibid. — Burch. II. 162. (R.), Decr. VI. 253. (B.): *Ex eod. (Nannet.) cap.* 11.; Dist. XLIV. c. 8.

C. CCXIX. n) Hincm. ib. c. 15. — Burch. II. 164. (R.), Decr. VI. 255. (B.): *Ex eod. (Nann.) c.* 4.; Dist. XLIV. c. 9. *) Cf. Riculfi ep. Suession. c. 20.

C. CCXVII. 443) *multo:* Hild. Bal. 444) *sicut irreligiosi faciunt:* add. orig.

C. CCXVIII. 445) *secundum:* Guelph. Bal. 446) *et salvatoris ac discipulorum eius:* add. orig. 447) *in omni loco:* add. ibid. 448) deest in orig. 449) *ne, sicut dixit Apostolus, v. m. n.:* ibid.; *ut non vit. m. illorum:* Coll. citt. — Hild. ex arbitrio mutavit: *ne m. n. v.*

post peractum divinum mysterium[450]) et necessariam collationem, non quasi ad prandium[451]) ibi ad tabulam resideant, et per talia inhonesta convivia se invicem graven[452]), quia indecens est et onerosum. Saepe etiam tarde ad ecclesias redeuntes maius damnum de reprehensione conquirunt et de gravedine mutua contrahunt, quam lucrum ibi faciunt. Nam de huiusmodi conventu[453]) Paulus Corinthios reprehendit, qui inconvenienter coenam dominicam manducare conveniebant. Sic et, qui ad coenam dominicam, i. e. ad collationem verbi sub occasione conveniunt et ex veritate ventris causa coniunguntur, reprehensibiles coram Deo et hominibus habentur, et ideo, peractis omnibus, qui voluerint, panem cum caritate[454]) in domo fratris sui simul cum fratribus frangant et singulos biberes[455]) **) accipiant, maxime ultra tertiam vicem poculum non contingant, et sic ad ecclesias redeant.

217 C. CCXX. *De his, qui de nihil habentibus ordinantur.*

Ex Concilio Carthaginensi[o]).

Placuit, ut episcopi, presbyteri, diaconi vel quicunque clerici, qui nihil habentes ordinantur, et tempore episcopatus vel clericatus sui agros, vel quaecunque praedia suo nomini comparant, tanquam rerum dominicarum invasionis crimine teneantur[456]), nisi[457]) admoniti in ecclesia[457a]) eadem ipsa contulerint.

---

C. CCXX. o) C. 49. Concil. Carthag. III. hab. ann. 397. (apud Dionys. c. 32.), interpr. Hispan. — Coll. Dach. II. 84. (fons), Ans. ded. IV. 31. —

C. CCXIX. 450) *ministerium:* Helmst. Bal. 451) *ad plenam refectionem:* Coll. citt. 452) *graventur* (*se* om.): Helmst. Bal.; *per tales inconvenientes pastellos se i. g.:* orig. 453) *conv., qui sub religionis obtentu agebatur, Paul. Apostolus convenienter repr. Cor.:* add. ibid. 454) *et gratiarum actione:* add. ibid. 455) Hild. suo more mutavit: *libere excipiant; bibere:* Burch., Decr. **) i. e. singulos vini scyphos; cf. infra L. II. c. 432.

C. CCXX. 456) *obnoxii:* add. Burch. Decr. Pan. 457) *nisi ad ecclesiam, ad quam titulati sunt, ead. ipsa contul. Si autem ipsis propria liberalitate alicuius vel successione cognationis aliquid venerit, faciant inde, quod velint:* Coll. citt. 457a) *ecclesiam:* orig.

## C. CCXXI. *De eadem re.* 218

### Ex Capitul. Lib. I. cap. CL. p).

Ut unusquisque presbyter res, quas post diem consecrationis acquisierit, propriae [458]) ecclesiae relinquat.

## C. CCXXII. *De eadem re.* 219 a

### Ex Concilio Remensi q).

Investigandum est, si nihil patrimonii habens presbyter, quando provectus est ad ordinem ecclesiasticum, postea emerit praedia, cuius iuris sint, quoniam ecclesiae, ad quam de nihil habente promotus est, esse debent iuxta canonicam auctoritatem [459]).

[In Cod. Helmst. iam sequitur, sed a paullo recentiori manu in infima folii parte scriptum, hoc caput:] Bal. 219. b.

*Ex Conc. Arausico *) cap. LIV. Presbyter cum dioecesim tenet, de his, quae emerit, ad ecclesiae nomen, scripturam faciat, aut ab eius, quam tenet, ecclesiae ordinatione discedat.*

## C. CCXXIII. *De reditibus vel oblatione ecclesiae* r). 220

Inquirendum est, si occasione huius praecedentis capituli [460]) aliquis presbyterorum de reditibus ecclesiae vel

---

Burch. III. 120. (R.), Decr. III. 96. (B.), Pan. II. 52. (D.), Ans. VII. 157., C. XII. qu. 3. c. 1. (D.).

C. CCXXI. p) Anseg. Capit. L. I. c. 150. (c. 11. Capitul. Ingelh. ann. 809.). — Burch. III. 121. (R.), Decr. III. 97. (B.): *Ex eodem* (Carth.) *c.* 48; causa falsae inscriptionis est antecedens Reginonis caput. — Cf. Reg. App. I. 46. med.

C. CCXXII. q) Est inter Capitul. Hincmari c. 18. Haud dubie Hincmaro auctore Concilium Remense habitum est, in quo Capitula illa sancita sunt atque confirmata, neque id tamen ad nostra usque pervenit tempora. — Burch. III. 118. (B.), Decr. III. 94. (R.) — Reg. App. I. 46.

*) Immo Agathens. c. 54. — Burchardus similem Codicem in manibus habuit, quum hoc ipsum caput congruo proferat loco cum eadem falsa inscriptione, III. 119. (R.), Decr. III. 95. (B.), Pan. II. 51. (D.). C. XII. qu. 4. c. 3.

C. CCXXIII. r) Hincm. ibid. c. 19. — Burch. III. 123. (R), Decr. III. 99. (B.): *Ex Conc. Remens. c.* 10. Cf. Reg. App. I. 46. med.

C. CCXXI. 458) *proprias:* Trev. Darmst. a. (II. 115.) et nonnulli Capitular. Codd.

C. CCXXII. 459) *iuxta canonicae auctoritatis decretum:* orig.

C. CCXXIII. 460) *occasione — capituli:* des. in Coll. citt.

oblationibus ac votis fidelium alio nomine res comparaverit et ibi structuras fecerit, vel, quae ad ecclesiam pertinent, ibidem collocaverit et mulierum frequentationem inibi fieri permiserit, vel, quod turpius est, tales mulieres ibidem habuerit, quae[461]) lanificium suum exerceant et curam domus agant, et[462]) in eodem presbyter frequenter veniens manserit. Contra decreta canonum hoc malum agitur, quia sicut nec suo, ita nec alieno nomine presbyter foenus exercere debet, multo minus fraudem facere de facultatibus ecclesiasticis, quoniam hoc sacrilegium est et par crimen[463]) Iudae furis, qui sacras oblationes[464]) asportabat et furabatur.

221 C. CCXXIV. *De usuris.*

In canonibus Apostolorum[s]).

Episcopus, presbyter aut diaconus usuras a debitoribus exigens aut desinat aut certe damnetur.

222 C. CCXXV. *De eadem re.*

Ex Concilio Nicaeno[t]).

Quoniam multi sub regula constituti avaritiam et turpia lucra sectantur, oblitique scripturae[465]) dicentis: *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram*, mutuum dantes centesimas exigunt, iuste censuit sancta synodus, ut, si quis inventus fuerit[466]) usuras accipiens[467]), aut hemiolia, id

---

C. CCXXIV. s) C. 44. — Coll. Ans. ded. II. 163. — Burch. II. 119. (R.), Decr. VI. 195. (B.), XIII. 15., Pan. III. 157. (D. XIII.); Dist. XLVII. c. 1.

C. CCXXV. t) C. 17. hab. ann. 325. (interpr. Dion.). — Coll. Vat. c. 318. (fons). Hal. V. 9. Ans. ded. V. 70. — Burch. II. 120. (R.), Decr. VI. 196. (B.), XIII. 8.; Dist. cit. c. 2.

C. CCXXIII. 461) sic et Hild. et Bal. correxerunt, quum omnes Codd. exhibeant: *qui.* Fons Reginonis, Cod. Darmst. b. item: *qui.* 462) *et ad eorum loca incongrue recurrerit, frequentaverit vel manserit, quoniam contra decreta agitur, a quibus perpetratur, quia sicut...:* add. orig. 463) *Ananiae et Saphirae atque I.:* add. orig. 464) *quae ad usus fidelium ac pauperum mittebantur:* add. orig.

C. CCXXV. 465) *divinae:* add. orig. Coll. citt. 466) *post hanc definitionem:* add. ibid. 467) *aut ex adinventione aliqua vel quolibet modo negotium transigens aut h.:* add. ibid.

est, sescupla exigens, vel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri gratia, deiiciatur a clero et alienus existat a regula.

C. CCXXVI. *De eadem re.* 223

Ex Concilio Laodicensi[u]).

Quod non oporteat sacerdotes et clericos foenerantes usuras vel, quae dicuntur, sescupla, id est, summam capitis et dimidium summae percipere.

C. CCXXVII. *De eadem re.* 224

Ex epistola Leonis[v]).

Nec[468]) hoc quoque praetereundum esse duximus, quosdam turpis lucri cupiditate captos usurariam exercere pecuniam[469]), et foenore velle ditescere, quod non dicam in eos, qui sunt in clericali officio constituti, sed et in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus.

C. CCXXVIII. *Ut sub alieno nomine foenus non exerceant clerici.* 225

Ex eadem epistola[w]).

Illud etiam duximus praemonendum, ut, sicut non suo, ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercere foenus attentet.

C. CCXXIX. *De eadem re.* 226

Ex Concilio Tarraconensi[x]).

Quicunque in clero esse voluerit, emendi vilius vel vendendi carius studio non utatur.

---

C. CCXXVI. u) C. 5. (hab. init. ann. 347. et 381.); versio Dion. Coll. Ans. ded. V. 71. — Dist. XLVI. c. 9.

C. CCXXVII. v) Leo universis episcopis per Campaniam, Picen. et cit. constit. c. 3. (scr. a. 444.). — Coll. Vat. c. 320., Halitg. IV. 34., Dach. I. 122., Ans. ded. V. 72. — Burch. II. 123. (R.), Decr. VI. 65. (B.); C. XIV. qu. 4. c. 7.

C. CCXXVIII. w) C. 4. eiusd. epist. — Coll. Vat. c. 201., Dach. III. 47., Ans. ded. V. 73. — Burch. II. 121. (R.), Decr. VI. 66. (B.), Ans. VII. 160.; Dist. XLVI. c. 10.

C. CCXXIX. x) Conc. Tarrac. (hab. a. 516.) c. 2. — Coll. Vat. c. 202.,

C. CCXXVII. 468) *Ne:* Guelph. Bal. orig. 469) *poenam:* Helmst.

227 C. CCXXX. *De eadem re.*

Ex Concilio Eliberitano[y]).

Episcopi, presbyteri et diaconi de locis suis negotiandi causa non discedant, ne circumeuntes provincias, nundinas [470]) sectentur. Sane ad victum sibi conquirendum, aut filium aut libertum, aut mercenarium aut amicum [471]) mittant, et, si voluerint negotiari, intra provinciam negotientur.

228 C. CCXXXI. *De eadem re.*

Ex Concilio Carthaginensi[z]).

Placuit, ut episcopi, presbyteri et diaconi non sint conductores aut procuratores, neque ullo turpi negotio vel inhonesto victum quaerant, quia [472]) scriptum est †): *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.*

229 C. CCXXXII. *De eadem re.*

Ex eodem Concilio[a]).

Item placuit, ut clericus, si commodaverit pecuniam, pecuniam accipiat, si speciem, eandem speciem, quantum dederit, accipiat.

230 C. CCXXXIII. *De eadem re.*

Ex Capitularium Lib. II. cap. XXXVI.[b]).

Ut presbyteri a turpibus lucris et usuris non solum

---

Dach. III. 46., Ans. ded. V. 76. — Burch. II. 122. (R.), Decr. XIII. 13. VI. 197. (B.); C. XIV. qu. 4. c. 3.

C. CCXXX. y) Conc. Eliberit. (hab. non serius a. 310.) c. 19. — Coll. Dach. III. 54.

C. CCXXXI. z) Cod. eccl. Afric. c. 16. prior pars. (Concil. Carthag. III. (hab. a. 397.) c. 16.). Versio Dionys. — Coll. Vat. c. 319., Dach. III. 118., Halitg. V. 10., Ans. ded. II. 164. — Burch. II. 151. (R.), Decr. VI. 142. (B.), Ans. VII. 161.; C. XXI. qu. 3. c. 3.

C. CCXXXII. a) Ibid. — Coll. Vat. ib., Dach. ib., Ans. ded. ib. et V. 69. — Burch. II. 124. (R.), Decr. VI. 198. (B.), XIII. 9., Pan. III. 158. (D. XIII.), C. XIV. qu. 4. c. 6. (P.).

C. CCXXXIII. b) Anseg. Capit. L. II. c. 36. (c. 8. Excerpt. Capit.

†) 2. *Tim. c.* 2. *v.* 4.

C. CCXXX. 470) *quaestuosas nundinas:* add. orig. Dach. 471) *aut quemlibet:* add. ibid.

C. CCXXXI. 472) *quia respicere debent scriptum esse:* orig. Coll. citt.

ipsi abstineant, verum etiam plebes sibi subditas abstinere instruant.

C. CCXXXIV. *De eadem re.* 231

Ex Concilio Chalcedonensi[c]).

Pervenit ad sanctam synodum, quod quidam, qui in clero videntur electi, propter lucra turpia conductores alienarum possessionum fiant, et secularia negotia sub cura sua suscipiant, Dei quidem ministerium parvipendentes, secularium vero discurrentes domos et propter avaritiam patrimoniorum sollicitudinem sumentes. Decrevit itaque sanctum concilium, nullum deinceps, non episcopum, non clericum, non monachum aut possessiones conducere aut negotiis secularibus se miscere, praeter ecclesiasticarum rerum sollicitudinem.

C. CCXXXV. *De eadem re.* 232

Ex Concilio Meldensi, cap. XLIX.[d]).

Ut nemo laicorum presbyteros ecclesiarum suarum turpi villicationi et, secundum Apostolum, seculari et inhonestae negotiationi implicare, nec secum aliorsum[473]) contra auctoritatem ducere praesumat, quo ministerium sibi commissum cogantur negligere. Quodsi contra interdicta praesumserit, excommunicetur.

C. CCXXXVI. *De his, qui per pecunias fuerint ordinati.* 233

In canonibus Apostolorum[e]).

Si quis episcopus aut presbyter aut diaconus per pe-

---

Ingelheim. ann. 826.; cf. c. 5. Concil. Cabilon. hab. a. 813.). — Burch. II. 125. (R.), Decr. VI. 199. (B.): *Ex Conc. Aurel. c. 36.*

C. CCXXXIV. c) Hab. ann. 451, c. 3. (ap. Dionys. et in Hisp. aeque fusius res tractatur, magis autem versioni Dionys. contextus Reginonis congruit). — Coll. Dach. III. 146.; Ans. ded. II. 165. — Burch. II. 145. (R.), Decr. VI. 214. (B.), C. XXI. qu. 3. c. 1.

C. CCXXXV. d) Conc. Meld. (hab. a. 845.) c. 49. (25.). — Burch. II. 146. (R.), Decr. VI. 215. (B.).

C. CCXXXVI. e) C. 30. — Coll. Ans. ded II. 32.

C. CCXXXV. 473) *alio- rum:* Helmst. Burch. Decr. *alios:* Hild. Bal.

cunias hanc obtinuerit dignitatem, deiiciatur ipse et ordinator eius, et a communione modis omnibus abscidatur, sicut Simon magus a Petro.

234 C. CCXXXVII. *De eadem re.*

Ex Concilio Chalcedonensi[f]).

Si quis episcopus per pecunias fecerit ordinationem et sub pretio redegerit spiritus sancti gratiam, quae non potest vendi, ordinaveritque per pecunias episcopum aut presbyterum aut diaconum, proprio gradus periculo subiacebit, et, qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione proficiet[474]), sed alienus sit a dignitate. Si quis vero mediator datis vel acceptis exstiterit, si clericus fuerit, proprio gradu decidat, si monachus aut laicus, anathematizetur.

Require cap. CCCCII. Lib. I.

235 C. CCXXXVIII. *De eadem re.*

Ex epistola Gelasii Papae[g]).

Quos constiterit indignos meritis sacram mercatos esse pretio dignitatem, convictos oportet arceri, quia dantem pariter accipientemque damnatio Simonis, quam sacra lectio testatur, involvit.

236 C. CCXXXIX. *De eadem re.*

Ex epistola Hormisdae Papae[h]).

Hoc itaque ad priora coniungimus, ne benedictio per

---

C. CCXXXVII. f) Conc. Chalced. (hab. a. 451.) c. 2. (excerptum ex versione Dionys.). — Coll. Vat. c. 205., Dach. III. 112., Ans. ded. II. 14. — Burch. I. 122. (R.), Decr. V. 218. (B.), Pan. III. 118. (D.); Ans. VI. 85., C. I. qu. 1. c. 8.

C. CCXXXVIII. g) Ep. ad epp. Lucaniae, Brutt. et Sicil. c. 24. (scr. a. 494.), vers. Dion. — Coll. Ans. ded. II. 15. — Burch. I. 22. (R.), Decr. V. 76. (B.), C. I. qu. 1. c. 6.

C. CCXXXIX. h) Ep. ad epp. Hispan. c. 2. (scr. a. 517.). — Coll. Dach. III. 111. — Burch. I. 23. (R.), Decr. V. 77. (B.).

C. CCXXXVII. 474) sic *proficiat:* Hild. Bal. omnes Codd. et Coll. citt.;

impositionem manus, quae a Deo esse creditur, pretio comparetur, quia Simon spiritum sanctum volens redemtione mercari, Apostoli fuit detestatione percussus.

Bal. 237. vid. Reg. I. 402.

## C. CCXL. *De eadem re.*

### Ex Concilio Meldensi, cap. XLIII.[i]). 238

Cavendum et summopere praecavendum ac per virtutem Christi sanguinis interdicendum episcopis et regibus et omnibus sublimioribus potestatibus atque cunctis fautoribus et electoribus quorumcunque atque consensoribus seu ordinatoribus in gradu ecclesiastico, ut nemo per simoniacam haeresim regiminis locum obtineat quacunque factione, calliditate, promissione seu commoditate aut datione per se aut per emissam personam, cum spiritus sanctus inter cetera documenta per os dicat Gregorii*): *Cur non perpendit*[475]), *quia benedictio illi in maledictionem convertitur?* Et alibi**): *Dolens*, inquit, *dico*, *gemens denuncio*, *quia sacerdotium*, *quod apud vos intus cecidit*, *foris diu stare non poterit.*

## C. CCXLI. *Quod munus sit etiam a lingua.* 239

### Ex dictis Gregorii Papae[k]).

Sunt nonnulli, qui nummorum quidem praemia ex ordinatione non accipiunt et tamen sacros ordines pro humana gratia largiuntur. Hi nimirum, quod gratis accipiunt, gratis non tribuunt, quia nummum favoris de impenso officio sanctitatis expetunt; unde cum virum iustum describeret Esaias, ait†): *Qui excutit manus suas ab omni munere.* Quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus

---

C. CCXL. i) Conc. Meld., hab. a. 845. c. 43. (19.). — Burch. I. 21. (R.), Decr. V. 75. (B.), C. I. qu. 7. c. 3. *) Registr. L. IX. ep. 106., ed. Maur. (al. L. VII. ep. 111.). **) Ibid. L. V. ep. 53. (al. L. IV. ep. 50.)

C. CCXLI. k) S. Gregorii Homil. IV. in evang. — Burch. I. 113. (R.), Decr. V. 86. (B.), Pan. III. 121. (D.); Ans. VI. 80., C. I. qu. 1. c. 114. — Cf. Greg. Lib. IX. Moral. c. 17., et Lib. XII. c. 25.

†) *Esaias. c. 33. v. 15.*

C. CCXL. 475) *perpenditur:* orig.

a manu, aliud munus a lingua. Munus ab obsequio est subiectio indebite impensa, munus a manu, pecunia est, munus a lingua, favor. Qui ergo sacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in divinis rebus non solum ullam pecuniam, sed etiam hnmanam gratiam non requirit.

240 a C. CCXLII. *Ne presbyteri, ut ecclesias obtineant, munera dent.*

Ex Capitularium Libr. I. [l]).

Ut nullus presbyter ad introitum ecclesiae xenia donet. Require cap. CCLXXVI. Lib. I.

Bal. c. 240. b. vid. infra I. 276.

241 a C. CCXLIII. *Ut nullus presbyterum in ecclesia mittat vel eiiciat.*

Ex eodem Capitulari cap. XLI. [m]).

Ut nullus laicus presbyterum in ecclesia mittere vel eiicere praesumat, nisi per consensum episcopi.

Bal. c. 241. b. vid. I. 350.

241 c C. CCXLIV. *De eadem re.*

Ex eodem [n]).

De his, qui sine consensu episcopi presbyteros in ecclesiis suis constituunt vel de ecclesiis eiiciunt, et aut ab episcopo vel a quolibet misso dominico admoniti obedire noluerint, ut bannum nostrum rewadiare cogantur [475 a]) et per fideiussores ad palatium venire iubeantur, et [475 b]) tunc

C. CCXLII. l) Anseg. Capit. L. I. c. 140. (c. 1. Capit. Ingelh. de presb. a. 809.). — Burch. III. 117. (R.), Decr. III. 93. (B.): *Ex Concil. Aurelian. c.* 10. (Raban. ad Heribald. c. 19.: *Ex Conc. Aurel. c.* 10.)

C. CCXLIII. m) Immo cap. 141. L. I. Capit. Anseg.; mendum ortum esse videtur ex: *C. XLI*, quod librarii pro *cap. XLI*, existimarunt. (Cf. c. 2. Capit. Ingelh. de presb. a. 809.). — Burch. III. 111. (R.), Decr. III. 87. (B.), C. XVI. qu. 7. c. 37., omn.: *Ex Conc. Mogunt. c.* 29.

C. CCXLIV. n) Capitul. Wormat. ann. 829. c. 1. (Bened. Capitul. L. I. c. 98.)

C. CCXLIV. 475 a) ap. Bal. deest. — Hild. prorsus inepte sic mutilavit Codicis lectionem: *ut banni nostri rei per fid.* 475 b) sic orig. Trev. Goth. — *ut:* rell. Codd.

nos decernamus, utrum nobis placeat, ut illum bannum persolvant aut aliam armiscaram [476]) sustineant.

C. CCXLV. *De ecclesiis, quae inter coheredes divisae sunt.* 242 a

Ex eodem [o]).

De ecclesiis, quae inter coheredes sunt divisae, consideratum [477]) est, quatenus, si secundum providentiam et admonitionem episcopi ipsi coheredes eas voluerint tenere et honorare, faciant. Sin autem hoc contradixerint, in episcopi potestate maneat, utrum eas ita consistere permittat, aut reliquias exinde auferat.

C. CCXLVI. *De eadem re.* 242 b

Ex Concilio Triburiensi [p]).

Si plures heredes contenderint de communi ecclesia, auferri iubeat episcopus reliquias sacras et ecclesiam claudi, donec communi consensu statuant ibi presbyterum et unde vivat.

C. CCXLVII. *Ut in ecclesia una non plures presbyteri constituantur.* Bal. 243. a. vid. infra l. 277. 243 b

Ex Concilio Remensi, cap. VIII. [q]).

Sicut in unaquaque ecclesia presbyter debet esse, ita ipsa ecclesia, quae sponsa vel uxor eius dicitur, non potest dividi inter plures presbyteros, sed unum tantummodo habebit sacerdotem, qui eam caste et sinceriter regat. Unde interdicimus, ut nullus praesumat ecclesiam inter

---

C. CCXLIV. o) Ibid. c. 2. (cf. Bened. Lib. I. Capit. c. 99.). — Burch. III. 41. (R.), Decr. III. 45. (B.), Ans. V. 28. (B.), C. XVI. qu. 7. c. 35., omn.: *Ex decr. Gregorii P. c.* 5.

C. CCXLVI. p) Cf. Conc. Tribur., hab. ann. 895., c. 32. et *Beitr.* pag. 22 seqq. et 184. c. 36. — Burch. III. 40. (R.), Decr. III. 45. (B.), C. XVI. qu. 7. c. 36.

C. CCXLVII. q) Inter editos canones non exstat. — Burch. III. 45. (R.), Decr. III. 49. (B.), Pan. II. 44. (D.), C. XXI. qu. 2. c. 4. (P.).

C. CCXLIV. 476) sic omnes Codd.; *aruscaram:* Hild.

C. CCXLV. 477) *considerandum:* Hild. Bal.

duos vel plures dividere, quia ecclesia Christi uxor et sponsa debet esse, non scortum, sicut Calixtus Papa testatur *).

Require cap. CCLXXVII. Lib. I.

244 C. CCXLVIII. *Ut laici ecclesias non teneant, nec decimas accipiant.*

Ex Concilio Meldensi, cap. LXV. [r]).

Indignum valde est, ut, qui in regia dignitate ceteros ecclesiae filios auctore Deo praecellitis, negligentius, quae Dei sunt, exsequi videamini. Unde dignum erat, ut capellas villarum vestrarum laicis non committeretis, sed potius illis, qui et eadem sacrata loca religiosius tractarent et vobis obsequium debitum impenderent [478]). Monemus itaque et hortamur, ne, quod absit, periculum anathematis ex decimis praesumtis incurratis, ut hoc corrigere studeatis.

245 C. CCXLIX. *De eadem re.*

Item ex eodem cap. [s]).

Si capellas vestras presbyteris aut viris ecclesiasticis dederitis, et dominicas decimas acceperint, sarta tecta ecclesiae et luminaria exinde competenter provideant, et presbyteri parochianas decimas accipiant et populi necessitatibus debite invigilent.

246 C. CCL. *De eadem re.*

Item ex eodem [t]).

Si autem laici capellas vestras habuerint, a ratione et auctoritate alienum habetur, ut ipsi decimas accipiant et inde canes aut genitiarias suas pascant, sed potius presbyteri ecclesiarum eas accipiant, et inde restaurationem ecclesiarum et luminaria et hospitum ac pauperum

---

C. CCXLVII. *) cf. infra I. 254.
C. CCXLVIII. r) Immo c. 75. (51.) huius conc. (hab. a. 845.).
C. CCXLIX. s) Ibid.
C. CCL. t) Ibid. — Cf. Burch. III. 239.

C. CCXLVIII. 478) *Sed quia aliter, causis intervenientibus, res se habere dignoscitur, monemus*: add. orig.

receptionem exhibeant, et pro vobis ac statu regni vestri Dei misericordiam studiose implorent.

C. CCLI. *De his, qui ecclesias deserunt, in quibus provecti sunt, et ad alias transeunt.* 247

Ex Concilio Nicaeno [u]).

Quicunque temere ac periculose, neque timorem Dei prae oculis habentes, nec agnoscentes ecclesiasticam regulam, discedunt ab ecclesia presbyteri et diaconi, vel quicunque sub regula prorsus existunt, hi nequaquam debent in aliam ecclesiam recipi, sed omnem necessitatem convenit illis imponi, ut ad suas parochias revertantur. Quod si non fecerint, oportet eos communione privari.

Req. cap. CCLXI. Lib. I.

C. CCLII. *De eadem re.* 248

Ex Concilio Chalcedonensi, cap. X. [v]).

Non licere clericum in duarum civitatum conscribi simul ecclesiis et, in qua initio ordinatus est, et, ad quam confugit, quasi ad potiorem ob inanis gloriae cupiditatem. Hoc autem facientes revocari debere ad suam ecclesiam, in qua primitus ordinati sunt, et ibi tantummodo ministrare.

C. CCLIII. *De eadem re.* 249

Ex Concilio Antiocheno [w]).

Episcopus ab alia parochia nequaquam migret ad aliam, nec sponte sua prorsus insiliens, nec vi coactus a populis [479]). Maneat autem in ecclesia, quam primitus a Deo sortitus est, nec inde transmigret [480]).

---

C. CCLI. u) Conc. Nicaen. (hab. a. 325.) c. 16. (vers. Dion.). — Coll. Dach. III. 98. (fons); Ans. ded. IV. 32. — Burch. II. 98. (R.), Decr. VI. 175. (B.), C. VII. qu. 1. c. 23.

C. CCLII. v) Conc. Chalced. (hab. a. 451.) c. 10. init. (vers. Dion.). — Burch. II. 96. (R.), Decr. VI. 173. (B.), Pan. III. 73. (D.), C. XXI. qu. 1. c. 2.

C. CCLIII. w) C. 21. (hab. ann. 332.) (Dion.). — Coll. Dach. III. 116. (fons), Ans. ded. II. 102. — Burch. I. 72. (R.), Decr. V. 179. (B.).

C. CCLIII. 479) *nec ab episcopis necessitate compulsus:* add. orig. Coll. citt. 480) *secundum pristinum de hac re terminum constitutum:* add. ibid.

250 C. CCLIV. *De eadem re.*

Ex decretis Calixti Papae x).

Quoniam, sicut alterius uxor nec adulterari ab aliquo vel iudicari aut disponi nisi a proprio viro, eo vivente, permittitur, sic nec uxor episcopi vel presbyteri, quae eius ecclesia vel parochia indubitanter intelligitur, eo vivente, alteri iudicare vel disponere aut eius concubitu frui permittitur. Unde Apostolus †): *Alligata est uxor legi, quamdiu vir eius vivit. Eo vero defuncto, soluta est a lege viri.* Similiter et ecclesia [481]), quae uxor sacerdotis dicitur, eo vivente ei alligata est; eo vero defuncto [482]), nubat in Domino, id est, regulariter. Si enim eo vivente alteri nupserit, adultera iudicabitur.

Req. cap. CCCIV. Lib. II.

Bal. c. 251. a. b. vid. infra II. 304. 305. C. CCLV. *De clericis, qui praeficiuntur ptochiis.*

252 Ex Concilio Chalcedonensi y).

Clerici, qui praeficiuntur ptochiis, vel, qui ordinantur in monasteriis et basilicis martyrum, sub episcoporum, qui in unaquaque civitate sunt, secundum sanctorum patrum traditiones, potestate permaneant, nec per contumaciam ab episcopo suo dissiliant. Qui vero audent evertere huiuscemodi formam, nec proprio subiiciuntur episcopo, si clerici sunt, canonum correptionibus subiacebunt, si [482 b]) laici vel monachi [483]), communione priventur.

---

C. CCLIV. x) Caput Pseudoisid. Ex Calixti Ep. II. ad omnes Galliarum episcopos (Conc. Sardic. c. 3.). — Burch. III. 49. (R.), Decr. III. 53. (B.), V. 101., Ans. VI. 108., C. VII. qu. 1. c. 39.

C. CCLV. y) Hab. a. 451. c. 8. (Dion.). — Coll. Dach. I. 51. (fons), Ans. ded. V. 142.

†) *Rom. c. 7. v. 2.*

C. CCLIV. 481) *Simil. et sponsa episcopi (quia sponsa uxor eius dicitur ecclesia), illo vivente:* orig. 482) *soluta est, cui voluerit, nub. tamen i. D.:* add. ibid.

C. CCLV. 482b) *vero:* add. orig. Coll. citt. 483) *fuerint:* add. ibid.

### C. CCLVI. *Ut amplius presbyter non habeat, quam unam ecclesiam.* 253

Ex Capitularium Lib. I. cap. LXXXVI.[z]).

Statutum est, ut unaquaeque ecclesia suum presbyterum habeat, ubi id fieri facultas providente episcopo permiserit.

### C. CCLVII. *De eadem re.* 254

Ex Concilio Nannetensi[a]).

Sicut enim episcopus non plus potest habere, quam unam civitatem et vir unam uxorem, ita presbyter unam tantum ecclesiam. Itaque nullus presbyter plures praesumat habere ecclesias[484]), nisi forte alios presbyteros sub se in unaquaque illarum habeat, qui nocturnum atque diurnum officium solemniter adimpleant et missarum celebrationes quotidianis expleant ceremoniis.

### C. CCLVIII. *Ut nullus presbyter alterius parochianum recipiat.* 255 a

Ex Capitularium Lib. I. tit. CXLVIII.[b])[485]).

Ut nullus presbyter alterius parochianum, nisi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, ad missam recipiat.

### C. CCLIX. *De eadem re.* 255 b

Ex Concilio Carthaginensi[c]).

Cassianus episcopus[486]) dixit: Statuat gravitas vestra,

---

C. CCLVI. z) Anseg. Capit. L. I. c. 86. (c. 11. Capit. Aquisgr. ann. 817.). — Burch. III. 46. (R.), Decr. III. 50. (B.): *Ex eod. C.* (Remensi) *c.* 11.

C. CCLVII. a) C. 8. (cf. supra ad c. CV. not. b).). — Burch. III. 47. (R.), Decr. III. 51. (B.); cf. Capitul. Herardi Turon. c. 49.

C. CCLVIII. b) Cf. supra c. LXII.

C. CCLIX. c) Conc. Carthag. I. c. 7. (hab. ann. 348.) (vers. Hispan.). — Coll. Dach. III. 154. (fons); Add. IV. c. 37.

C. CCLVII. 484) *si de statu suo gaudere desiderat:* add. in Coll. citt. — Reliqua verba desunt ibid.

C. CCLVIII. 485) Hoc cap. additum est ex Cod. Trev. et Goth., quum in rell. desit. — Bal., indice inductus, idem caput recte hoc loco inseruit.

C. CCLIX. 486) *Usulensis:* add. orig.; *Velenensis:* Dach.

ut unusquisque clericus vel laicus non communicet in alia plebe sine literis episcopi sui.

256 C. CCLX. *De eadem re.*

Ex Capitularium Lib. I. tit. CLXXXVIII. d).

Ut nullus presbyter in alterius parochia praesumat missam contare, nisi in itinere fuerit, nec decimam ad alterum pertinentem audeat recipere.

258 C. CCLXI*). *Ut episcopus in alterius episcopi parochia ordinationem non faciat.*

Ex Concilio Antiocheno e).

Episcopus alienam civitatem, quae non est illi subiecta, non adeat, nec ad possessionem accedat, quae ad eum non pertinet 487), nec ordinationem ibi facere praesumat 488), nisi forte cum consilio et voluntate regionis episcopi.

259 C. CCLXII. *Ut nullus presbyter aut laicus poenitentem invitet vinum bibere aut carnem manducare.*

Ex Capitularium Lib. I. tit. CLI. f).

Ut nullus presbyter aut laicus poenitentem invitet vinum bibere aut carnem manducare, nisi ad praesens pro ipso unum vel duos denarios iuxta qualitatem poenitentiae dederit.

---

C. CCLX. d) Immo c. 148. Libr. I. Ccpit. Anseg. (c. 9. Capitul. Ingelh. a. 805.).

C. CCLXI. e) Hab. a. 332., c. 22. (Dion.). — Coll. Dach. III. 117. (fons), Ans. ded. II. 111. — Burch. I. 71. (ex Ans. ded.), Decr. V. 178. (B.).

C. CCLXII. f) Anseg. Capit. Lib. I. c. 151. (c. 12., Capit. Ingelh. a. 805.).

C. CCLXI. *) Bal. h. l. caput unum deesse putat, cuius inscriptionem: *De eadem re*, index capitum in Cod. Paris. h. l. inserat; reliqui autem Codd. nullam h. l. indicant lacunam. 487) *super ordinatione cuiusquam, nec constituat presbyteros aut diaconos alteri subiectos episcopo, nisi f.:* add. orig. Dach. 488) *ibi faciat:* Bal.

C. CCLXIII. *Ut nullus presbyter cartas scribat.* 260

Item ex eodem[g]).

Ut nullus presbyter cartas scribat, aut[489]) conductor sui senioris existat.

C. CCLXIV. *Ut nullus, contemta minore ecclesia, ad potiorem adspiret.* 261

Ex Synodo Meldensi[h]).

Si quis de ordine sacerdotali, contemtu minoris ecclesiae ambitiose et improbe ad potiorem adspiraverit[490]), canonica erga eum definitio conservetur[491]).

C. CCLXV. *De baptismo et quo tempore celebrandus sit.* 262

In canonibus Apostolorum[i]).

Si quis episcopus aut presbyter iuxta praeceptum Domini non baptizaverit in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, sed in tribus sine initio principiis aut in tribus Filiis aut in tribus paraclitis, abiiciatur.

C. CCLXVI. *De eadem re.* 263

Ex eodem[k]).

Si quis episcopus aut presbyter non trinam mersionem unius mysterii celebret[492]), sed semel mergat in baptismate, quod dari videtur in Domini morte, deponatur. Non enim dixit Dominus: *In morte mea baptizate*, sed †): *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.*

---

C. CCLXIII. g) Ibid. c. 152. (ib. c. 13.).

C. CCLXIV. h) Hab. a. 845. c. 30. (6.). — Burch. III. 48. (R.), Decr. III. 52. (B.), Pan. II. 46. (D.), C. VII. qu. 1. c. 32. (P.).

C. CCLXV. i) C. 49. — Coll. Ans. ded. IX. 24. — Burch. IV. 22. (R.), Decr. I. 217. (B.).

C. CCLXVI. k) C. 50. — Coll. Ans. ded. IX. 25. — Burch. IV. 23. (R.), Decr. I. 128. (B.), Pan. I. 58. (D.).

†) *Matth. c.* 28. *v.* 19.

C. CCLXIII. 489) *nec:* Decr. orig.

C. CCLXIV. 490) *aspirare contenderit:* orig. 491) *id est, utrisque careat:* add. Burch.

C. CCLXVI. 492) *non in trina mersione unius mysterii baptisma celebret:* Hisp.

264 C. CCLXVII. *Quod Pascha et Pentecosten sit baptizandum.*

Ex epistola Leonis Papae l).

Unde quia manifestissime patet, baptizandis in ecclesia electis haec duo tempora, id est, Pascha et Pentecosten, esse legitima, dilectionem vestram monemus, ut nullos alios dies huic[493]) observantiae misceatis. Quia m), si[494]) sunt alia quoque festa, quibus multa in honorem Dei reverentia debeatur, principalis tamen et maximi sacramenti custodienda nobis est mystica et rationabilis exemplatio[495]), non interdicta licentia, qua in baptismo tribuendo quolibet tempore periclitantibus subvenitur. Ita enim ad has duas festivitates connexas sibimet atque cognatas incolumium et in pacis securitate degentium libera vota deferimus[496]), ut in mortis periculo, in obsidionis discrimine, in persecutionis angustiis, in timore naufragii, nullo tempore hoc verae salutis singulare praesidium cuiquam denegemus.

C. CCLXVIII. *De gravidis baptizandis.*

265 Ex Concilio Neocaesariensi n).

Gravidam oportet baptizari, quando voluerit. Nihil enim in hoc, quae parit, nascenti[497]) communicat, propterea quod uniuscuiusque suum propositum in confessione declaretur[498]).

---

C. CCLXVII. l) Leonis ep'st. universis episcopis per Siciliam (scr. a. 447.) c. 5. 6. (ap. Dionys. c. 11. 12.). — Coll. Dach. II. 102. 103. (fons), Ans. ded. IX. 10. 12. — Burch. IV. 2. (R.), Decr. I. 197. (B.), 59., Dist. IV. De cons. c. 12.

m) C. 6. (12.) ibid.

C. CCLXVIII. n) Hab. a. 314., c. 6. (Dion.). — Coll. Dach. II. 104. (fons), Ans. ded. IX. 41. — Burch. IV. 31. (R.), Decr. I. 225. (B.).

C. CCLXVII. 493) *huius:* Trev. Helmst. Guelph. Vienn. 494) *sicut:* Guelph. Vienn. Bal. 495) sic orig. Burch. Decr. 197. — *mysticae rationis exceptio:* Dach. Trev. Goth. Helmst. Guelph. Bal.; *mysticae traditionis exemplatio:* Vienn. In orig. Cod. Reginonis haud dubie scriptum erat: *mystica* ? (et) *rationabilis exceptio.* 496) *differimus:* Trev. Guelph. Vienn. Bal.

C. CCLXVIII. 497) sic orig. Coll. citt. — Goth.: *nascenti* / *nescienti*, (sic); *nescienti:* rell. Codd. 498) *declaratur:* Bal.

### C. CCLXIX. *De eadem re.* 266

#### Ex Concilio Carthaginensi[o]).

Item placuit de infantibus, quoties non inveniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt per aetatem de traditis sibi sacramentis idonei respondere, absque ullo scrupulo eos esse baptizandos [499]).

### C. CCLXX. *De baptizatis, qui non confirmati moriuntur.* 267

#### Ex Concilio Eliberitano[p]).

Si quis diaconus regens plebem sine episcopo vel presbytero aliquos baptizaverit, episcopus eos per benedictionem perficere debebit. Quodsi ante de seculo recesserint, sub fide, qua quisque credidit, poterit esse iustus.

### C. CCLXXI. *De rebaptizatis.* 268

#### Ex Concilio Ilerdensi[q]).

De his, qui in praevaricatione rebaptizati sunt sine aliqua necessitate vel tormento, placuit, ut circa eos illa Nicaenae synodi statuta serventur, id est [500]), septem annis inter catechumenos orent et duobus inter catholicos, et postea fidelibus in oblatione et eucharistia communicent.

### C. CCLXXII. *Unde supra* *). 269

#### Ex Concilio Wormatiensi[r]).

Sacrosancti baptismi sacramentum nonnisi in Paschali

---

C. CCLXIX. o) Conc. Carthag. V. (hab. a. 401.) c. 5. (ap. Dion. c. 72.). — Coll. Dach. II. 105. (fons), Coll. Vat. c. 376., Ans. ded. IX. 34.: *Ex Conc. Afric.* — Burch. IV. 45. (ex Ans. ded.), Decr. I. 147. 239. (B.), Pan. I. 93. (D.), Ans. IX. 15. (B.), Dist. IV. De cons. c. 111. (P.).

C. CCLXX. p) Hab. non serius ann. 310., c. 77. — Coll. Dach. II. 106. (fons). — Burch. IV. 92. (R.), Decr. I. 286. (B.): *Ex Conc. Turon. c.* 3.

C. CCLXXI. q) Hab. ann. 546., c. 9. — Coll. Dach. II. 107. (fons), Vat. c. 374., Ans. ded. IX. 53. (Cap. Regin. excerptum exhibet eorum, quae in Coll. citt. integra leguntur.)

C. CCLXXII. *) Cf. supra C. CLXXI. not. s).

r) Hab. a. 868. c. 1., in Cod. Darmst. b. est c. 7. — Burch. IV. 7. (R.), Decr. I. 202. (B.), 63., Pan. I. 21. (D.), Dist. IV. De cons. c. 17. (P).

C. CCLXIX. 499) plura Pan. Ans. Grat. iam sequuntur in Coll. Vat. C. CCLXXI. 500) *ut:* add. Ans. ded. Burch. Decr. 239., orig. Bal.

festivitate et Pentecoste unusquisque fidelium noverit esse praebendum, exceptis his, quibus mortis urgente periculo, ne in aeternum pereant, talibus oportet remediis subvenire[501]).

270 C. CCLXXIII. *De eadem re.*

Ex Concilio Meldensi, cap. XLVIII.[s]).

Nemo presbyterorum baptizare praesumat, nisi in vicis et ecclesiis baptismalibus atque temporibus constitutis, nisi causa aegritudinis vel certae necessitatis; et vici auctoritatem et privilegia debita retineant.

271 C. CCLXXIV. *De fontibus sacris.*

Unde supra[t]).

Omnis presbyter, qui fontes lapideos habere nequiverit, vas conveniens ad hoc solummodo baptizandi officium habeat. Similiter ad corporale lavandum et ad pallas altaris propria vasa habeantur, in quibus nihil aliud fiat.

272 C. CCLXXV. *Ut omnis presbyter suis parochianis symbolum et orationem dominicam insinuet.*

Ex Concilio Remensi, tit. XX.[u]).

Ut omnis presbyter omnibus parochianis suis symbolum et orationem dominicam aut ipse insinuet, aut aliis insinuandum iniungat. Et cum ad confessionem tempore quadragesimali veniunt, haec ab unoquoque memoriter sibi decantari faciat, nec ante sanctam communionem alicui tradat, nisi haec ex corde pronunciare noverit, si quidem sine horum scientia nullus salvus esse poterit. In uno

---

C. CCLXXIII. s) Hab. a. 845. c. 48. (24.). — Burch. IV. 14. (R.), Decr. I. 209. (B.).

C. CCLXXIV. t) Hincmari Capitul. ann. 852. c. 3. — Burch. IV. 13. (R.), Decr. I. 208. (B.), Coll. tr. p. III. 1. 13. (D.), Dist. IV. De cons. c. 106.: *Ex Concilio Meldensi* c. 7. — Cf. supra Reg. I. 80.

C. CCLXXV. u) In editis non est repertum. — Burch. II. 62. (R.), Decr. VI. 158. (B.). Cf. Bonifacii archiep. Mogunt. statut. (ann. 745.), c. 25. 26., et Capitul. Theodulphi c. 22.

C. CCLXXII. 501) *subveniri: venire.* orig.; sed Darmst. b.: *sub-*

enim fides et credulitas Christiana continetur, in alio, quid orare et petere a Deo debeamus, exprimitur. Quod vero sine fide nemo possit esse salvus, Dominus ostendit, quum dicit †): *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit.* Nullus autem credere potest, quod nescit, nec audivit; ait enim Paulus ††): *Quomodo credent ei, quem non audierunt?* Nec sola sufficit fides in corde, nisi etiam verbis enuncietur, ut idem Apostolus testis est †††): *Corde,* inquit, *creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Nullus autem de stoliditate sensus vel tenuitate ingenii causetur, quia haec tam parva sunt, ut nemo tam hebes et barbarus sit, qui hoc discere et verbis communibus pronunciare non possit, tam magna, ut, qui horum scientiam pleniter capere potuerit, sufficere [502]) sibi credatur [503]) ad salutem perpetuam. Illud *) etiam observandum, ut nullus suscipiat infantem in baptismo a sacro fonte, antequam idem **) symbolum et orationem dominicam coram presbytero decantet; et ut presbyter omnibus patrinis adnunciet, quod debitores sunt [505]) suis filiolis, cum ad intelligibilem aetatem venerint, haec eadem insinuare.

Require cap. CCCCXXVIII. Lib. II.

C. CCLXXVI. *De his sacerdotibus vel clericis, qui per pecunias aliorum sacerdotum ecclesias aut beneficia subripiunt vel subvertunt* [v]). 240 b

Sancitum est atque omnibus modis prohibitum, ut, si

C. CCLXXVI. v) Capitul. Bened. Lib. III. c. 206. (fons). — Burch. III. 114., Decr. III. 90. (B.), Pan. II. 49. (D.), C. VII. qu. 1. c. 33. (P.): *Ex Conc. Rotomag. c.* 5. Prior capitis pars usque ad verba: *a regula*, inventa est in Conc. Rotomag. (ann. 650.), c. 7., atque sequentia verba usque ad fin. in Coll. citt. item desunt. Cod. Darmst. a. (II. 42.) excerptum huius capitis exhibet, sed sine inscriptione. — Cod. Sav. IV. 156.: *Ex Conc. Wormat.*

†) *Marc. c.* 16. *v.* 16.
††) *Rom. c.* 10. *v.* 14.
†††) *Rom. c.* 10. *v.* 10.

C. CCLXXV. 502) *ea:* add. Hild. Bal. 503) *credat:* Goth. ex ras. *) Trev. cum his verbis novum incipit caput, nulla tamen addita inscriptione. 504) *et tunc:* Vienn. Burch. **) *eundem:* omnes Codd. 505) *sint:* Hild. Bal.

quis presbyter praeventus [506]) fuerit, alicui clerico aut laico munera dare aut dedisse, aut aliquam [507]) pecuniam tribuere, ut alterius presbyteri ecclesiam subripiat [508]), pro hac cupiditate seu rapina [509]) turpis lucri gratia deiiciatur a clero et alienus existat a regula. Nam, si pro misericordia episcopo placuerit longo tempore eum, poenitendo, quae gessit, in carceris aerumna recludere et usque ad satisfactionem ibi detineri [510]), et postea, si se correxerit, et talia deinceps minime se facere promiserit, humanius erga eum agere poterit, si voluerit et ipse dignus inventus fuerit.

243 a C. CCLXXVII. [511]) *Ut unusquisque presbyter una ecclesia contentus sit.*

Ex Concilio, quo supra [w]).

Unusquisque presbyter ecclesia una, ubi ordinatus est, contentus sit, et nullus in duabus ecclesiis ministrare praesumat.

Require cap. CCXLVII. Lib. I.

Bal. c.273. c. 274. vid. infra L. II. c. 430. c. 431. C. CCLXXVIII. [512]) *Ut presbyter per pecunias ecclesiam non accipiat.*

Unde supra [x]).

Ut subplantator alicuius sacerdotis per aliquod ingenium occulte vel manifeste non fiat, et si presbyter per

plane congruit cum Reg. Cf. Concil. Mogunt. hab. ann. 852. sub Raban. c. 19., Theodulphi Aurelian. cap. 16. —

C. CCLXXVII. w) Fortasse ex Conc. quodam Remensi, inter editos autem canones non legitur. — Burch. III. 44. (R.), Decr. III. 48. (B.): *Ex Concil. Remensi.*

C. CCLXXVIII. x) Caput incertum. — Sav. IX. 255., citat idem: *Ex Conc. Wormat. c.* 156. Verisimillimum est, desumtum id esse ex formula quadam inquisitionis, qualem Hincmarus Rem., Reg. I. init., et Sav. l. l. exhibent. Cf. *Beitr.* pag. 41. seqq.

C. CCLXXVI. 506) *inventus:* orig. (Rotom.) Coll. citt. 507) *alicui:* Bal. 508) *aut ecclesiam vacantem pretio redimat:* add. Rotom. Coll. citt. 509) *seu praesumtione:* add. ibid. 510) *retinere liceat:* Capt.

C. CCLXXVII. 511) Totum hoc caput deest in Helmst.

C. CCLXXVIII. 512) Hoc caput additum est ex Trev. et Goth.

pretium aut per pecuniam, per simoniacam haeresim ecclesiam fuerit alicuius adeptus, omnimodis deponatur.

De ieiunio.

## C. CCLXXIX. *De litania maiore.* 275

Ex Concilio Moguntiacensi cap. XVI.[y]).

Placuit nobis, ut litania maior observanda sit a cunctis Christianis unum diem[513]) VII. Kalend. Mai., sicut legendo[514]) reperimus, et sicut sancti patres nostri constituerunt, non equitando, non pretiosis vestibus induti, sed[515]) cinere respersi et cilicio induti, nisi infirmitas impedierit.

## C. CCLXXX. *De ieiunio rogationum*[z]). 276

Cum exigentibus peccatis Galliarum populi luporum rabie acriter interimerentur[516]), nec huius flagelli aliquod remedium inveniri posset[517]), congregati traduntur Galliarum episcopi apud Viennam urbem, atque in commune statuerunt, ut triduanum ieiunium facerent. Cumque Dominus pestem misericorditer abstulisset, hi dies in consuetudinem annuae celebritatis venerunt, ut per Galliarum provincias ante ascensionis Domini diem celebrarentur. Agamus et nos hos dies cum summa reverentia et devotione, cum abstinentia carnis et humilitate cordis, non

---

C. CCLXXIX. y) Conc. Mogunt., hab. ann. 813. sub Karol. M., c. 33. — Burch. XIII. 6. (R.), Decr. IV. 39. (B.). Cf. Concil. Aquisgr. II. hab. ann. 836. c. 10.

C. CCLXXX. z) Caput incertum. Walafr. Strabo de reb. eccles. c. 28., de eadem re sic loquitur: *Temporibus siquidem Clodowei Regis Francor., qui cum gente sua primus Christianus effectus est, dum civitas Viennensium crebro terrae motu subrueretur et bestiarum desolaretur incursu, S. Mamertus, eiusdem civitatis episcopus, triduanas letanias legitur pro malis, quae praemisimus, ordinasse.* Cf. Alcuini c. 20. divinor. officiorum; Greg. Turon. Histor. Franc. II. 34., Alcimi Aviti Homilia de rogation. (Opp. ed. Sirmond, Paris. 1643. pag. 152.). — Caput nostrum haud dubie est Annalistae cuiusdam adhuc ignoti.

C. CCLXXIX. 513) *diebus tribus, sicut leg.:* orig. 514) *sicut in Romana ecclesia constitutum reperimus:* Burch. 515) *sed discalceati, cinere:* orig.

C. CCLXXX. 516) *infestarentur:* Hild. 517) *invenire possent:* Goth. Guelph. Hild. Bal.

ut visibilium luporum rabiem evadamus, sed ut invisibilium, id est, spirituum immundorum tentamenta vincere valeamus. Nullus autem his diebus vestimentis pretiosis induatur[518]), qui in sacco et cinere lugere debemus. Prohibeantur ebrietates et commessationes, quae fiunt in vulgari plebe. Nemo ibi equitare praesumat, sed discalceatis[519]) pedibus omnes incedant. Nequaquam mulierculae choros[520]) ducant, sed omnes in commune Kyrie eleyson decantent, et cum contritione cordis Dei misericordiam exorent pro peccatis, pro pace, pro peste, pro conservatione frugum et pro ceteris necessitatibus; dies enim abstinentiae sunt, non laetitiae.

277 C. CCLXXXI. *De ieiunio quatuor temporum.*

Ex Concilio Moguntiacensi[a]).

Constituimus, ut quatuor tempora anni ab omnibus cum ieiunio observentur, id est, in Martio hebdomada prima, in Iunio secunda, in Septembri tertia, in Decembri[521]), quae fuerit plena ante vigiliam natalis Domini, id est, feria quarta et sexta et sabbato[522]) veniant omnes ad ecclesiam hora nona cum litaniis ad missarum solemniá.

278 C. CCLXXXII. *De ieiunio in vigiliis sanctorum*[b]).

Presbyteri, cum sacras festivitates populo adnunciant, etiam ieiunium vigiliarum eos omnimodis observare[523]) moneant.

---

C. CCLXXXI. a) Hab. ann. 813. sub Karol., M. c. 34. paullulum in breve contractum. — Burch. XIII. 2. (R.), Decr. IV. 35. (B.), Pan. II. 180. (D.), Dist. LXXVI. c. 2. (P.).

C. CCLXXXII. b) Caput incertum. — Burch. XIII. 16. (R.), Decr. IV. 49. (B.): *Ex Conc. Aurelian.* Sav. VI. 25.: *Ex Conc. ap. Compend. hab. c.* 1.

C. CCCLXXX. 518) sic Vienn. Burch.; *vestimenta pretiosa induatur:* rell. Codd. 519) *disculciatis:* Trev. Guelph. Helmst. Vienn. 520) *choreas:* Hild. Bal.

C. CCLXXXI. *quarta:* add. Hild. Bal. 522) *i. e. feria sexta ei septima vel sabb.:* Hild.; *et sabbato. Veniant:* Bal.

C. CCLXXXII. 523) *servare:* Guelph. Helmst. Vienn. Bal. Coll. citt.

## C. CCLXXXIII. *De indicto ieiunio.* 279

### Ex Concilio Moguntiacensi[c]).

Si quis indictum ieiunium superbiendo contemserit et observare cum ceteris Christianis noluerit, in Gangrensi Concilio praecipitur, ut anathematizetur[524]).

## C. CCLXXXIV. *De eadem re.* 280

### Ex Concilio Gangrensi[d]).

Si quis eorum, qui continentiae student, absque necessitate corporea tradita in commune ieiunia et ab ecclesia custodita superbiendo dissolvit, stimulo suae cogitationis impulsus, anathema sit.

## C. CCLXXXV. *Item de eadem re*[525])[e]). 281

Quicunque indictum ieiunium violant sine gravi necessitate, memorentur Ionathae, filii Saul regis, qui, maledictum patris parvipendens, parumper mellis in summitate virgae comedit, ac idcirco sententiam mortis promeruit.

## C. CCLXXXVI. *De eadem re.* 282

### Item ex Capitularibus Lib. I. cap. XLVIII.[f]).

Ut in ecclesia a sacerdotibus ieiunia constituta sine necessitate rationabili non solvantur.

---

C. CCLXXXIII. c) Hab. ann. 813., c. 35. — Burch. XIII. 4. (R.), Decr. IV. 37. (B.).

C. CCLXXXIV. d) Hab. a. 355., c. 19. (Dion.). — Coll. Vat. c. 170., Dach. II. 98., Ans. ded. XII. 40. — Burch. XIII. 5. (R.), Decr. IV. 38. (B.), Dist. XXX. c. 8.

C. CCLXXXV. e) Caput incertum. Cf. Martene, Thesaur. nov. Anecdot. Tom. IV. pag. 21.: *De remediis peccator. capp. octo.*, ubi canon ex Theodoro exhibetur, qui huc pertinet: *De contemnentibus ieiunia. Theodorus. Qui contemserit indictum ieiunium in ecclesia, XL dies poen.; si in XL diebus, annum poen. Aliter in libro Regum Ionathan ieiunium solvente reus fuit morte, si non peteret populus vitam eius.*

C. CCLXXXVI. f) Immo c. 47. Lib. I. Capit. Anseg. (c. 47. Capitul. eccles. ann. 789.). — Burch. XIII. 17. (R.), Decr. IV. 50. (B.): *Ex dictis Eusebii Pap. c.* 10.

C. CCLXXXIII. 524) *nisi emendare se studeat:* add. orig. C. CCLXXXIV. 525) *ibidem:* add. Hild. Bal.

283 C. CCLXXXVII. *De eadem re* [g]).

De hoc si evenerit fames [526]), pestilentia, inaequalitas aëris, vel alia qualiscunque tribulatio [527]), non exspectetur edictum nostrum, sed statim deprecetur misericordia Dei.

284 C. CCLXXXVIII. *Quid sit usura?*

Ex Capitularibus [h]).

Usura est, ubi amplius reqniritur, quam datur, verbi gratia, si dederis solidos X, et amplius requisieris, vel, si dederis frumenti modium unum [528]), super aliquid exigas.

285 C. CCLXXXIX. *De eadem re.*

Item cap. CXXIII. [i]).

Turpe lucrum exercent, qui per varias circumventiones lucrandi causa inhoneste res quaslibet congregare decertant.

286 C. CCXC. *Quid sit foenus* [k])*?*

Foenus est, qui aliquid praestat. Iustum foenus est, qui amplius non requirit, nisi quantum praestitit.

287 C. CCXCI. *De eadem re.*

Item cap. CXXV. [l]).

Quicunque enim tempore messis vel vindemiae non necessitate, sed propter cupiditatem, comparat annonam

---

C. CCLXXXVII. g) Ibid. c. 112. (c. 4. Capitul. in Theodon. villa ann. 805., et c. 5. Excerpt. ex Capitul.). — Burch. XIII. 18. (R.), Decr. IV. 51. (B.): *Ex decretis Liberii P. c.* 2.

C. CCLXXXVIII. h) Anseg. Capit. L. I. c. 119. (c. 1. Capitul. II. ad Niumag. ann. 806.). — Burch. II. 126. (R.), Decr. VI. 200. (B.), Pan. III. 161. (D.), C. XIV. qu. 3. c. 4. (P.): *Ex Conc. Agath. c.* 1.

C. CCLXXXIX. i) Ibid. c. 123. (c. 5. ibid.).

C. CCXC. k) Ibid. c. 124. (c. 6. ibid.).

C. CCXCI. l) Ibid. c. 125. (c. 7. ibid.). — Burch. II. 127. (R.), Decr. VI. 201. (B.), XIII. 21., Pan. III. 161. (D. VI.), C. XIV. qu. 4. c. 9. (P.):

C. CCLXXXVII. 526) *clades:* add. orig. 527) *ut:* add. ibid.

C. CCLXXXVIII. 528) *modium vini, frumenti et iterum super aliud exegeris:* orig.; alii Codd. pro *vini* exhib. *unum.*

vel vinum, verbi gratia, de duobus denariis comparat modium unum et servat usque dum venundetur [529]) denariis quatuor aut sex aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus.

## C. CCXCII. *De confessione et poenitentia* [m]). 288

Presbyteri admonere debent plebem sibi subiectam, ut omnis, qui sentit se mortifero peccati vulnere sauciatum, feria quarta ante quadragesimam cum omni festinatione recurrat ad vivificantem [530]) matrem ecclesiam, ubi quod male commisit cum omni humilitate et contritione cordis simpliciter confessus suscipiat remedia poenitentiae secundum modum canonicis auctoritatibus praefixum, tradaturque Satanae in interitu [531]) carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini. Non solum autem ille, qui mortale aliquid commisit, sed etiam omnis homo, quicunque se recognoscit, immaculatam Christi tunicam, quam in baptismo accepit, peccati macula polluisse, ad proprium sacerdotem festinet venire et cum puritate [533]) mentis omnes transgressiones omniaque peccata, quibus Dei offensam se incurrisse meminit, humiliter confiteatur, et quicquid ei a sacerdote fuerit iniunctum, ac si ab ipso omnipotentis Dei ore esset prolatum [534]), ita diligenter intendat et cautissime observet.

## C. CCXCIII. *De poenitentibus.* 289

### Ex Concilio Africano [n]).

Cuiuscunque poenitentis publicum et vulgatum [535])

---

*Ex decretis Iulii P. usurariis missis*, *cap.* 125. (auctor falsae inscriptionis est Burch.).

C. CCXCII. m) Caput incertum. — Burch. XIX. 2. (R.): *Ex dictis Augustini.*

C. CCXCIII. n) Dionys. Cod. Can. eccl. Afric. antiq., c. 43. i. f. (Conc. Carthag. III. hab. a. 397. c. 32.). — Coll. Vat. c. 14. i. f. (fons), Halitg. III. 11. i. f., Dach. I. 19. i. f.: *Ex Conc. Carthag.* — Burch. XIX. 40. i. f. (R.).

C. CCXCI. 529) *venundari possit:* orig.

C. CCXCII. 530) *vivificatricem:* Burch. 531) *interitum:* Goth. 532) *tradaturque — Domini:* des. ap. Burch. 533) sic Trev. Goth. Guelph. Vienn. Burch.; *purificatione:* Helmst. Bal. 534) *perlatum:* Bal.

C. CCXCIII. 535) *vulgatissimum:* orig. Vat. Dach. Hal.

crimen est, quod universam ecclesiam commoverit, ante absidam manus ei imponatur.

290 C. CCXCIV. *De eadem re.*

Ex Concilio Agathensi[o]).

Poenitentes tempore, quo poenitentiam petunt, impositionem manuum et cilicium super capita a sacerdote, sicut ubicunque constitutum est, consequantur. Si autem comas non deposuerint aut vestimenta non mutaverint, abiiciantur.

291 C. CCXCV. *Item unde supra* [p]).

In capite quadragesimae omnes poenitentes, qui publicam suscipiunt aut susceperunt poenitentiam, ante fores ecclesiae se repraesentent episcopo civitatis sacco induti, nudis pedibus, vultibus in terram prostratis, reos se esse ipso habitu et vultu proclamantes, ubi adesse debent decani, id est, archipresbyteri parochiarum, cum testibus [536]), id est, presbyteris [537]) poenitentium, qui eorum conversationem diligenter inspicere debent. Et secundum modum culpae poenitentiam per praefixos gradus iniungat; post haec in ecclesiam eos introducat, et cum omni clero septem poenitentiae psalmos in terram prostratus cum lacrymis pro eorum absolutione decantet. Tunc [538]) surgens ab oratione, iuxta quod canones iubent, manus eis imponat, aquam benedictam superspargat [539]) cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum cooperiat et cum gemitu

C. CCXCIV. o) Hab. ann. 506., c. 15. — Coll. Dach. I. 10. (fons), Ans. ded. VII. 119. — Burch. XIX. 27. (R.), Decr. XV. 17. (B.), Dist. L. c. 63.

C. CCXCV. p) Canon 11. poenitentialis Theodori archiepiscopi Cantuar. (Petit. I. p. 21.). — Morinus (de Poenit. IV. 18. §. 20.) invenit eundem in antiquo Codice Remensi, qui librum continebat poenitentialem, fortasse ipsius Theodori, diu iam quaesitum, ac nondum editum. — Burch. XIX. 26. (R.), Decr. XV. 45. (B.), Dist. L. c. 64. (D.): *Ex Concil. Agath.;* cuius falsae inscriptionis apud Burchardum etc. fons illud est Reginonis: *Item unde supra.*

C. CCXCV. 536) *cum test.:* des. Guelph. Vienn. 537) *presbyteri:* ibid. Bal. 538) *Tum consurgens:* Bal. (Cod. Paris. nostram lectionem exhib.). 539) *super eos spargat:* Hild. Bal.

et crebris suspiriis eis denunciet, quod, sicut Adam proiectus est de paradiso, ita et ipsi ab ecclesia ob peccata [540]) eiiciantur. Post haec iubeat ministris, ut eos extra ianuas ecclesiae expellant, clerus vero prosequatur [541]) cum responsorio †): *In sudore vultus tui vesceris pane tuo etc.*, ut videntes sanctam ecclesiam facinoribus suis tremefactam atque commotam non parvipendant poenitentiam. In sacra autem Domini coena rursus ecclesiae liminibus repraesententur [542]).

### C. CCXCVI. *De danda poenitentia.* 292

### Ex Concilio Moguntiacensi q).

Modus tempusque poenitentiae peccata sua confitentibus aut per antiquorum canonum institutionem, aut per sanctarum scripturarum auctoritatem, aut per ecclesiasticam consuetudinem imponi debet a sacerdotibus. Nam qui pro peccatis gravibus leves quosdam et inusitatos imponunt poenitentiae modos, consuunt pulvillos, secundum propheticum sermonem, sub omni cubito manus, et faciunt cervicalia sub capite universae aetatis ad capiendas animas. Sed discretio servanda est inter poenitentes publice et*) absconse. Nam qui publice peccat, oportet, ut publica multetur poenitentia**), secundum ordinem canonum pro merito suo***) excommunicetur et reconcilietur.

### C. CCXCVII. *Qualiter suscipere debeant poenitentem episcopi vel presbyteri?* 293

### Ex Poenitentiali Romano r).

Quotiescunque Christiani*) ad poenitentiam accedunt,

---

C. CCXCVI. q) Hab. ann. 847. sub Rabano, c. 31. — Burch. XIX. 28. (R.), Decr. XV. 46. (B.).

C. CCXCVII. r) Halitg. L. VI. praef. — Burch. XIX. 33., Decr. XV.

†) *Genes. c. 3. v. 19.*

C. CCXCV. 540) *pro peccatis abiic.:* Vienn. Coll. citt.; *ob peccatis:* Goth. Guelph. 541) *eos:* add. Hild. Bal. 542) *repraesentent:* Vienn. Helmst. Paris.; *se praesentent:* Hild.Bal.

C. CCXCVI. *) *et qui absconse poenitere debeant:* orig. **) *et*: add. orig. ***) *et communic.:* ibid.

C. CCXCVII. *) *Christianis, qui ad p.:* Merseb.

ieiunia iniungimus et nos communicare cum eis debemus in ieiunio unam aut duas hebdomadas vel quantum possumus, ut non dicatur nobis, quod sacerdotibus Iudaeorum a Domino dicitur †): *Vae vobis legisperitis, qui adgravatis homines, imponentes super humeros eorum onera gravia et importabilia, ipsi autem uno digito vestro non tangitis sarcinas ipsas.*

294 C. CCXCVIII. *Item post pauca* [s]).

Quotiescunque dederis consilium peccanti, simulque da illi poenitentiam statim *), quantum debeat ieiunare aut eleemosynis redimere peccata sua, ne forte obliviscaris, quae tibi iam dixit [543]), et iterum tibi necesse sit interrogare, et forsitan erubescet [544]) iterum confiteri, et invenietur [544]) amplius iam iudicari.

295 C. CCXCIX. *Ut nullus alius praesumat poenitentiam dare vel confessionem audire, nisi episcopus aut presbyter.*

Ex eodem [t]).

Sicut enim sacrificium offerre non debent, nisi episcopi et presbyteri, quibus claves regni coelestis traditae sunt, sic nec poenitentium iudicia alii usurpare debent.

[In Cod. Helmst. h. l. dimidiae spatium paginae vacuum est relictum, cui alia recentior manus exhortationis et absolutionis in confessione formulam quandam inscripsit, quam autem, quum ad Reginonem non pertineat, in contextum non esse recipiendam, quod Hild. et Bal. fecerunt, censuimus. Verba haec sunt:]

„Exsurge, qui dormis, exsurge a mortuis et illumi-

51. (B.): *Ex Poenit. Theodori.* Fere eadem insunt in Poenitentiali Merseburg. I. Cf. *Beiträge* pag. 87. seqq. — Poenitentiale Lipsiense (*Beitr.* pag. 28.) quadrat cum Halitgar.

C. CCXCVIII. s) Halitg., Merseb. ibid. — Burch., Decr. ibid.

C. CCXCIX. t) Halitg., Merseb. ibid. — Burch. XIX. 153. (R.), Decr. XV, 161. (B.): *Ex poenit. Romano.*

†) *Luc. c. 11. v. 46.*

C. CCXCVIII. *) *simul da illi poenitentiam et dic ei statim, quantum:* Merseb. 543) *dixi:* Vienn. Helmst. 544) *erubescat, inveniatur:* Hild. Bal.; *confit.; et iterum amplius iud.:* Halitg.; *et initietur iam amplius iudicare:* Merseb.

nabit te Christus. Frater N., Dominus Iesus Christus, qui dixit discipulis suis †): *Quaecunque ligaveritis super terram, erunt ligata et in coelo, et quaecunque solveritis super terram, erunt soluta et in coelo*, de quorum numero, quamvis indignos nos esse voluit, ipse te absolvat per ministerium nostrum ab omnibus peccatis tuis, quaecunque cogitatione, locutione atque operatione negligenter egisti, ut a nexibus peccatorum absolutum perducere dignetur ad regna coelorum. Amen. Nos etiam, frater carissime, secundum auctoritatem nobis indignis a Deo commissam absolvimus te ab omni vinculo delictorum, ut merearis habere vitam aeternam per eum, qui vivit etc."

### C. CCC. *Ut diaconus, si necesse sit, suscipiat confessionem.* 296

### Item [u]).

Si autem necessitas evenerit et presbyter non fuerit praesens, diaconus suscipiat poenitentem ad sanctam*) communionem.

### C. CCCI. *Item de suscipienda confessione.* 297

### Ex Theodori archiepiscopi vel Bedae presbyteri Poenitentiali [v]).

Episcopi vel presbyteri, quando fidelium recipiunt confessiones, humiliare se debent, et cum tristitiae**) gemitu lacrymisque orare, non solum pro suis delictis, sed etiam pro fratris casu. Ait enim Apostolus***) ††): *Quis infirmatur et ego non infirmor?*

---

C. CCC. u) Halitg. Lib. VI. praef. — Burch. XIX. 154. (R.), Decr. XV. 162. (B.): *Ex eodem (Poen. Roman.).*
C. CCCI. v) Halitg. ib. — Burch. XIX. 2. (R.).

†) *Matth. c.* 18. *v.* 18.
††) 2. *Cor. c.* 11. *v.* 29.

C. CCC. *) sic et Merseb. *satisfactionem vel s. c.:* add. Hal.
C. CCCI. **) *tristitia et gemitu:* Merseb. ***) *sed etiam pro Christianorum omnium, ut possint dicere* (Merseb.: *cum beato Paulo*)*: Quis:* Hal. Merseb.

298 C. CCCII. *De eadem re.*

Item unde supra[w]).

Cum ergo venerit aliquis ad sacerdotem confiteri peccata sua, mandet ei sacerdos, ut exspectet modicum, donec intret ecclesiam aut cubiculum suum ad orationem. Si autem non est locus aptus ad hoc, dicat hanc orationem in corde suo:

299 C. CCCIII. *Oratio*[x]).

Domine Deus omnipotens, propitius esto mihi peccatori, ut condigne tibi possim gratias agere, qui me indignum propter tuam misericordiam ministrum fecisti officii sacerdotalis, et me exiguum humilemque mediatorem *) constituisti ad orandum et intercedendum ad Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum pro peccantibus et ad poenitentiam revertentibus. Ideoque, dominator Domine, qui omnes homines vis salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, qui non vis mortem peccatorum, sed, ut convertantur et vivant, suscipe orationem meam, quam fundo ante conspectum clementiae tuae**) pro famulis et famulabus tuis, qui ad poenitentiam venerunt***), ut des illis spiritum compunctionis, ut resipiscant a diaboli laqueis, a quo adstricti tenentur, et ad te per condignam satisfactionem revertantur per eundem [545]).

Videns [545a]) autem ille, qui ad poenitentiam venit, sacerdotem tristem et lacrymantem pro suis facinoribus, magis ipse timore Dei perculsus amplius tristatur et exhorrescit [546]) peccata sua.

---

C. CCCII. w) Halitg. ib. — Burch. ibid. (R.).
C. CCCIII. x) Halitg. ib. — Burch. XIX. 3. (R.).

C. CCCIII. *) sic et Merseb.; *peccatorem:* Halitg. **) *ante clementiam tuam:* Halitg. ***) *ut des — revertantur*: des. in Halitg. et Merseb.

545) *Dominum:* add. Bal. 545a) Quae sequuntur, desunt ap. Burch. 546) *tristetur et exhorrescat:* Hild. Bal.

## C. CCCIV. *Ordo ad dandam poenitentiam.* 300

Unde supra [y]).

Post haec interroga eum blande leniterque: Credis in Deum Patrem et Filium et Spiritum sanctum? Resp.: Credo. Credis, quod istae tres personae unus Deus sit? Resp.: Credo. Credis, quod in ipsa ista carne, in qua nunc es, in ipsa resurgere habes in die iudicii et recipere sive bonum, sive malum, quod gessisti? Credo. Vis dimittere illis peccata, qui in te peccaverunt, Domine dicente †): *Si non remiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra?* Resp.: Volo. Et require ab eo diligenter, si est incestuosus aut suo seniori infidelis; et si non vult incestum dimittere, non potes ei dare poenitentiam; si autem vult, potes. His praemissis, poenitentem alloqui affectuose debet sacerdos his verbis:

Frater, noli erubescere peccata tua confiteri, nam et ego peccator sum et fortassis peiora, quam tu feceris, habeo facta. Haec idcirco admoneo, quia usitatum humani generis vitium est, ut beatus Gregorius ††) dicit, et labendo peccatum dimittere, et commissum non confitendo prodere, sed negando defendere atque convictum defendendo multiplicare. Et qui, diabolo instigante, nefanda crimina non metuimus perpetrare, haec eadem, quae opere absque ulla verecundia perfecimus, eodem suadente saltem verbis confiteri erubescimus et coram homine, qui similis nostri est, eisdem fortasse passionibus subiacet, confundimur dicere, quod coram Deo, qui omnia inspicit, absque ullo mentis [547]) rubore committere non formidavimus, detestanda actione [548]). Sponte ergo fateamur, quod nullo

---

C. CCCIV. y) Similia leguntur in Poenit. Lips. — Burch. XIX. 4., inscriptio capitis 5., c. 6. et c. 7. (R.).

†) *Matth. c. 6. v. 14.*
††) *Lib. 22. Moral. c. 9.*

C. CCCIV. 547) *vultis:* Vienn. 548) *detestatione testanda:* Guelph. Paris.; *detestatione detestanda:* Vienn. Burch.; *detestante actione:* Goth. — Helmst. Bal. nostram exh. lect.

cogente commisimus. Si vero nos nostra scelera celaverimus, ab illo manifestabuntur, qui accusator est peccati et incentor. Ipse enim hic nos, ut peccemus, instigat, ipse, cum peccaverimus, accusat. Si ergo in hac vita praeveniamus eum et ipsi nostri sceleris accusatores simus, nequitias diaboli inimici nostri et accusatoris effugiemus, Paulo teste, qui ait †): *Si nosmet ipsos iudicaremus, non utique diiudicaremur.*

Videns *) autem eum sacerdos verecundantem rursum prosequatur: Fortassis, carissime, non omnia, quae gessisti, ad memoriam modo veniunt. Ego te interrogabo. Tu cave, ne diabolo suadente aliquid celare praesumas. Et tunc eum ita per ordinem interroget **):

Fecisti homicidium, aut casu, aut volens aut nolens, aut pro vindicta parentum, aut iubente domino tuo, aut in publico bello? Si voluntarie fecisti, septem annos poenitere debes; si nolens aut casu, quinque annos; si pro vindicta parentis, unum annum, et sequentibus duobus annis tres quadragesimas et legitimas ferias. Si in bello, quadraginta dies. Si liber es, et iubente domino servum innocentem occidisti, annum unum, in duobus aliis annis tres quadragesimas et legitimas ferias; si servus dignus est morte, quadraginta dies poeniteas.

Int. Fecisti truncationes manuum aut pedum, aut oculos hominis eruisti, aut vulnerasti hominem? Pro truncatione annum unum poenitere debes, pro vulnere quadraginta dies.

Int. Fecisti periurium aut pro cupiditate seculi aut coactus et pro necessitate aut pro vita tua [549]) aut parentum,

---

†) *1. Cor. c.* 11. *v.* 31.

C. CCCIV. *) *Videns — interroget:* apud Burch. sunt inscriptio capitis 5. **) Quae iam apud Burch. sequuntur, ex alio desumta sunt libro Poenitentiali, quum multo ibi fusius atque accuratius res tractetur, quam hic apud Regin. 549) sic omnes Codd.; Hild. contra perspicua Codicis Helmst. signa legit: *pervicacia*, quod et Bal. recepit.

aut nesciens, aut alios in periurium induxisti scienter? Si sciens periurasti et alios in periurium induxisti, septem annos poenitere debes; si nesciens, annum unum et tres quadragesimas; si pro vita vel membris, tres quadragesimas.

Int. Fecisti furtum aut sacrilegium aut infracturas vel rapinam, tollens, quod tuum non erat? Si domus per noctem infregisti et quadrupedia tulisti vel fortiorem causam valentem solidos quadraginta, annum unum poenitere debes et pretium reddere. Si non reddis, annos duos poeniteas; si maius [550]) fecisti furtum, tres annos poeniteas, et si saepe fecisti, annos septem; pro modico furto viginti dies; pueri decem dies. Si de ecclesia aliquid tulisti, quod est sacrilegium, septem annos poeniteas.

Int. Fecisti adulterium cum uxore aliena vel desponsata, vel virginem corrupisti, sive cum sanctimoniali vel Deo dicata, vel cum absoluta femina, id est, sine marito, vel cum ancilla propria? Si moechatus es cum alterius uxore aut cum sanctimoniali, septem annos poeniteas; si cum virgine, duos annos; si cum vidua, annum unum. Si tuam uxorem dimisisti et alteri te [551]) iunxisti, septem annos poeniteas. Si cum vacante femina, tres quadragesimas et legitimas ferias; si cum propria ancilla, quadraginta dies poenitere debes.

Int. Nupsisti cum uxore tua vel ancilla retro? Si fecisti, quadraginta dies debes poenitere.

Int. Nupsisti cum uxore tua quadraginta dies ante partum? Quadraginta dies deb. p.

Int. Nupsisti dominica die? Tres dies p. d.

Int. Fecisti raptum de virgine vel vidua? Tres annos p. d.

Int. Fecisti fornicationem, sicut Sodomitae fecerunt, aut cum pecoribus, aut cum matre vel sorore? Quindecim annos vel duodecim p. d.

Int. Coïnquinatus es cum uxore tua in quadrage-

---

550) *maiorem:* Bal. 551) *et alterius i.:* ibid.

sima? Si hoc fecisti, annum unum poenitere debes aut viginti sex solidos in eleemosynam dare. Si per ebrietatem evenit, quadraginta dies poeniteas. Hoc etiam caveri debet, ut viginti dies ante natalem Domini et Pentecosten et omni die dominica et post conceptionem manifestatam vir contineat se ab uxore.

Int. Dixisti falsum testimonium pro cupiditate aut nesciens? Annum unum p. d.

Int. Truncasti ullum membrum? Tres annos poenitere debes.

Int. Odisti fratrem tuum? Quamdiu in ipso odio fuisti, tamdiu poeniteas in pane et aqua.

Int. Detraxisti ullum hominem ad seniorem vel ad pares propter invidiam? Quadraginta dies poeniteas.

Int. Violasti in furto sepulcrum? Annos duos p. d.

Int. Contigit tibi ulla negligentia de sacrificio Domini? Centum vel [552]) quadraginta dies poeniteas.

Int. Consuluisti magos aut haruspices, aut incantatores aut sortilegos vel vota, quae ad arbores vel ad fontes faciunt, vovisti, aut sortem misisti? Annos tres p. d.

Int. Tulisti aliquid pecuniae de ecclesia? Aut in quadruplum restitues, aut tres annos poeniteas.

Int. Perdidisti aliquem per iniustam delaturam? Tres annos poeniteas.

Int. Duxisti aut transmisisti ullum hominem Christianum [553]) in captivitatem? Tres annos p.

Int. Cremasti domum aut aream alterius? Tres annos poeniteas.

Int. Fecisti vomitum per ebrietatem? Quindecim dies poeniteas; si per contentionem, quadraginta; si nesciens, septem [554]) dies p.

Int. Manducasti morticina aut dilacerata a bestiis? Quadraginta dies p. d. Similiter si sanguinem comederis.

---

552) sic omnes Codd.; ap. *quem in c.*: Bal. 553) *transm. ali-* Bal. 554) *sex:* Bal. deest.

Int. Bibisti de liquore, in quo mus vel mustela mortua inventa fuerit? Quadraginta dies p. d.

Int. Contemsisti indictum ieiunium in ecclesia vel decreta seniorum? Quadraginta dies p. d. Si in quadragesima, unum annum.

Int. Oppressisti infantem tuum? Quinque annos aut tres poenitere debes.

Int. Bibisti ullum maleficium, id est, herbas vel alias causas, ut non potuisses infantes habere, aut alii donasti[555]), aut hominem per mortiferam potionem occidere voluisti, aut alium hoc facere docuisti, aut de semine viri gustasti, ut in amorem tuum exardesceret, aut chrisma bibisti, aut ad subvertendum Dei iudicium alteri dedisti? Si quid huiusmodi operatus es, septem annos poeniteas.

Int. Necasti voluntarie partus tuos? Decem annos p.; et, si filium vel filiam occidisti, duodecim. Et, si in utero ante conceptum, unum annum; si post conceptum, tres annos. Si tuus infans per tuam negligentiam sine baptismo mortuus est, annum unum poeniteas, et nunquam sis sine aliqua poenitentia.

Int. Fecisti aliquid, quod pagani faciunt in Kalendis Ianuariis in cervulo vel vegula[556])? Tres annos poeniteas.

Int. Fecisti aliquid vel dixisti in quocunque opere, vel[557]) inchoasti per sortilegam vel magicam artem? Annum unum p. d.

Int. Misisti filium tuum super tectum aut super fornacem pro aliqua sanitate, vel incendisti grana, ubi mortuus homo fuerat? Quinque annos p. d.

Int. Cantasti carmina diabolica super mortuos? Viginti dies poeniteas.

Int. Iunxisti te mulieri tempore menstruo? Quadraginta dies poeniteas.

Int. Nupsisti cum uxore tua, postquam peperit, antequam quadraginta dies adimplerentur? Triginta dies p. d.

---

C. CCCIV. 555) sic et Helmst., sed Hild. immutavit: *et alias domasti.* 556) *in ceritulla vel vinegula:* Morin. ex Cod. Paris. 557) *quod:* Helmst. Guelph. Vienn. Bal.

Int. Communicasti de sacrificio Domini et non prius te abstinuisti ab uxoris amplexu quinque aut septem diebus? Dies viginti p. d.

Int. Operatus es aliquid in dominica die? Septem dies poeniteas.

Int. Detraxisti vel maledixisti aliquem causa invidiae? Septem dies p. d.

Nunc[z]) tibi octo principalia vitia explicabo, id est, superbiam, vanam gloriam, invidiam, iram, tristitiam, avaritiam, ventris ingluviem, luxuriam. Ex quibus si te culpabilem recognoscis, poenitentiam suscipe. Nam ex his omnia vitia oriuntur. *De superbia, quae initium omnis peccati est, et regina omnium malorum, nascitur omnis inobedientia, omnis praesumtio et omnis pertinacia, contentiones, haereses, arrogantia[558]).* De inani[559]) gloria oriuntur inobedientia, iactantia, hypocrisis, contentiones, pertinaciae, discordiae, novitatum praesumtiones. De invidia nascitur odium, susurratio, detractio, exultatio in adversis proximi, afflictio in prosperis. De ira oriuntur rixae, tumor mentis, contumeliae, clamor, indignatio, blasphemiae. De tristitia nascitur malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor, vagatio mentis. De avaritia oriuntur proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo et contra misericordiam obduratio. De ventris ingluvie propagatur inepta laetitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo sensus. De luxuria generatur coecitas mentis, inconsideratio, inconstantia, praecipitatio, amor sui, odium Dei, affectus praesentis seculi, horror et desperatio futuri.

### Allocutio[a]).

Ergo si superbus usque modo fuisti, humilia te ipsum in conspectu Dei. Si vanam gloriam dilexisti, cogita, ne

---

C. CCCIV. z) Burch. XIX. 6.: *Ex Poenit. Theodori.*
a) Burch. XIX. 7.

558) Quae asteriscis inclusa sunt, in omnibus desunt Codd., sed ex Burchardo aliisque sunt restituta. 559) *vana:* Helmst. Bal.

propter transitoriam laudem aeternam perdas mercedem. Si invidiae te rubigo huc usque consumsit, quod est peccatum maximum et super omnia detestabile, quia diabolo comparatur invidus, qui primo homini invidit datum, quod ipse per suam culpam perdiderat, age poenitentiam et profectum aliorum, tuum deputa. Si tristitia te superat, patientiam et longanimitatem meditare. Si avaritiae morbus gravat, cogita, quia radix est omnium malorum et idololatriae comparatur, et ideo largum te esse oportet. Si ira te vexat, quae in stultorum sinu requiescit, dominari debes animo tuo et hanc a te mentis tranquillitate fuga. Si ventris ingluvies ad vorandum pertrahit, sobrietatem sectare; si luxuriae, castitatem vove [560]).

Tunc prosternat se poenitens in terram et cum lacrymis dicat: Et in his et in aliis vitiis quibuscunque humana fragilitas contra Deum et creatorem suum aut cogitando, aut loquendo, aut operando, aut delectando, aut concupiscendo peccare potest, in omnibus me peccasse, et reum in conspectu Dei super omnes homines esse cognosco et confiteor. Humiliter etiam te, sacerdos Dei, exposco, ut intercedas pro me et pro peccatis meis ad Dominum et creatorem nostrum, quatenus de his et de omnibus sceleribus meis veniam et indulgentiam consequi merear.

Deinde sacerdos surgat et psalmum trigesimum septimum decantet; deinde quinquagesimum, et quinquagesimum tertium, et prosternat se in terra, et dicat hanc orationem:

### O r a t i o.

Precor, Domine, clementiam et misericordiam tuam et maiestatem [561]), ut famulo tuo N. [562]) peccata et facinora sua confitenti veniam relaxare digneris et praeteri torum culpas indulgeas. Qui humeris tuis ovem perditam

560) *fove:* Vienn. 561) *clementiae et misericordiae tuae maiestatem:* Goth. Vienn. Burch. Halitg. (lib.VI.). — Bal. quoque hanc exhibet lectionem, at in Cod. Paris. legitur, ut in textu nostro. 562) Hild. legit.: *nunc* pro N. (n), quod et Bal. recepit.

reduxisti, qui publicani precibus et confessione placatus es, tu etiam, Domine, huic famulo tuo placatus esse digneris. Tu huius precibus benignus adspira, ut in confessione placabilis permaneat. Fletus eius et petitio perpetuam clementiam tuam celeriter exoret, sanctisque altaribus restitutus rursum aeternae ac coelesti gloriae mancipetur, qui vivis etc.

Deinde adiungatur:

Deus omnipotens sit adiutor et protector tuus, et praestet indulgentiam de peccatis tuis praeteritis, praesentibus et futuris[*]).

Haec[b]) de remediis peccatorum ex priorum monumentis excerpsimus, in quibus tamen omnibus, non auctoritate censoris, sed consilio potius compatientis usi sumus, sollerter admonentes doctum quemque sacerdotem Christi, ut in universis, quae hic adnotata repererit, sexum, aetatem, conditionem, statum, personam, intellectum, ipsum quoque cor poenitentis curiose discernat, et secundum haec, ut sibi visum fuerit, singula quaeque diiudicet. Quibusdam namque a cibis abstinendo, aliis eleemosynas dando, nonnullis genua flectendo saepius, sive in cruce stando, aut aliud aliquid huiusmodi, quod ad purgationem peccatorum pertineat, faciendo, universa necesse est errata corrigere, quae universa in examine discreti debent pendere iudicis.

### 301 C. CCCV. *De poenitentibus.*

Ex Concilio Africano[c]).

Poenitentibus secundum differentiam peccatorum, episcopi arbitrio, poenitentiae tempora decernantur.

---

b) Praef. fragmenti De remediis peccatorum, quod vulgo Bedae adscribitur, sed Egberto tribuendum videtur. Cf. Ballerin. ap. Galland. T. 1. p. 603. 605.

C. CCCV. c) Canon. African. ap. Dionys. c. 43. init. (10.); (Conc. Carthag. III. (hab. a. 397.) c. 31.). — Coll. Vat. c. 18., Dach. I. 11. (fons), Halitg. III. 1. 11. — Burch. XIX. 40. (R.), Decr. XV. 3. (B.), Ans. XI. 21., C. XXVI. qu. 7. c. 5.

*) Quae sequuntur, desunt ap. Burch.

### C. CCCVI. *De eadem re.* 302

Ex eodem[d]).

Ut sacerdos poenitentiam imploranti absque personae acceptione poenitentiae leges iniungat.

### C. CCCVII. *Ut poenitentia coniugatis ex consensu detur.* 303

Ex Concilio Arelatensi[e]).

Poenitentiam coniugatis nonnisi ex consensu dandam.

### C. CCCVIII. *De eadem re.* 304

Ex Concilio Laodicensi[f]).

De his, qui diversis facinoribus peccaverunt, et perseverantes in oratione confessionis et poenitentiae conversionem a malis habuere perfectam, pro qualitate delicti talibus poenitentiae tempus impensum, propter clementiam et bonitatem Dei communio concedatur.

### C. CCCIX. *De eadem re.* 305

Ex Poenitentiali[g]).

Unumquemque hominem accedentem ad poenitentiam si videris acriter et assidue stare in poenitentia, statim remissius age adversus eum[563]).

---

C. CCCVI. d) Concil. Carthag. IV. c. 74. (Statut. eccl. ant. c. 18.). — Coll. Vat. c. 21., Halitg. III. 1., Dach. I. 12. (fons). — Burch. XIX. 35. (R.), Decr. XV. 6. (B.), C. XXVI. qu. 7. c. 6.

C. CCCVII. e) Conc. Arelat. II. hab. circa ann. 460., c. 22. — Coll. Vat. c. 27., Dach. I. 13. (fons). — Burch. XIX. 111. (R.), Decr. XV. 14. 123. (B.); VIII. 280., C. XXXIII. qu. 4. c. 13.

C. CCCVIII. f) Hab. inter ann. 347 et 381., c. 2. — Coll. Vat. c. 20., Dach. I. 15. (fons), Halitg. III. 15., Ans. ded. VII. 84. — Burch. XIX. 41., Decr. XV. 56. (B.).

C. CCCIX. g) Halitg. in praefat. ad libr. VI. — Burch. XIX. 32.: *Ex Poen. Rom.*, (in fine multa adduntur), Decr. XV. 50. (B.).

C. CCCIX. 563) *poenitentia, suscipe eum:* Hal. (rell. desunt).

306 C. CCCX. *De eadem re.*

Ex Concilio Africano h).

Ut presbyter non interrogato [564]) episcopo non reconciliet poenitentem, nisi absentia episcopi, necessitate compellente [565]).

307 C. CCCXI. *De eadem re.*

Ex epistola Innocentii Papae i).

De poenitentibus autem, qui sive ex gravioribus commissis, sive ex levioribus poenitentiam gerunt, si nulla interveniat aegritudo, quinta feria ante Pascha eis remittendum Romanae ecclesiae consuetudo demonstrat. Sane si quis in aegritudinem inciderit atque usque ad desperationem devenerit, ei est ante tempus Paschae relaxandum.

308 C. CCCXII. *De eadem re.*

Ex Concilio Carthaginensi k).

Ut negligentes [566]) poenitentes tardius recipiantur.

309 C. CCCXIII. *Ut nullus presbyter alterius civitatis vel parochiae poenitentem suscipiat vel sine episcopi vel presbyteri testimonio reconciliet.*

Ex epistola Felicis Papae l).

Curandum summopere est [567]), ne quis fratrum coë-

C. CCCX. h) Can. Afric. ap. Dionys. c. 43. (10.) med. (Conc. Carth. III. hab. a. 397. c. 32.). — Coll. Vat. c. 9. 14., Dach. I. 19. (fons), Halitg. III. 11. — Burch. XIX. 40. 70. (R.), Decr. XV. 84. (B.).

C. CCCXI. i) Innoc. epist. ad Decentium episcopum Eugubin. (scr. a. 416.) c. 7. excerpt. — Coll. Vat. c. 13., Dach. I. 21. (fons), Halitg. III. 13., Raban. Poenit. ad Herib. c. 13., Ans. ded. VII. 87. — Burch. XVIII. 18. (R.), Decr. XV. 40. (B.), Dist. III. De cons. c. 17. (Collect. citt. omnes integra exhibent verba Papae.).

C. CCCXII. k) Conc. Carth. IV. c. 75. (Statut. c. 19.). — Coll. Vat. c. 22., Dach. I. 16. (fons), Ans. ded. VII. 89. — Burch. XIX. 38. (R.), Decr. XV. 7. (B.), C. XXVI. qu. 7. c. 6.

C. CCCXIII. l) Felicis III. epist. ad univ. epp. per Siciliam constitutos

C. CCCX. 564) sic Hispan. et Burch. — *inconsulto*: rell. Coll. 565) *cogente:* Coll. citt.; Halitg. ut Regino.

C. CCCXII. 566) sic et Coll. Vat.; *negligentiores:* orig. et rell. Coll.

C. CCCXIII. 567) *Curandum vero maxime et omni cautela est providendum, ne:* orig. Coll. citt.

piscoporumque nostrorum aut etiam presbyterorum in alterius civitate vel dioecesi poenitentem, vel sub manu positum sacerdotis aut eum, qui reconciliatum se dixerit, sine episcopi vel presbyteri testimonio et literis, ad cuius pertinet parochiam, suscipiat.

C. CCCXIV. *Ut presbyteris et diaconis manus tanquam poenitentibus non imponatur.* 310

Ex Concilio Carthaginensi m).

Confirmatum est, ut, si quando presbyteri vel diaconi in aliqua graviori culpa convicti fuerint, qua eos a ministerio necesse sit removeri, non eis manus tamquam poenitentibus vel tamquam fidelibus laicis imponatur.

C. CCCXV. *Ut poenitentia clericis non negetur.* 311

Ex Concilio Arelatensi n).

Poenitentiam desiderantibus clericis non negandam.

C. CCCXVI. *Qualiter presbyteri et diaconi agant poenitentiam.* 312

Ex epistola Leonis Papae o).

Alienum est a consuetudine ecclesiastica, ut, qui in presbyterali honore aut diaconii gradu fuerint consecrati, hi pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant poenitendi, secundum quod scriptum est †): *Sacerdos, si peccaverit, quis orabit pro illo?* Unde huiusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei privata est ex-

---

(scr. a. 488.) c. 6. — Coll. Dach. I. 22. (fons). — Burch. XIX. 62., Decr. XV. 76. (B.).

C. CCCXIV. m) Ap. Dionys. c. 27. (Conc. Carthag. V. hab. a. 401., c. 11.). — Coll. Dach. I. 25. (fons), III. 31., Raban. l. I. c. 10., Ans. ded. II. 151. — Burch. XIX. 72. (R.), Decr. XV. 85. (B.), Dist. L. c. 65.

C. CCCXV. n) Immo ex Concil. Arausic. I. hab. ann. 441. c. 4. — Coll. Dach. I. 26. (fons): *Ex Conc Araus.*, sed Cod. Darmst. c. d. e.: *Ex Conc. Arelat. (Beitr.* pag. 9. not. *) ); Ans. ded. V. 119. — Decr. XV. 16.

C. CCCXVI. o) Leonis epist. ad Rusticum Narbon. episc. (scr. a. 458. vel 459.) c. 2. (ap. Dionys. c. 16.). — Coll. Dach. I. 27. (fons), Ans. ded. IV. 105. — Burch. XIX. 71. (R.), Decr. VI. 67. (B.), Ans. XI. 28., Dist. L. c. 67.

†) 1 *Reg. c.* 2. *v.* 40.

petenda secessio, ubi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa.

313 C. CCCXVII. *Ut a negotiatione poenitentes abstineant.*

Ex epistola Leonis Papae p).

Qualitas lucri negotiantem [568]) aut excusat, aut arguit, quia est honestus quaestus et turpis. Verumtamen poenitenti utilius est, dispendia pati, quam periculis negotiationis adstringi, quia difficile est, inter ementis vendentisque commercium non intervenire peccatum.

314 C. CCCXVIII. *Ut post depositum cingulum nullus poenitens ad militiam secularem redeat.*

Ex eadem q).

Contrarium est omnino ecclesiasticis regulis, post poenitentiae actionem redire ad militiam secularem, cum Apostolus dicat†): *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.* Unde non est liber a laqueis diaboli, qui se militiae mundanae voluerit implicare.

315 C. CCCXIX. *De eadem re.*

Ex Concilio Arelatensi r).

Hi, qui post sanctae religionis propositum [569]) apostatant et ad seculum redeunt, et postmodum poenitentiae non requirunt remedia, communionem non accipiant sine

---

C. CCCXVII. p) Eiusd. epistol. c. 9. (ap. Dionys. c. 23.). — Coll. Vat. c. 28. (fons), Dach. I. 4., Halitg. III. 6., Rab. I. I. c. 15., Ans. ded. VII. 98. — Burch. XIX. 95. II. 128., Decr. VI. 202. (B. II.), XIII. 25., XV. 107. (B. XIX.). Ans. XI. 139., Dist. V. De poen. c. 2.

C. CCCXVIII. q) Eiusd. ep. c. 10. (ap. Dion. c. 24.). — Coll. Vat. c. 29. (fons), Dach. I. 5., Halitg. III. 7., Rab. c. 16., Ans. ded. VII. 99. — Burch. XIX. 66., Decr. XV. 80. (B.), Ans. XI. 147., Dist. V. De poen. c. 3.

C. CCCXIX. r) Conc. Arelat. II. hab. non serius a. 460., c. 25. — Coll. Vat. c. 31. (fons), Dach. I. 7. — Burch. XIX. 67., Decr. XV. 81. (B.). 15., Dist. L. c. 69.

†) 2 *Tim. c.* 2. *v.* 4.

C. CCCXVII. 568) *negotiandi:* Bal.; *Qualitas negotiationis:* Helmst.

C. CCCXIX. 569) *sanctam religionis professionem:* orig. Vat. Dach. Decr. 15. Grat.

poenitentia, quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti.

### C. CCCXX. *De eadem re.* 316

Item ex eodem[s]).

Quicunque habitum secularem praesumserit, ab ecclesia expellatur.

### C. CCCXXI. *De eadem re.* 317

Ex Concilio Toletano[t]).

De his, qui acta poenitentia ad pristina redeunt peccata[570]), antiquorum patrum decernunt concilia, ut, qui acta poenitentia tanquam canes ac sues ad vomitus pristinos et volutabra redeunt, quoadusque ad remedia poenitentiae recurrant, et ad omissum ordinem revertantur, excommunicati et anathemate condemnati habeantur.

### C. CCCXXII. *De eadem re.* 318

Ex dictis Gregorii[u]).

Qui se inlicita meminit commisisse, a licitis etiam studeat abstinere, quatenus per hoc conditori suo satisfaciat, ut, qui commisit prohibita, sibimet ipsi abscidere debeat etiam concessa.

---

C. CCCXX. s) Excerpt. ex fine eiusd. can. — Coll. citt. ibid.

C. CCCXXI. t) Inter canones Toletanos non est repertum; nam c. 7. Conc. Toletani VI., quem Baluzius citat, simile tantum aliquid continet. Caput nostrum excerptum est ex c. 5. epistolae Pap. Siricii ad Himerium episc. Tarracon. (scr. a. 385.). Verba integra Papae invenies in Coll. Dach. I. 9. et Hal. III. 8., atque excerptum nostrum verbotenus exhibet Coll. Vat. c. 30., sine fontis allegatione; hinc in Reginonis collectionem transiit, atque ita falsa illa inscriptio soli Reginoni tribuenda videtur. — Cf. Conc. Aurelian. I. c. 13. — Burch. XIX. 56.

C. CCCXXII. u) In Gregorii Opp. frustra quaesitum est. — Coll. Vat. c. 16. (fons): *Greg. pp. in quadam omelia.* — Burch. XIX. 65.

C. CCCXXI. 570) Haec Vat. inscriptionis loco posita verba: *De — peccata* in Coll. sunt.

319 C. CCCXXIII. *De eadem re.*

Ex epistola Leonis[v]).

Inlicitorum veniam postulantem oportet etiam a licitis abstinere, dicente Apostolo †): *Omnia licent, sed non omnia expediunt.*

320 C. CCCXXIV. *De eadem re.*

Ex Concilio Toletano[w]).

Ea, quae frequenti praevaricatione iterantur, frequenti et sententia condemnentur.

321 C. CCCXXV. *De eadem re.*

Ex dictis Basilii episcopi[x]).

Poenitentem ex corde ita oportet suscipi[572]), sicut Dominus ostendit, cum dicit ††): *Quia convocavit amicos suos et vicinos, dicens: congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quam perdideram.*

322 C. CCCXXVI. *Qualem affectum habere debet poenitens.*

Unde supra[y]).

Affectum illum in se recipiat poenitens, quem gerebat[573]) ille, qui dicebat †††): *Iniquitatem odio habui et abominatus sum.*

---

C. CCCXXIII. v) Epist. ad Rustic. Narbon. ep. (scr. a. 458 vel 459.) c. 8. (ap. Dion. c. 22.). — Coll. Vat. c. 17. (fons), Dach. I. 3., Halitg. III. 5., Rab. ad Her. c. 15., Ans. ded. VII. 97. — Ans. XI. 141., C. XI. qu. 1. c. 34., Dist. I. De poen. c. 65.

C. CCCXXIV. w) Excerpt. ex Conc. Tolet. VI. (hab. a. 638.) c. 7. — Coll. Vat. c. 23. (fons). — Dach. I. 24., integrum canonem exhibet. — Burch. XIX. 158. (R.), Decr. XV. 166. (B.).

C. CCCXXV. x) Regul. Basilii († a. 378.) c. 27. — Coll. Vat. c. 24. (fons). — Burch. XIX. 39. (R.), Decr. XV. 55. (B.), Coll. tr. p. II. 14. c. 11., C. XXVI. qu. 7. c. 9. (C. t. p.)

C. CCCXXVI. y) Eiusd. c. 18. — Coll. Vat. c. 25. (fons). — Coll. tr. p. II. 14. c. 12., C. XXVI. qu. 7. c. 10. (C. t. p.)

†) *1. Cor. c. 6. v. 12.*
††) *Luc. c. 15. v. 6.*
†††) *Psalm. 118. v. 163.*

C. CCCXXV. 572) *suscipere:* Hild. Bal.

C. CCCXXVI. 573) *regebat:* Helmst.

## C. CCCXXVII. *Qualis sit vera poenitentia.* 323

### Ex dictis Augustini[z]).

Poenitentiam certam non facit, nisi odium peccati et amor Dei. Quando sic poenites, ut tibi amarum sapiat in animo, quod antea dulce fuit in vita, et quod te prius oblectabatur[574]) in corpore, ipsum te cruciet in corde, tunc vere poenites.

## C. CCCXXVIII. *Quales esse debemus erga impoenitentes.* 324

### Unde supra[a]).

Erga eum, qui pro peccato non poenitet, tales esse debemus, sicut Dominus praecepit, dicens †): *Sit tibi sicut gentilis et publicanus;* et sicut Apostolus iubet ††): *Subtrahite*, inquit, *vos ab omni fratre ambulante inordinate, et non secundum traditionem, quam tradidimus vobis.*

## C. CCCXXIX. *De sacra communione.*

(*Ex canone Apostolorum:* Omnes fideles Christiani. *Item:* Omnes, qui ingrediuntur ecclesiam. Require supra cap. 195. et 196.: *De presbyteris, qui non communicant*[575])).

### Ex definitione ecclesiasticorum dogmatum[b]). 194 a

Quotidie eucharistiae communionem percipere nec lau-

C. CCCXXVII. z) Augustin. Sermo VII. de tempore (Opp. ed. Maurin. Tom. V. Append. Serm. 117., pag. 213.). Cf. Reg. App. I. c. 34.

C. CCCXXVIII. a) Regul. S. Basilii c. 28. — Coll. Vat. c. 26. (fons): *cuius supra*; antecedens in Vat. caput item Basilii canonem exhibet; cf. supra c. 326. 325. — Burch. XIX. 64. (R.), Decr. XV. 78. (B.): *Ex dictis Augustini;* Burchardus enim putabat propter illud Reginonis: *Unde supra*, caput ex eodem, quo antecedens, desumtum esse fonte. — Coll. tr. p. II. 14. c. 13., C. XXVI. qu. 7. c. 11. (C. t. p.)

C. CCCXXIX. b) Walafr. Strab. De reb. eccles. c. 20. citat hoc cap. ex Gennadii Massil. libro dogmatum ecclesiast., in quo, qualis in Opp. Augustini, Tom. VIII. App. p. 75. (ed. Maurin.) exstat, repertum est c. 23. — Burch. V. 15. (R.), Decr. II. 25. (B.), Pan. I. 150. (D.), Ans. IX. 9., Dist. II. De cons. c. 13. (D.): *Ex dictis Augustin.*

†) *Matth. c.* 18. *v.* 17.
††) 2. *Thessal. c.* 3. *v.* 6.

C. CCCXXVII. 574) *oblectabat:* Hild. Bal.

C. CCCXXIX. 575) Haec addita sunt ex Trev. et Goth. — Eorum, quae iam sequuntur, sex capitum ordinem iisdem debemus Codicibus.

do, nec vitupero, omnibus tamen dominicis diebus communicandum hortor. Si tamen mens in affectu peccandi est, gravari magis dico eucharistiae perceptione, quam purificari. Et ideo, quamvis quis peccato mordeatur, peccandi non habeat de cetero voluntatem, et communicaturus satisfaciat lacrymis et orationibus et confidens de Domini miseratione [576]), accedat ad eucharistiam intrepidus et securus. Sed hoc de illo dico, quem mortalia peccata non gravant.

194 b C. CCCXXX. *De eadem re.*

Item Augustinus ad Ianuarium [c]).

Dixerit quispiam, non quotidie accipiendam eucharistiam, alius affirmet, quotidie; faciat unusquisque, quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neque enim litigaverunt inter se, aut quisquam eorum se alteri praeposuit, Zachaeus et ille centurio, cum alter eorum gaudens in domo sua susceperit Dominum, alter dixerit†): *Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum*, ambo salvatorem honorificantes, quamvis non uno modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Ad hoc valet, quod manna secundum propriam voluntatem in ore cuiusque sapiebat.

195 a C. CCCXXXI. *De diligentia corporis Domini.*

Ex epistola Clementis Papae [d]).

Certe tanta in altari holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant. Quodsi remanserint, in crastinum non reserventur, sed cum timore et tremore clericorum

---

C. CCCXXX. c) August. ep. 118. c. 3. — Excerpt. ex Coll. Vat. c. 1. — Burch. V. 16. (R.), Decr. II. 26. (B.), Pan. ib. (D.), Dist. II. De cons. c. 13. §. I. (D.).

C. CCCXXXI. d) Caput Pseudoisidor. (ex ep. II. ad Iacobum fratrem de sacratis vestibus et vasis). — Burch. V. 11. (R.), Decr. II. 21. (B.), Pan. I. 149. (D.), Dist. II. ibid. c. 23.

†) *Matth. c. 8. v. 8.*

C. CCCXXIX. 576) sic omnes Bal. Codd. *Dei misericordia:* Hild.

diligentia consumantur. Qui autem residua corporis Domini, quae in sacrario relicta sunt, consumunt, non statim ad communes sumendos cibos conveniant, nec putent sanctae portioni commiscere cibum, qui per cuniculos [577]) digestus in secessum emittitur [578]). Si igitur mane dominica porrigitur [579]), usque ad sextam ieiunent ministri, qui eam consumserint, et, si tertia vel quarta hora acceperint, ieiunent usque ad vesperam. Sic secreta sanctificatione aeterna custodienda sunt sacramenta.

## C. CCCXXXII. *De eadem re.* 195 b

### Ex Capitularibus, Lib. I. cap. CXXXII. e) [580]).

Ut omnes fideles communicent et ad missas exspectent finalem [581]) deprecationem.

## C. CCCXXXIII. *De eadem re.* 195 c

### Item ex Lib. II. cap. XXXVII. f) [582]).

In perceptione corporis et sanguinis dominici magna discretio adhibenda est. Cavendum enim est, ne si nimium in longum differatur, ad perniciem animae pertineat, dicente Domino †): *Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Si vero indiscrete accipiatur, timendum est illud, quod ait Apostolus ††): *Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat.* Iuxta eiusdem Apostoli vocem probare se debet homo, et sic de pane illo edat, ut videlicet abstinens

---

C. CCCXXXII. e) Anseg. Capitul. L. I. c. 132. (c. 23. Capit. excerpt. de canon. ann. 806.).

C. CCCXXXIII. f) Anseg. Cap. L. II. c. 38. (c. 46. Concil. Cabilon. hab. ann. 813., c. 10. Excerptor. ap. Ingelh. ann. 846.). — Burch. V. 14. (R.), Decr. II. 24. (B.): *Ex epist. Clementis Papae c.* 32. Cf. supra inscr. C. CCCXXXI.

†) *Ioann. c. 6. v.* 53.
††) 1. *Cor. c.* 11. *v.* 29.

C. CCCXXXI. 577) *equaliculos:* orig.; *aqualiculos:* Burch. 578) *funditur:* orig. 579) *dominica portio editur:* ibid.

C. CCCXXXII. 580) *cap. XXXII.:* Helmst. Bal. 581) *sine alia deprecatione:* orig.

C. CCCXXXIII. 582) *cap. XXXIV.:* Helmst. Guelpb. Vienn. Bal.

aliquot diebus ab operibus carnis, et purificans corpus animamque suam, praeparet se ad percipiendum tantum sacramentum, exemplo David, qui nisi confessus fuisset abstinuisse ab opere coniugali ab heri et nudiustertius, nequaquam panes propositionis a sacerdote accepisset.

195 d C. CCCXXXIV. *Ut tribus vicibus laici in anno communicent.*

Ex eodem Libro, cap. XLIII.

Ut si non frequentius vel ter laici homines in anno communicent, nisi forte quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur [583]), id est, in Pascha, Natali Domini et Pentecoste.

325 C. CCCXXXV. *Ut clerici non intersint nuptiis* [h]).

Presbyteri, diaconi, subdiaconi vel deinceps, quibus ducendi uxores licentia [584]) non est, etiam alienarum nuptiarum evitent convivia, neque his coetibus admisceantur, ubi amatoria cantantur et turpia, aut obscoeni motus corporum choris et saltationibus efferuntur, ne auditus et obtutus, sacris mysteriis [585]) deputatus, turpium spectaculorum atque verborum contagione polluatur.

---

C. CCCXXXIV. g) Anseg. ibid. c. 43. (c. 15. Capitul. excerpt. Ingelh. a. 826., c. 50. Conc. Turon. ann. 813.). — Burch. V. 17. (R.), Decr. II. 27. (B.), Pan. I. 151. (D.), Dist. II. De cons. c. 16. (P.), omnes: *Ex epist. Fabiani.*

C. CCCXXXV. h) C. 39. Conc. Agath. hab. ann. 506. (cf. c. 11. Conc. Venet. hab. ann. 461.). — Coll. Dach. III. 58.; *Ex Conc. Agath.* c. 40. — Burch. II. 134. (R.), Decr. VI. 208. (B.): *Ex dictis Augustini.* — Burchardus usus est, quod supra iam notavi, Reginonis Codice, qui interpolatam illam continebat recensionem, qualem in editionibus Hildebr. et Bal. videmus. In his vero caput nostro antecedens (apud nos c. 328. (324.)) inscriptum est: *Unde supra*, c. 327. (323.) autem: *Ex dictis August.;* hinc prodiit error Burchardi, ex quo et illud c. 328., et nostrum c. 335. Augustino adscripsit. — Dist. XXXIV. c. 19.

C. CCCXXXIV. 583) quae sequuntur, desunt in orig.
C. CCCXXXV. 584) *non est licitum:* Helmst. Guelph. Vienn. Burch. Decr. — *quibus ducendae uxores non sunt:* Trev. ex rasur. 585) *ministeriis:* Trev.

### C. CCCXXXVI. *De eadem re.* 326

Ex Concilio Moguntiacensi, cap. XXXIX. [i]).

Quibus licentia uxores ducendi non est, alienarum nuptiarum evitent convivia.

### C. CCCXXXVII. *De eadem re.* 327

Ex decretis Martini Papae [k]).

Non liceat sacerdotibus vel clericis aliqua spectacula in nuptiis vel in conviviis spectare, sed oportet, antequam ingrediantur ipsa spectacula, surgere et redire inde.

### C. CCCXXXVIII. *De temporibus, quibus se continere debent coniugati ab uxoribus.* 328

Ex Concilio Eliberitano [l]).

Synodus Elibernensium *) dicit: In tribus quadragesimis anni et in die dominica et in quarta feria et sexta feria coniugales [586]) continere se debent. Item nec illis diebus copulari, quamdiu gravata [587]) fuerit uxor, id est, a quo die filius in utero motum fecerit usque ad partum; item a partu post [588]) triginta sex [589]) dies, si filius; si autem filia, post quinquaginta sex [590]).

### C. CCCXXXIX. *De eadem re.* 329

Ex Poenitentiali [m]).

Ut uxoratus contineat se quadraginta dies ante Pascha

---

C. CCCXXXVI. i) Non est repertum inter impressa. — Burch. II. 132. (R.), Decr. VI. 206. (B.): *Ex epist. Leonis P. c.* 10.

C. CCCXXXVII. k) Capit. Martini Bracar. c. 59. — Burch. II. 135. (R.), Decr. VI. 209. (B.).

C. CCCXXXVIII. l) Immo *Hibernensi*, mendum, quod facile explicari potest ex permutatione literarum ELIB. et HIB. In collectione canonum Hibernensium ap. Mansi T. XII. col. 140., hoc cap. legitur Libr. 44. cap. 11. — Burch. XIX. 155. (R.). Decr. XV. 163. (B.).

C. CCCXXXIX. m) C. 5. Poenitential. Darmstad. (*Beitr.* p. 130.) Cf. Egberti vel Bedae, De remed. peccatorum, c. 2. (ed. Anton. August.)

C. CCCXXXVIII. *) cf. not. l). 586) *coniuges:* orig. 587) *gravida:* Helmst. 588) *per:* orig. 589) sic orig. Goth.; *triginta tres:* Guelph. Vienn. Bal.; *triginta quatuor:* Trev.; *triginta:* Helmst. 590) *quadraginta sex:* orig.

et Pentecosten, seu ante Natalem Domini et omnem dominicam noctem et quartam et sextam feriam et a conceptione manifestata usque post natam sobolem abstineat se ab ecclesia, si filius est, dies triginta; si filia, quadraginta dies. Mulier *) se abstineat a viro tres menses ante partum et post partum quadraginta dies. Qui autem nupserit his diebus, viginti dies poeniteat.

330 C. CCCXL. *De quadragesima* n).

Qui in quadragesima ante Pascha cognoverit uxorem suam et noluerit abstinere ab ea, annum unum [591]) poeniteat aut pretium suum, videlicet viginti sex [592]) solidos, ad ecclesiam tribuat aut pauperibus dividat. Si per ebrietatem et sine consuetudine acciderit, quadraginta dies poeniteat.

331 C. CCCXLI. *Quod ante communionem abstinere debent coniuges* o).

Omnis homo ante sacram communionem a propria uxore abstinere debet III aut V, aut VII dies.

332 C. CCCXLII. *De eulogiis populo a presbyteris dandis.*

Ex Concilio Nannetensi p).

Ut de oblationibus, quae offeruntur a populo et consecrationi supersunt, vel de panibus, quos deferunt [593]) fide-

---

*) Cf. Ans. XI. 124. *Ex Poenit. Rom. Quamdiu mulier se debet abstinere a viro, cum quo concipit. Mulier tribus mensibus debet abstinere a viro suo, quando concipit, antequam pariat; post partum autem XL dies.*

C. CCCLX. n) Poenit. Darmst. ibid. — De remed. pecc. c. 10. — Burch. XIX. 76. (R.), Decr. XV. 88. (B.): *Ex Conc. Elib. c.* 5., cui falsae inscriptioni ansam dedit supra C. CCCXXXVIII.

C. CCCXLI. o) Burch. V. 22. (R.), Decr. II. 32. (B.), Pan. I. 151. (D.), Dist. II. De cons. c. 21. (D.): *Ex C. Elib. c.* 3.; cf. supra C. CCCXL. not. n).

C. CCCXLII. p) C. 9. (de hoc Concil. cf. supra ad. C. CV. not. b). Fere eadem invenies inter Hincmari Capitul. (dat. ann. 852.) c. 7. — Burch. V. 27. 28. (R.), Decr. II. 37. (B.): *Ex decretis Pii P. c.* 4.

C. CCCXL. 591) sic omnes Codd.; Hild. ex arbitrio mutavit: *annos V.* 592) *XXV.*: Burch.

C. CCCXLII. 593) sic Hincm. Trev. Goth. — *offerunt:* Nann. et rell. Codd. Coll. citt.

les ad ecclesiam, vel certe de suis, presbyter convenienter partes incisas habeat in vase nitido, ut post missarum solemnia, qui communicare non fuerunt parati, eulogias omni die dominica et in diebus festis exinde accipiant. Et illa, unde eulogias presbyter daturus est, ante in haec verba benedicat [594]): *Oratio.* Domine sancte, pater omnipotens, aeterne Deus, benedicere digneris hunc panem tua sancta et spirituali benedictione, ut sit omnibus salus mentis et corporis, atque contra omnes morbos et universas inimicorum insidias tutamentum, per Dominum nostrum, Iesum Christum, filium tuum, panem vitae, qui de coelo descendit, et dat vitam et salutem mundo, et tecum vivit et regnat.

Providendum [595]) est autem, ne micae incaute defluant.

### C. CCCXLIII. *Ut presbyteri cum stola incedant.* 333

#### Ex Synodo Triburiensi [q]).

Ut presbyteri non vadant, nisi stola vel orario induti. Et si in itinere presbyteri spoliantur vel vulnerantur, aut occiduntur, non stola vestiti, simplici emendatione sua solvantur. Si autem cum stola, tripliciter.

### C. CCCXLIV. *De eadem re.* 334

#### Ex Concilio Moguntiacensi [r]).

Presbyteri sine intermissione utantur orariis propter differentiam sacerdotalis dignitatis.

---

C. CCCXLIII. q) Non exstat inter impressa capitula. Cf. *Beiträge* p. 22. seqq. et 174. c. 11. — Burch. VI. 10. (R.), Decr. X. 139. (B.), C. XVII. qu. 4. c. 25.

C. CCCXLIV. r) Hab. sub Karol. M. ann. 813., c. 28. — Burch. II. 101. (R.), Decr. VI. 178. (B.).

C. CCCXLII. 594) *et sic accepturis distribuat et micas ne incaute defluant custodiat:* add. Hincm. 595) in Nann. et ap. Burch. haec desunt, sed eadem fere Hincm. exhibet, alio autem loco. Cf. not. 594).

335 C. CCCXLV. *Ne clerici laicalibus induantur vestibus.*

Ex Concilio, quo supra [s]).

Ut laicalibus vestimentis clerici non utantur, id est, mantellum vel cottum [596]) sine cappa, nec pretiosis et ineptis calceamentis et aliis novitatum vanitatibus, sed religioso et decenti habitu induti incedant [*]).

336 C. CCCXLVI. *De eadem re.*

Ex Concilio ad Risphach [597]) in Baioaria, cap. XLI. [t]).

Ut nullus clericus vestimenta laicalia portet, nec arma, nisi tantum quod ipsius religioni deceat, induere praesumat.

337 C. CCCXLVII. *De eadem re.*

Ex Concilio Carthaginensi [u]).

Clericus professionem suam etiam habitu et incessu probet; et ideo nec vestibus nec calceamentis decorem quaerat.

66. initio. C. CCCXLVIII. *De vino, ut non purum, sed aqua mixtum in sacrificio offeratur.*

Ex definitione ecclesiastica [v]).

*(Si aquam cum vino misceat sacerdos in sacrificio. Ex*

---

C. CCCXLV. s) Cf. c. 3. Concil. Mettens. ann. 888. — Burch. II. 208. (R.), Decr. VI. 283. (B.): *Ex eod. (Tribur.) c.* 27. — Cf. *Beitr.* p. 184. c. 39. not. 3).

*) Bal. citat ad hunc locum c. 15. Capitular. Ahytonis Basil., est autem Attonis Vercellens. Cf. Spicileg. Dacher. T. I. p. 402.

C. CCCXLVI. t) Cf. Statuta Risphacens. c. 9. ann. 799. (Pertz. T. III. p. 77. 78.) et Binterim, *Pragmat. Gesch. der deutsch. .... Konzil. Mainz.* 1836. *B. II. S.* 144. 222. Haud dubie Regino Concilio Risphacensi adhuc incognito utebatur. Vid. Capitul. incerti anni c. IV. ap. Hartzheim, Tom. I. p. 55.

C. CCCXLVII. u) Conc. Carth. IV. c. 45. (Statut. c. 1.). — Coll. Vat. c. 197. (fons), Dach. III. 69. — Burch. II. 209. (R.), Decr. VI. 284. (B.), Dist. XLI. c. 8.

C. CCCXLVIII. v) C. 42. operis de dogmatibus eccles., quod Gennadio tribuitur. Cf. supra c. 329. — Burch. V. 2. (R.), Decr. II. 12. (B.): *Ex Conc. Wormat.* Cf. supra Reg. I. 67. not. 187).

C. CCCXLV. 596) *cottam:* Paris.; *mantello vel catto:* Coll. citt.

C. CCCXLVI. 597) *Ex Conc. Adrisphach:* Cild. Bal.

*Concil. Wormatiensi:* require retro cap. LXVII.: *Quid in sacrificio Domini offerri debeat.)* [598]).

In eucharistia non debet aqua pura offerri, ut quidam sobrietatis causa falluntur, sed vinum cum aqua mixtum, quia et vinum fuit in redemtionis nostrae mysterio, cum dicit†): *Non bibam de hoc genimine vitis*, et aqua mixtum, quod post coenam dabat. Sed et de latere eius aqua cum sanguine egressa, vinum de vera carnis eius vite cum aqua expressum [599]) ostendit.

*(Si expleta missa sacerdos reliquum sacrificium colligat:* require retro cap. CCII. *De sacra communione.* — *Ex epistola Clementis P.:* require cap. CCCXXXI.: *De diligentia corporis Domini.* — *Si presbyter absque alba missam cantet:* require retro cap. LXXXI.) *).

C. CCCXLIX. *Ne presbyteri per pretium ecclesias obtineant.* 338

Ex Concilio Moguntiacensi, tit. XII. [w]).

Quicunque presbyter per pretium ecclesiam fuerit adeptus, omnimodis deponatur, quoniam contra ecclesiasticae regulae disciplinam agere dignoscitur, qui alium presbyterum legitime ad ecclesiam ordinatum per pecuniam expulerit, eamque sibi taliter vindicaverit.

C. CCCL. *De eadem re.* 241 b

Ex eodem [x]).

Item interdicendum videtur clericis sive laicis, ne quis cuilibet presbytero praesumat dare ecclesiam sine licentia et consensu episcopi sui.

Require supra cap. CCXLIV.

---

C. CCCXLIX. w) Hab. sub Raban. ann. 847. c. 12. — Raban. ad Herib. c. 19.: *Ex Conc. Turon. sive Mogunt. c. XV.* (cf. Conc. Turon. III. c. 15.). — Burch. III. 110. (R.), Decr. III. 86. (B.).

C. CCCL. x) Conc. Mogunt. laud. ibid. — Cf. Raban. l.l. et Reg. I. 276.

†) *Matth. c. 26. v. 29.*

C. CCCXLVIII. 598) sic expresse: Bal. *) Haec omnia ex Trev. et Goth. add. 599) *ex-* Trev. et Goth. addita sunt.

339 C. CCCLI. *Quod non ubique sacrificium sit offerendum.*

Ex epistola Anacleti Papae[y]).

Sacerdotes, quando sacrificant, non soli hoc agere debent, sed testes secum adhibeant, ut Deo perfecte in sacratis Domino locis sacrificare probentur; ait namque auctoritas legis divinae †): *Vide, ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in loco, quem elegit Dominus Deus tuus.*

340 C. CCCLII. *Ubi sit missa celebranda.*

Ex canonibus S. Sylvestri[z]).

Ut nullus presbyter missam celebrare praesumat, nisi in sacratis ab Episcopo locis, qui sui particeps de cetero voluerit esse sacerdotii et pietatis affectu[600]).

341 C. CCCLIII. *Si de decimis quatuor fiant portiones.*

Ex Concilio Nannetensi[a]).

Instruendi sunt presbyteri pariterque admonendi, quatenus noverint decimas et oblationes, quas a fidelibus accipiunt, pauperum et hospitum et peregrinorum esse stipendia, et non quasi suis, sed quasi commendatis uti, de quibus omnibus sciant, se rationem posituros in conspectu Dei, et nisi eas fideliter pauperibus et his, qui praemissi sunt, administraverint, damna patiendos[601]). Qualiter vero dispensari debeant, canones sancti instituunt, scilicet, ut quatuor partes inde fiant, una ad fabricam ecclesiae re-

---

C. CCCLI. y) Caput Pseudoisid. *(Ex Ep. Anaclet. De oppressione clericorum.)* — Burch. III. 71. (R.), Sav. IV. 133. (B.).

C. CCCLII. z) Cap. Pseudoisid.; est inter decerptiones ex decretis S. Sylvestri, ap. Merlin fol. 150. A. — Coll. Ans. ded. II. 217. — Ans. VII. 137., Dist. I. De cons. c. 15. — Cf. Capitul. Bened. L. II. c. 201.

C. CCCLIII. a) C. 10. — Cod. Darmst. a. (I. 47.): *Ex Conc. Namnet.* c. 43. (cf. supra c. 105. not. b)). — Burch. III. 138. (R.), Decr. III. 204. (B.), Sav. III. 196. (B.). — Cf. Capitul. Bened. L. III. c. 290.

†) *Deuter. c. 12. v. 13. 14.*

C. CCCLII. 600) *et p. a.:* des. ap. Hild. et Bal.

C. CCCLIII. 601) *facien-dos:* Guelph. Vienn. Paris.; *passuros:* orig. Burch. Decr. Sav.

levandam, altera pauperibus distribuenda, tertia presbytero cum suis clericis habenda, quarta episcopo reservanda, ut, quidquid exinde iusserit, prudenti consilio fiat.

### C. CCCLIV. *Si episcopus aut presbyter rem ecclesiae quocunque ingenio alienare praesumserit.* 342

### Ex Concilio Bracarensi[b]).

Si quis presbyter aut diaconus inventus fuerit de ministeriis ecclesiae aliquid venundasse, quia sacrilegium commisit, placuit eum in ordinatione ecclesiae[602]) non haberi. In iudicio tamen episcopi dimittendum[603]) est, sive dignus sit sive indignus, in suo recipi gradu.

### C. CCCLV. *Ut nulli praesuli possessionem magnam vel parvam ecclesia liceat in perpetuum alienare.* 343

### Ex decretis Symmachi Papae[c]).

Ut nulli apostolicae sedis praesuli liceat praedium rusticum, qnantaecunque fuerit vel magnitudinis vel exiguitatis, sub perpetua alienatione vel commutatione ad cuiuslibet iura transferre.

### C. CCCLVI. *De domibus.* 344

### Ex eodem[d]).

Sane domus in quibuslibet urbibus constitutae, quarum statum necesse est expensa non modica sustentari, acceptis, si offerri[604]) contigerit, sub iusta aestimatione reditibus et divini timore iudicii commutentur.

---

C. CCCLIV. b) Est inter Capitula Martini Brac. c. 17. — Coll. Vat. c. 299., Dach. III. 96. (fons). — Burch. III. 179. (R.), Decr. III. 173. 240. (B.), Dist. L. c. 22.

C. CCCLV. c) Synod. Roman. III. hab. ann. 502. sub Symm. c. 4. — Coll. Vat. c. 302., Dach. II. 80. (fons).

C. CCCLVI. d) Ibid. c. 5. — Coll. Vat. c. 302., Dach. II. 80. (fons).

C. CCCLIV. 602) *ecclesiastica:* orig. Vat. Dach. 603) *dimittendus:* Martin.

C. CCCLVI. 604) *aufferri:* Dionys.

345 C. CCCLVII. *De eadem re.*

Ex eodem [e]).

Quicunque presbyter de iure tituli sui quolibet modo praeter aurum, argentum vel gemmas, vestes quoque si sunt, vel si accesserint aliqua mobilia ad ornamenta divina minime pertinentia, aliquid in perpetuum [605]) alienare tentaverit, donator, alienator ac venditor honoris sui amissione multetur.

346 C. CCCLVIII. *De eadem re.*

Ex eodem, cap. VI. [f]).

Praeterea, qui rem ecclesiae petierit et acceperit, vel qui presbyterorum aut diaconorum seu defensorum danti subscripserit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur.

347 C. CCCLIX. *Ut presbyteri non vendant rem ecclesiae, ubi sunt constituti.*

Ex Concilio Carthaginensi [g]).

Item placuit, ut presbyteri non vendant rem ecclesiae, ubi sunt constituti, nescientibus episcopis suis, quomodo et episcopo non licet vendere praedia ecclesiae ignorante concilio et presbyteris suis. Non habente [606]) autem necessitatem nec episcopo liceat matricis ecclesiae, nec presbytero rem tituli sui usurpare [607]).

---

C. CCCLVII. e) Ibid. — Coll. Vat. c. 301., Dach. II. 81. (fons). — Burch. III. 180. (R.), Decr. III. 241. (B.): *Ex eodem*, sed antecedit canon ex Conc. Bracarensi.

C. CCCLVIII. f) Ibid. c. 6. — Coll. Vat. c. 302., Dach. II. 82. (fons).

C. CCCLIX. g) Ap. Dionys. c. 33. (c. 39. 40. Conc. Carth. hab. ann. 409. Ballerini, inter Docum. num. 1.) — Coll. Vat. c. 303., Dach. II. 85. (fons); Ans. ded. IV. 98. — Burch. III. 178. (R.), Decr. III. 239. (B.), Ans. VII. 158., C. XII. qu. 2. c. 51.

C. CCCLVII. 605) *perpetuo iure, exceptis duntaxat sub praefata conditione domibus alienare t.:* orig. Vat. Dach.

C. CCCLIX. 606) *habentem:* Helmst. Guelph. Vienn. Bal. 607) sic orig. Dach. Burch. Decr., sed omnes Reg. Codd.: *liceat ecclesiae rem tituli s. u.; liceat matricis ecclesiae tituli s. u.:* Vat.

## C. CCCLX. *De eadem re.* 348

### Ex eodem [h]).

Placuit, ut rem ecclesiae nemo vendat. Quodsi reditus non habet et aliqua nimia necessitas cogit, hoc insinuandum est primati provinciae ipsius, ut cum statuto numero episcoporum, utrum faciendum [608]) sit, arbitretur. Quod si non fecerit, reus Deo et concilio venditor honore amisso teneatur.

## C. CCCLXI. *De eadem re.* 349

### Ex decretis Martini Papae [i]).

Si quis episcopus, nulla ecclesiasticae rationis necessitate compulsus, inscio [609]) clero, aut, ubi forte non est presbyter, de rebus ecclesiasticis aliquid praesumserit vendere, res ipsas ecclesiae propriae restaurare cogatur, et in iudicio episcoporum deiiciatur auditus, et tanquam furti aut latrocinii reus a [610]) suo privetur honore.

## C. CCCLXII. *Quid agere oporteat propinquis illius, qui ecclesiam ditavit de rebus suis, si praeviderint ex collatis aliquid defraudatum.* 350

### Ex Concilio Toletano [k]).

Omnis itaque rei ecclesiasticae quantitas, sicut remedium veniae tribuit conferenti, ita damnum rite praeparat fraudatori. Et ideo nullus sacerdotum vel ministrorum ex rebus ecclesiae, quae in quibuscunque locis a fidelibus largiuntur, aliquid auferat, vel iuri suo aut cathedrae propriae unitati connectat. Verum, ut huius rei potior solidi-

---

C. CCCLX. h) C. 26. ap. Dionys. (Conc. Carth. V. hab. ann. 401. c. 4.). — Coll. Dach. II. 86. (fons), Ans. ded. X. 21.

C. CCCLXI. i) Martini Bracar. Capitul. c. 14. — Burch. III. 181. (R.), I. 215., Decr. III. 172. 242. (B.), V. 329., C. X. qu. 2. c. 8.

C. CCCLXII. k) Excerpt. ex Conc. Toletan. IX. hab. ann. 655., c. 1. — Coll. Dach. II. 89. (fons). — Burch. III. 182. (R.), Decr. III. 243. (B.).

C. CCCLX. 608) sic orig. Coll. citt. Vienn.; *fiendum:* rell. Codd.

C. CCCLXI. 609) sic Hisp.. sed omnes Codd., orig. ap. Iustell., Coll. citt. minus recte: *in suo clero.* 610) deest in Helmst. Bal.

tas habeatur, propinquis eius, qui construxit vel ditavit ecclesiam, licitum sit, hanc bonae intentionis habere sollertiam, ut, si sacerdotem seu ministrum aliquid ex collatis[611]) rebus praeviderint defraudare, aut commonitionis honesta conventione compescant, aut talia episcopo aut iudici corrigenda denuncient. Quodsi talia episcopus agere tentat, metropolitano eius haec insinuare procurent; si autem metropolitanus talia gerit[612]), regis haec auribus intimare non differant. Ipsis tamen heredibus in iisdem rebus non liceat quasi iuris proprii potestatem praeferre, non rapinam, non fraudem ingerere, non violentiam quamcunque praesumere. Si quis haec monita temerare praesumserit et male rapta cum confusione restituet et excommunicationis annuae sententiam sustinebit.

351 C. CCCLXIII. *De terrulis et exiguis vineis ecclesiae.*

Ex Concilio Agathensi[l]).

Terrulas aut vineas[613]) exiguas et ecclesiae minus utiles aut longe positas parvas episcopus sine consilio fratrum, si necessitas fuerit, distrahendi habeat potestatem.

352 C. CCCLXIV. *Quod fugitivi servi ecclesiae permittuntur distrahi.*

Ex eodem Concilio[m]).

Fugitivos etiam servos, domos suas aut familias deserentes, qui etiam, si revocati fuerint, teneri non possunt, simili ratione ab episcopo, si voluerit, aut si ita illi meruerint, distrahantur.

---

C. CCCLXIII. l) Hab. ann. 506., c. 45. — Decr. III. 160., C. XII. qu. 2. c. 53. — Desumsit hoc cap. Regino ex Coll. Dach. II. 90. secundum Codd. Darmst. c. d. e. (in edit. deest). Cf. *Beitr.* p. 9. not. *).

C. CCCLXIV. m) C. 46. — Coll. Dach. (sec. laudd. Codd., nam in edit. deest) II. 91. (fons). Cf. *Beitr.* ibid. — Burch. III. 188. (R.), Decr. III. 248. (B.): *Ex eodem Toletano.*, C. XII. qu. 2. c. 54.

C. CCCLXII. 611) *collectis:* Helmst. Bal. 612) *egerit:* ibid.

C. CCCLXIII. 613) *vineolas:* orig.

C. CCCLXV. *Si quis cartas vel praecepta regia supprimere aut adversariis tradere ausus fuerit.* 353

### Ex Concilio Agathensi[n]).

Si quis vero de clericis documenta, quibus ecclesiae possessio firmatur, aut supprimere aut negare aut adversariis fortasse tradere damnabili et punienda obstinatione praesumserit, quidquid per absentiam[614]) documentorum damni ecclesiae illatum est, de propriis facultatibus reddat et communione privetur. Hi autem, qui in damno ecclesiae instrumenta sanctae ecclesiae impie sollicitati a traditoribus susceperunt, pari sententia feriantur.

C. CCCLXVI. *De testamento episcopi qualiter valeat.* 354

### Ex eodem[o]).

Si quis episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici iuris proprietate legaverit[615]), aliter non valebit, nisi tantum de iuris proprii facultatibus suppleverit.

C. CCCLXVII. *De manumissionibus in ecclesia.* 355

### Ex eodem[p]).

Mancipia monachis donata ab abbate non licet manumitti. Iniustum est enim, ut, monachis quotidianum rurale opus facientibus, servi eorum libertatis otio potiantur.

C. CCCLXVIII. *De eadem re.* 356

### Ex Concilio Toletano[q]).

Episcopi, qui nihil ex proprio suo ecclesiae Christi

---

C. CCCLXV. n) C. 26. — Coll. Dach. III. 55. (fons); Ans. ded. V. 136. — Burch. III. 183. (ex Ans. ded.), Decr. III. 156. (B.), C. XII. qu. 2. c. 33.

C. CCCLXVI. o) C. 51. — Coll. Dach. (sec. Codd. laudd., nam in ed. deest) II. 92. (fons). — Burch. I. 212. (R.), Decr. V. 326. (B.), C. XII. qu. 5. c. 5. — Cf. Concil. Epaon. c. 13.

C. CCCLXVII. p) C. 56. — Coll. Dach. II. 93. Codd. laudd. (fons), (in ed. item desid.). — Decr. III. 163., C. XVII. qu. 4. c. 40.

C. CCCLXVIII. q) Conc. Toletan. IV. hab. ann. 633. c. 67. — Excerpt.

C. CCCLXV. 614) sic orig. Codd. Coll. citt.; *abstractionem:* Helmst.; *abstinentiam:* rell.

C. CCCLXVI. 615) *delegaverit:* Bal.

conferunt, liberos [616]) ex familiis ecclesiae ad condemnationem suam facere non praesumant. Impium est enim, ut, qui res suas ecclesiae Christi non contulerit, damnum inferat. Tales igitur libertos successor episcopus absque aliqua oppositione ad ius ecclesiae revocabit.

357 C. CCCLXIX. *De eadem re.*

Ex eodem Concilio [r]).

Episcopus, qui mancipium iuris ecclesiae, non retento ecclesiastico patrocinio, manumitti desiderat, duo meriti eiusdem et peculii coram concilio ecclesiae, cui praeeminet, per commutationem subscribentibus sacerdotibus offerat, ut rata et iusta inveniatur definitio commutantis. Huiusmodi autem liberto adversus ecclesiam, cuius iuris exstitit, accusandi vel testificandi denegetur licentia. Quod si praesumserit, placet, ut stante commutatione in servitutem propriae ecclesiae revocetur.

358 C. CCCLXX. *De libertis ecclesiae.*

Ex eodem Concilio [s]).

Liberti, qui a quibuscunque manumissi sunt, atque ecclesiae patrocinio commendati existunt [617]) sacerdotali defensione a cuiuslibet insolentia protegantur, sive in statu libertatis eorum, seu in peculio, quod habere noscuntur.

359 C. CCCLXXI. *De thesauris ecclesiasticis.*

Ex Capitularium Lib. I. tit. CXVII. [t]).

Ut singuli episcopi, abbates et abbatissae diligenter

---

ex Dach. II. 94. (sec. Codd. Darmst.). — Burch. III. 189. (R.), Decr. III. 249. (B.), C. XII. qu. 2. c. 39. Cf. Concil. Hispal. I. c. 1. 2., Concil. Emerit. c. 20.

C. CCCLXIX. r) Ibid. c. 68. — Coll. Dach. II. 90. (in Codd. Darmst. c. 95.) (fons), Ans. ded. X. 60. — Burch. III. 176. (Ex Ans. ded.), Decr. III. 237. (B.), XVI. 65.; C. XII. qu. 2. c. 58.

C. CCCLXX. s) Ibid. c. 72. — Coll. Dach. II. 91. (fons), Ans. ded. X. 55. — Burch. III. 186. (Ans. ded.), Decr. III. 246. (B.), XVI. 52., Pan. II. 83. (D.), Dist. LXXXVII. c. 8. (P.).

C. CCCLXXI. t) Anseg. Capitul. L. I. c. 117. (c. 4. Capitul. ad Niumag. ann. 806.).

C. CCCLXVIII. 616) *libertos:* Helmst. Bal.

C. CCCLXX. 617) *sunt:* Bal.

considerent thesauros ecclesiasticos, ne propter perfidiam et negligentiam custodum aliquid de gemmis aut de vasibus [618]) vel de reliquo thesauro perditum sit.

C. CCCLXXII. *Ut nullus rem ecclesiae immobilem* 360
*alienare praesumat.*

Ex Lib. II. cap. XIX. [u]) [619]).

Nulli liceat alienare rem immobilem ecclesiae, sive domum sive agrum sive hortum sive rusticum mancipium vel panes civiles [620]), neque creditoribus specialis hypothecae titulo obligare. Alienationis autem verbum contineat conditionem [621]), donationem, permutationem et emphyteuseos perpetuum contractum. Sed omnes omnino sacerdotes ab huiusmodi alienatione abstineant, poenas timentes, quas Leoniana constitutio minatur.

C. CCCLXXIII. *Si princeps commutationem in ecclesia* 361
*facere voluerit.*

Ex eodem, cap. XXX. [v]).

Si princeps voluerit rem immobilem sanctis locis praestare et accipere ab eo aliam immobilem rem et eo modo permutationem contrahere, liceat hoc facere ei divina pragmatica sanctione ab eo promulgata.

C. CCCLXXIV. *De precariis ecclesiasticis.* 362

Ex Capitulari ad Beluacum [w]).

Ut precariae et commutationes tempore viduatarum

---

C. CCCLXXII. u) Anseg. Capit. L. II. c. 29. (c. 1. Capit. excerpt. Ingelh. a. 826. Ex Iulian. Novell. VII. c. 1.). — Burch. III. 164. (R.), Decr. III. 183. (B.), c. 5. X. III. 13.: *Ex Conc. apud Sylvanectim praes. Ludovico rege c.* 5.; auctor huius falsae inscr. est Burch.

C. CCCLXXIII. v) Ibid. c. 30. (c. 2. eiusd. Capit. Ex Nov. Iulian. VII. c. 2.). — Burch. III. 165. (R.), Decr. III. 184. (B.), c. 1. X. III. 19.: *Ex eodem* (C. Sylvan.) *c.* 6.

C. CCCLXXIV. w) Convent. Karoli II. in villa Sparnaco (hab. a. 846.)

C. CCCLXXI. 618) *vasis:* orig. Helmst. Bal.

C. CCCLXXII. 619) sic Trev. Goth. — Helmst. Guelph. Vienn. Bal.: *Lib. I. c. XIX.*

620) *vel p. c.:* des. in Coll. citt.

621) *venditionem:* Anseg.

ecclesiarum factae ab his, qui loca episcoporum occupaverant, rescindantur et cum auctoritate ecclesiastica vel civili, si fiendae sunt, fiant.

363 C. CCCLXXV. *De eadem re.*

Item cap. XXII. [x]).

Precariae autem a nemine de rebus ecclesiasticis fieri praesumantur, nisi quantum de qualitate convenienti datur ex proprio, duplum accipiatur ex rebus ecelesiae, in suo tantum qui dederit nomine, si res proprias et ecclesiasticas usufructuario tenere voluerit. Si autem res proprias ad praesens dimiserit, ex rebus ecclesiasticis triplum fructuario usu in suo tantum nomine quis sumat, quia sic eas quemque tractare ut alienarum rerum dispensatorem convenit, non propriarum largitorem.

364 C. CCCLXXVI. *De eadem re.*

Ex eodem [y]).

A nulla potestate quis cogatur facere precariam de rebus Deo et sanctis eius dicatis, cum ratio et usus obtineat, neminem, cui non vult contra utilitatem et rationem praestitum de proprio facere beneficium.

367 C. CCCLXXVII. *Ut praecepta regia non fiant super precariis.*

Ex eodem cap. [z]) [622]).

Praecepta autem regalia super precariis ecclesiasticis

c. 21. (Concilii ad Beluac. eiusd. anni, c. 5., et inter Meldenses c. 21.; cf. supra c. I. not. a), c. IV. not. d). — Burch. III. 166. (R.), Decr. III. 227. (B.), C. XII. qu. 2. c. 44.

C. CCCLXXV. x) Ibid. c. 22. (Conc. ad Beluac. c. 6.). — Burch. III. 167. (R.), Decr. III. 228. (B.), C. X. qu. 2. c. 4.

C. CCCLXXVI. y) Ibid. — Burch. III. 168. (R.), Decr. III. 229. (B.), C. X. qu. 2. c. 4.

C. CCCLXXVII. z) Ibid. — Burch. III. 175. (R.), Decr. III. 236. (B.): *Ex Conc. ap. Medard.* Cf. not. 622.).

C. CCCLXXVII. 622) Ordo huius capitis eiusque inscriptio ap. Bal. et in Helmst. Guelph. Vienn. falsa sunt. Quum enim argumentum eius magis congrueret cum c. 380. (B. 368.), ab hoc loco emendator ille Reginonis, de quo in praefa-

fieri nec ratio sinit nec auctoritas quolibet modo permittit, quoniam praecepta in iure ecclesiastico firmare indignum iudicet necesse est maiestas regia, nisi ab ecclesiastico rectore petantur. Idem autem custos ecclesiae sollertissime caveat, ne sui ordinis et ecclesiasticae communionis forte immemor, contra auctoritatem praeceptum regium pro quacunque adsentatione fieri petat, qui etsi fecerit, non audiatur. Si autem et obtinuerit, regia discretione et episcopali iudicio idem rescindatur et petitor iniustus pro principis iniusta suggestione digne corripiatur.

## C. CCCLXXVIII. *Ut precariae in quinquennio renoventur.* 365

Ex eodem[a]).

Ut precariae de quinquennio in quinquennium secundum antiquam consuetudinem et auctoritatem renoventur.

## C. CCCLXXIX. *De commutationibus.* 366

Ex eodem, cap. XXIII.[b]).

Ut commutationes rerum ecclesiasticarum valde caveantur[623]) et subtilissime, si aliquo modo fieri debent, inspiciantur. Quae autem inconsulte factae sunt, iuxta decretum*) canonicum Hilarii Papae, quae[624]) inlicite decessor episcopus admiserit, vel ab aliis inlicite commissa[625]) sunt, ab eo, qui successor est, emendentur.

---

C. CCCLXXVIII. a) Ibid.. — Burch. III. 169. (R.), Decr. III. 230. (B.), C. X. qu. 2. c. 5.

C. CCCLXXIX. b) Concil. Meldens. c. 23. (ad Beluac. c. 7.). — Burch. III. 171. (R.), Decr. III. 232. (B.).

*) Decreta Hilarii c. 1.

tione disseruimus, caput removit, atque capiti 380. (368.) ita adiunxit, ut huius inscriptionem ei daret, ipsumque c. 380. sub inscr.: *D. e. r. Ex eod.* postponeret, sicut Bal. exhibet. Nos Trev. et Goth. secuti sumus.

C. CCCLXXIX. 623) *vel decaveantur:* Guelph. Vienn. 624) *quas:* Vienn. Coll. citt. 625) *commissae:* Guelph. Vienn. Coll. citt.

368 C. CCCLXXX. *Item ne praecepta fiant super beneficia ecclesiastica vel precarias.*

Ex Concilio apud sanctum Medardum, cap. XI.[c]).

Sciant etiam fideles nostri, quia concessimus [626]) in synodo venerabilibus episcopis, ne super beneficia ecclesiastica vel precarias, etiamsi [627]) quilibet monasteriorum praelatus irrationabiliter petierit, praecepta confirmationis nostrae ullo modo faciamus. Et ideo ab irrationabili petitione se unusquisque compescat.

369 a b C. CCCLXXXI. *Ne commutationes fiant de rebus ecclesiasticis sine consensu regis, et ne mancipia ecclesiastica nisi ad libertatem commutentur.*

Ex eodem, cap. XII. [d]) [628]).

Ut missi nostri omnibus per illorum missaticum denuncient, ne commutationes rerum vel mancipiorum ecclesiasticorum quilibet praelatus sine licentia et consensu nostro [629]) praesumat facere. Neque mancipia ecclesiastica quisquam nisi ad libertatem commutet, videlicet ut mancipia, quae pro ecclesiastico dabuntur, in ecclesiae servitute permaneant et ecclesiasticus homo, qui commutatur, perpetua libertate fruatur [630]). Quod enim semel Domino consecratum est, ad humanos usus iam transferri non potest.

C. CCCLXXX. c) Karoli II. Synod. apud Suessionis civitatem in monasterio S. Medardi, hab. ann. 853., c. 11.

C. CCCLXXXI. d) Ibid. c. 12. — Burch. III. 172. 173. (R.), Decr. III. 233. 234. (B.).

C. CCCLXXX. 626) *cessimus:* Guelph. Vienn. Helmst. 627) *etiamsi episcopus aut q.:* add. orig.

C. CCCLXXXI. 628) In solo Cod. Paris. hoc caput ita est divisum, ut a verb.: *Neque mancipia* novum inciperet caput, cum inscriptione: *Alia.* (cf. Bal.) Simili vero codice Burchardus quoque usus est, quum aeque duobus partibus distinctum exhibeat caput et quidem suo more falsis affictis inscriptionibus: Burch. III. 172., Decr. III. 233. (B.): *Ex Concil. Matiscensi, c. 4.*, et Burch. III. 173., Decr. III. 234. (B.): *Ex Concil. apud Carisiac. c. 2.* 629) *regio:* Coll. citt. 630) Quae seqq. des. in orig.

Ait enim lex †): *Si quis mutaverit, et, quod mutat, et, quod mutatum est, sanctificabitur Domino.*

## C. CCCLXXXII. *De eadem re.* 371

### Item ex capitulis ad Carisiacum [e]).

Iniustum videtur et impium, ut mancipia, quae fideles viri seu feminae pro remedio animae suae Deo consecrarunt et sanctis eius, cuiuscunque muneris, pretii vel commutationis commercio iterum in secularem servitutem redigantur, cum canonica auctoritas servos fugitivos tantummodo distrahi permittat. Et ideo omnes rectores ecclesiarum summopere caveant, ne unius eleemosyna alterius peccatum fiat. Sicut enim indecens est, ut ex libero servus fiat, sic absurdum, ut ex [631]) ecclesiastica dignitate servus decidens [632]) humanae obnoxius sit servituti.

## C. CCCLXXXIII. *De die dominica.* 370

### Ex Capitulari Karoli [f]).

Statuimus quoque secundum quod in lege Dominus mandavit, ut opera servilia diebus dominicis non agantur, sicut genitor meus in suis synodalibus edictis mandavit, quod nec viri ruralia exerceant, nec in vinea colenda, nec in campis arando vel metendo vel foenum secando vel sepem ponendo, vel in sylvis stirpando [633]), vel arbores caedere, vel in petris laborare, nec domos struere, nec in horto laborare [634]), nec ad placita conveniant, nec mercatus fiat [635]), nec venationes exerceantur.

---

C. CCCLXXXII. e) Non exstat inter impressa Capitularia. — Burch. III. 174. (R.), Decr. III. 235. (B.). C. XII. qu. 2. c. 55.: *Ex Concil. apud Tansiacum.*

C. CCCLXXXIII. f) C. 80. Capit. Karoli M. ecclesiast. ann. 789. (Anseg. L. I. c. 75.); cf. Concil. Moguntin. sub Rab. ann. 852. c. 14. — Burch. II. 82. (R.), Decr. IV. 17. (B.): *Ex Concil. ap. S. Medardum, praesente Karolo Imp. c.* 5.

†) *Levit. c.* 27. *v.* 10.

C. CCCLXXXII. 631) deest Goth. 632) *decedens:* Coll. citt.

C. CCCLXXXIII. 633) *nec in s. stirpare:* orig. 634) *laborent:* ibid. 635) *n. m. f.:* des. ibid.

372 C. CCCLXXXIV. *Quid in die dominica fieri liceat.*

Ex eodem [g]).

Tria carraria opera licet fieri in dominica die, id est, hostilicia [636]) carra, victualia, vel angaria [637]) et, si forte necesse sit, corpus cuiuslibet duci ad sepulchrum.

373 C. CCCLXXXV. *Item de die dominica* [h]) [638]).

Item feminae opera textrilia [639]) non faciant in die dominica, non capulent vestitos, non consuant [640]) vel lanam carpant [641]). Non licet linum battere, aut in publico vestimenta lavare, nec vervices [642]) tondere, ut omnimodis honor et requies die dominica persolvatur. Sed ad missarum solemnia undique conveniant et laudent Deum pro omnibus bonis, quae nobis in illa die conferre dignatus est [643]).

374 C. CCCLXXXVI. *Ut mercatus in dominica non sit.*

Item ex Concilio [i]).

Omnes dies dominicas cum omni veneratione observare decrevimus et ab inlicito opere abstinere, et ut mercatus in eis minime sit, nec placitum, ubi aliquis ad mortem vel ad poenam iudicetur, nec sacramenta iurentur [644]).

---

C. CCCLXXXIV. g) Capit. eccles. ibid. (Anseg. ibid.). — Burch. II. 83. (R.), Decr. IV. 20. (B.): *Ex eod.* (Conc. ap. S. Medard.) *c.* 6.

C. CCCLXXXV. h) Capit. et Anseg. ibid. — Burch. II. 84. (R.), Decr. IV. 21. (B.): *Ex eod. c.* 7.

C. CCCLXXXVI. i) Concil. Moguntinum hab. ann. 813. c. 37. — Capitul. Bened. Lib. I. c. 153. — Burch. II. 85. (R.): *Ex eodem* (Concil. ap. S. Medard.) *c.* 8., II. 81.: *Ex Conc. ap. Compend. c.* 2. — Decr. IV. 16. *Ex Conc. Mogunt. c.* 37., Pan. II. 169. (D.).

C. CCCLXXXIV. 636) *hostilia:* orig. Bal. 637) *vel ang.:* des. in orig.

C. CCCLXXXV. 638) *Ex eodem Concilio:* add. Bal. 639) *textilia:* Bal. 640) *vel acupictile faciant:* add. orig. 641) *carpere:* ibid. 642) *berbices:* ibid. 643) *in illa die fecit:* ibid.

C. CCCLXXXVI. 644) *nec sacr. iur.:* desunt in orig., exstant autem in Capit. Bened.

### C. CCCLXXXVII. *De eadem re.* 375

Ex Capitularium Lib. I. cap. CXXXIX. [k]).

Ut mercatus die dominica in nullo loco habeatur.

### C. CCCLXXXVIII. *De festivitatibus anni.* Bal. c. 376. vid. c. 396.

Ex Capitularium Lib. II. cap. XXXIII. [l]). 377

Festos dies in anno celebrare sancimus, id est, diem dominicum Paschae cum omni hebdomada [645]), diem ascensionis Domini, Pentecosten similiter, ut in Pascha, Apostolorum Petri et Pauli diem unum, nativitatem sancti Ioannis Baptistae, assumtionem sanctae Mariae, sancti [646]) Michaëlis, sancti [647]) Remigii, sancti Martini, sancti Andreae, in natali Domini dies quatuor, octavam Domini, Epiphaniam Domini, purificationem sanctae Mariae, et illas festivitates martyrum vel confessorum observare decrevimus, quorum in unaquaque parochia corpora requiescunt.

### C. CCCLXXXIX. *De eadem re.* 378

Ex Concilio ad Risphach [m]).

Festos dies celebrare sancimus, id est, diem Paschae, similiter feria secunda, tertia, quarta et quinta. Ante missam licentia sit arandi et seminandi, hortum vel vineam excolendi et sepem circumcludendi. Ab alio vero opere cessare decrevimus, post missam autem ab opere vacare. Pentecosten similiter, ut in Pascha, S. Laurentii, Kal. Novemb. omnium sanctorum, similiter dedicationes ecclesiarum.

---

C. CCCLXXXVII. k) Anseg. Capit. L. I. c. 139. (c. 9. Capitul. Aquisgran. ann. 809.) — Burch. II. 86. (R.): *Ex eod. c. 9.*

C. CCCLXXXVIII. l) Anseg. Capit. L. II. c. 33. (c. 3. Excerpt. Capit. Ingelheim. ann. 826., c. 36. Conc. Mogunt. hab. a. 813.).

C. CCCLXXXIX. m) Cf. supra c. CCCXLVI. not. t).

C. CCCLXXXVIII. 645) *cum omni honore et sobrietate venerari, simili modo totam hebdomadam illam observare decrevimus:* Anseg. 646) *dedicationem s.:* add. ibid. 647) *natalem s.:* add. ibid.

379 C. CCCXC. *De non flectendo genu in diebus festis.*

Ex Concilio Nicaeno n).

Quoniam sunt quidam in die dominica genu flectentes et in diebus Pentecostes, ut omnia in diversis locis consonanter observentur, placuit sancto concilio stantes Domino vota persolvere.

380 C. CCCXCI. *De eadem re.*

Unde supra o).

Ut presbyteri plebibus adnuncient, quod in quadragesima et in ieiunio quatuor temporum tantummodo ad missarum sollemnia adnunciante diacono genua flectere debeant. In dominicis e contra diebus vel ceteris festis a vespera usque in vesperam non flectant genua, sed stantes incurvati orent. Nec quisquam uno genu solo tenus impresso orare praesumat, sicut Iudaei irridentes Dominum in eius passione fecisse leguntur, sed utraque genua terrae figat. Ait enim Apostolus †): *Flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi.*

381 C. CCCXCII. *Ut turpia cantica plebibus prohibeantur.*

Ex Concilio Arelatensi p).

Exterminanda omnino est irreligiosa consuetudo, quam vulgus per sanctorum sollemnitates agere consuevit, ut populi, qui debent officia divina attendere, saltationibus et turpibus invigilent canticis, non solum sibi nocentes, sed et religiosorum officiis perstrepentes. Hoc etenim, ut ab omni Hispania depellatur, sacerdotum et iudicum a concilio sancto curae committitur.

---

C. CCCXC. n) Hab. 325. c. 20. (versio Dionys.). — Coll. Dach. II. 94. — Burch. II. 88. (R.), Decr. IV. 18. (B.), Dist. III. De cons. c. 10.

C. CCCXCI. o) Caput incertum. — Burch. XIII. 3. (R.), Decr. IV. 36. (B.): *Ex Conc. Aurel. c.* 14. Cf. Dist. XXX. c. 27. §. 1.

C. CCCXCII. p) Immo Concil. Toletan. III. hab. ann. 589. c. 23. — Coll. Dach. II. 97., Vat. c. 292., Ans. ded. II. 219., Sav. IV. 80. omnes: *Ex Conc. Tolet.*

†) *Ephes. c.* 3. *v.* 14.

### C. CCCXXIII. *Unde supra* q) [648]. Bal. c. 382. vid. infra c. 398.

Cantica turpia ac luxuriosa circa ecclesias agere omnino contradicimus, quod ubique vitandum est.

### C. CCCXCIV. *Ut episcopus clericos alterius parochiae nullatenus ordinet.* 383

#### Ex Concilio Antiocheno r).

Episcopus non constituat presbyteros aut diaconos alteri subiectos episcopo, nisi forte cum consilio et voluntate regionis episcopi. Si quis autem tale quid agere tentaverit, irrita sit eius ordinatio et ipse coërceatur a synodo.

### C. CCCXCV. *De eadem re.* Bal. c. 384. vid. infra c. 420.

#### Ex Concilio Africano s). 385

Item placuit, ut quicunque in ecclesia vel semel legerit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

### C. CCCXCVI. *Ut nullus episcopus vel infra positus die dominico causas iudicare praesumat.* 376

#### Ex Concilio Tarraconensi t).

Ut nullus episcoporum vel presbyterorum vel clericorum die dominico propositum cuiuscunque causae negotium audeat iudicare, nisi hoc tantum, ut Deo statuta sollemnia peragant.

---

C. CCCXCIII. q) Concil. Moguntin. hab. a. 813. c. 48. — Burch. III. 87. (R.), Decr. III. 77. (B.), Pan. II. 54. (D.).

C. CCCXCIV. r) Hab. ann. 332. c. 22. med. (vers. Dionys.). — Coll. Dach. II. 59., III. 17. — Burch. I. 107. (R.), Decr. V. 209. (B.): *Ex Conc. Paris. c.* 32.

C. CCCXCV. s) Dionys. c. 57. (90.); (Conc. Milevitan. hab. ann. 402. c. 5.). — Dach. III. 122. — Burch. VIII. 11. (R.), Decr. VII. 34. (B.), Dist. LXXII. c. 3.

C. CCCXCVI. t) Hab. ann. 516. c. 4. — Coll. Dach. II. 26., Ans. ded. II. 221. — Burch. II. 87. (R.), Decr. IV. 22. (B.): *Ex eod.* (Conc. ap. S. Medard.) *c.* 10. C. XV. qu. 4. c. 1.

C. CCCXCIII. 648) Hoc Goth. caput additum est ex Trev. et

386 C. CCCXCVII. *Quod non oporteat absolute ordinationes fieri.*

Ex Concilio Chalcedonensi[u]).

Nullum absolute ordinari debere presbyterum aut diaconum, nec quemlibet in gradu ecclesiastico, nisi specialiter ecclesiae civitatis aut possessionis aut martyrii aut monasterii, qui[649]) ordinandus est, pronuncietur. Qui vero absolute ordinantur, decrevit sancta synodus, irritam haberi huiusmodi manus impositionem et nunquam posse ministrare, ad ordinantis iniuriam.

382 C. CCCXCVIII. *Ne super mortuorum cadaveribus carmina diabolica nocturnis horis cantentur.*

Ex Concilio quo supra[v]).

Laici, qui excubias funeris observant, cum timore et tremore et reverentia hoc faciant. Nullus ibi praesumat diabolica carmina cantare, non ioca et saltationes facere, quae pagani diabolo docente adinvenerunt. Quis enim nesciat, diabolicum esse, et non solum a religione Christiana alienum, sed etiam humanae naturae esse contrarium, ibi cantari, laetari, inebriari et cachinnis ora dissolvi, et omni pietate et affectu caritatis postposito, quasi de fraterna morte exsultare, ubi luctus et planctus flebilibus vocibus debuerat resonare pro amissione cari fratris? Patres siquidem veteris ac novi testamenti mortes[650]) sanctorum virorum legimus multis in locis cum fletu deplorasse, in nullo autem loco, quia a seculo recesserant, exsultasse. Nam et Iacob patriarcham flevit tota Aegyptus septuaginta diebus, et Ioseph et fratres eius, cum patrem deferrent

C. CCCXCVII. u) Hab. ann. 451. c. 6. (vers. Dionys.). — Coll. Dach. III. 37., Ans. ded. II. 37., IV. 24. — Burch. II. 6. (Ans. ded. L. IV.), Decr. VI. 26. (B.), Pan. III. 27. (D.), Ans. VII. 105., Dist. LXX. c. 1.

C. CCCXCVIII. v) Caput incertum. — Burch. X. 34. (R.), Decr. XI. 59. (B.): *Ex Conc. Arel. c. 3.;* in Codice enim, quali Burch. usus est, canon inscriptus: *Ex Conc. Arelat.* antecedit (Bal. c. 381.).

C. CCCXCVII. 649) *cui:* Hild. Bal. C. CCCXCVIII. 650) *mores:* Guelph. Vienn.

in terram Chanaan ad sepeliendum, celebrantes exequias ad aream Atad, quae sita est trans Iordanem, planctu magno atque vehementi impleverunt septem dies; tantus autem fuit planctus, ut locus inde nomen acceperit[651]). Et de beato Stephano legimus, quod sepelierunt eum, sive curaverunt viri timorati et fecerunt planctum magnum super eum. Et ideo talis inepta laetitia et pestifera cantica ex auctoritate Dei penitus interdicenda sunt. Si quis autem cantare desiderat, Kyrie eleyson cantet, sin aliter, omnino taceat, si autem tacere von vult, statim ab omnibus banniatur vel adiuretur, ut non habeat ibi Dei[652]) licentiam, amplius consistere, sed recedat et ad propriam eat mansionem. In crastinum autem taliter coërceatur, ut ceteri timeant.

C. CCCXCIX. *Item, ut nullus absolute ordinetur.* 387

Ex Capitularium Lib. I. cap. XXV.[w]).

Ut nullus absolute ordinetur et sine pronunciatione stabilitatis loci, ad quem ordinatur.

C. CCCC. *De examinatione ante ordinationem.* 388

Ex eodem, cap. CXXXVI.[x]).

Ut presbyteri non ordinentur, priusquam examinentur.

C. CCCCI. *De eadem re.* 389

Ex Concilio Meldensi, cap. LII.[y]).

Qui vero ex nostris parochiis aut ad titulum aut absolute ordinari petuntur, nullatenus ordinentur, nisi aut in loco certo et religioso, vel etiam in civitate, saltem uno anno immorentur, ut de vita et conversatione atque doctrina

---

C. CCCXCIX. w) Anseg. Capit. L. I. c. 25. (c. 25. Capitul. ecclesiast. Karoli M. ann. 789.).
C. CCCC. x) Ibid. c. 136. (c. 2. Capit. minor. ann. 803.).
C. CCCCI. y) Hab. ann. 853. c. 52. (28.). Cf. infra Reg. I. 452.

C. CCCXCVIII. 651) sic Codd. 652) *ibidem:* Trev. Hild. Bal.; *acciperet:* omnes

illius certitudo possit agnosci. Et nemo absolute ordinare quemquam praesumat, sicut sancti sanxerunt canones.

390 C. CCCCII. *Ut ordinati literas accipiant a suis ordinatoribus.*

Ex Concilio Africano [z]).

Placuit [653]), ut quicunque deinceps [654]) ordinantur per provincias Africanas [655]), literas accipiant ab ordinatoribus suis, manu eorum subscriptas, continentes consulem et diem, ut nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur.

391 C. CCCCIII. *Ut nullus alterius servum ordinare praesumat.*

Ex epistola Leonis Papae [a]).

Admittuntur [656]) passim ad ordinem sacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur, et qui a dominis suis libertatem consequi minime potuerunt, ad fastigium sacerdotii, tanquam servilis vilitas hunc honorem capiat, provehuntur [657]), et probari Deo posse creditur, qui domino suo necdum probare se potuit. *Et post pauca.* Debet enim esse immunis ab aliis, qui divinae militiae fuerit aggregandus, ut a castris dominicis, quibus nomen eius adscribitur, nullis necessitatum vinculis abstrahatur.

392 C. CCCCIV. *De eadem re.*

Ex Concilio Moguntiacensi, cap. XXXVI. [b]).

Si servus absente aut nesciente domino, episcopo

---

C. CCCCII. z) Dionys. c. 56. (89.) (c. 4. Concil. Milevit. hab. ann. 402.). — Coll. Dach. III. 121., Ans. ded. II. 16. — Burch. II. 46., Decr. VI. 147. (B.): *Ex Conc. Milevit. c.* 14.

C. CCCCIII. a) Excerpt. ex Leonis epist. ad universos episcopos per Campan. etc., scr. a. 443., c. 1. — Coll. Dach. III. 24., Ans. ded. II. 203. — Burch. II. 22., Decr. VI. 64. (B.), Dist. LIV. c. 21.

C. CCCCIV. b) Inter canones Moguntiacenses non est repertum. Est

C. CCCCII. 653) *Deinde placuit:* orig. Ans. ded. Burch. Decr. 654) *ab episcopis:* add. ibid. 655) *p. prov. Afr.:* desunt in Milevit. Burch. Decr.

C. CCCCIII. 656) *Non admittantur:* Guelph. Helmst. Bal. 657) *non provehantur:* Hild. Bal.

autem sciente[658]) diaconus aut presbyter fuerit ordinatus, ipse in clericatus officio permaneat, episcopus autem eum[659]) duplici satisfactione domino persolvat[660]). Si vero episcopus servum eum esse nescierit[661]), qui testimonium de illo[662]) perhibent, aut eum postulant[663]) ordinari, simili recompensatione[664]) teneantur obnoxii.

## C. CCCCV.[665]). *Ut nullus ministrorum alterius parochiae clericum latenter ad ordinationem subintroducat.* 237

### Ex Concilio Nannetensi[c]).

Omnibus ministris ecclesiasticae dignitatis interdicimus, ut nullus, quocunque munere aut favore corruptus, clericum alterius parochiae latenter ac furtive ad ordina-

---

autem c. 40. Concilii Wormatiensis, hab. ann. 868., cui congruit c. 8. Concilii Aurelian. I. hab. ann. 511.; cf. c. 23. Concil. Moguntin. sub Karolo M. hab. a. 813. — Burch. II. 24., Decr. VI. 125. (B.), Dist. LIV. c. 19.: *Ex Conc. Aurel. c.* 5.

C. CCCCV. c) C. 7. (cf. supra ad C. CV. not. b). — Burch. I. 106. (R.), Decr. V. 208. (B.).

C. CCCCIV. 658) *quod servus sit:* add. orig. 659) *ipso in cl. off. permanente, episcopus eum:* Aurel. Coll. citt. 660) *compenset:* ibid. 661) *et ita eum ad sacros ordines promovit:* add. Worm. 662) *de illo:* desunt in Aurel. Coll. citt. 663) *supplicaverint:* ibid. 664) *redhibitione:* ibid.

C. CCCCV. 665) Emendator Reginonis (de quo cf. praef.) propter illam in fine capitis notam, hoc quoque caput a recto suo removit loco, citatoque illi adposuit; quum autem capitum seriem non aeque in Indice permutaverit, in omnibus Codd. interpolatis h. l. in indice sequitur inscriptio nostri capitis, quamquam caput ipsum in contextu multo anteriore loco iam erat interiectum. Quamobrem apud Bal. quoque inscriptionem nostram h. l. legimus, sed contextum minime cum ea congruentem. Quum enim in contextu iam non adesset h. l. caput respondens inscriptioni indicis, lacunam explendam ratus, idem emendator vel alius quis aliud sub eadem illa inscriptione (satis licet inepte, quum huc non pertineat) addidit caput, quod quidem in omnibus praeter Trev. et Goth. Codicibus h. l. legitur (Bal. c. 393.), in his duobus autem deest. (Cf. infra I. 431., ubi eidem capiti rectum aptumque dedimus locum.)

tionem subintroducere praesumat. Quod si fecerit, iuxta Chalcedonense decretum is, qui ordinatus est, donum sancti Spiritus, quod furari conatus est, amittat, et qui mediator exstitit, si clericus est, proprio gradu decidat, si laicus aut monachus, anathematizetur.

Require supra C. CCXXXVII.

Bal. 393. vid. infra I. 431.

## C. CCCCVI. *Item de servis ordinandis.*

394 Ex Concilio Toletano [d]).

Quicunque libertatem a dominis suis ita percipiunt, ut nullum sibimet in eis obsequium patronus retentet, isti, si sine crimine sunt, ad clericatus ordinem libere suscipiantur, quia directa manumissione absoluti noscuntur. Qui vero retenti [666]) obsequio manumissi sunt, pro eo, quod adhuc a patronis servitute tenentur obnoxii, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promovendi, ne, quando voluerint eorum domini, fiant ex clericis servi.

395

## C. CCCCVII. *De eadem re.*

Ex Capitularibus, tit. LXXXIV. [e]).

Si laici clericos probabilis vitae et doctrinae episcopis consecrandos, suisque in ecclesiis constituendos obtulerint, nulla qualibet occasione eos reiiciant.

396

## C. CCCCVIII. *De eadem re.*

Ex eodem, cap. LXXXII. [f]).

De servorum ordinatione, qui passim ad gradus eccle-

---

C. CCCCVI. d) Concil. Tolet. IV. hab. 633. c. 73. — Ans. ded. X. 56. — Burch. II. 25. (ex Ans. ded.), Decr. VI. 126. (B.), Pan. III. 46. (D.), Dist. LIV. c. 5.

C. CCCCVII. e) Anseg. Capit. L. I. c. 84. (c. 9. Capitul. Aquisgran. ann. 817.).

C. CCCCVIII. f) Anseg. Capit. L. I. c. 82. (c. 6. ibid.). — Burch. II. 31. (R.), Decr. VI. 132. (B.), Dist. LIV. c. 6.: *Ex eodem (Tolet.)* c. 82. Burchardus inscriptionem Reginonis recepit; quum autem apud ipsum canones nonnulli Toletani antecedant, hoc quoque caput et sequentia (ap. Regin. I. 409—411. 414—416.) ex Conc. Toletan. esse finguntur, itemque apud Ivonem et Gratianum.

C. CCCCVI. 666) *retento:* Bal.

siasticos indiscrete promoventur, placuit omnibus cum sacris canonibus concordare debere, et statutum est, ut nullus episcoporum deinceps eos ad sacros ordines promovere praesumat, nisi prius a dominis propriis libertatem consecuti fuerint. Et si quilibet servus dominum suum fugiens aut latitans, aut adhibitis testibus munere conductis vel corruptis, aut qualibet calliditate vel fraude ad gradus ecclesiasticos pervenerit, decretum est, ut deponatur, et dominus eius eum recipiat. Si vero avus vel pater ab alia patria in aliam migrans, in eadem provincia filium genuerit, et ipse filius ibidem educatus et ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, et utrum servus sit, ignotum sit[667]), et postea veniens dominus illius legibus eum acquisierit, sancitum est, ut si dominus eius illi libertatem dare voluerit, in gradu suo permaneat. Si vero eum catena servitutis a castris dominicis abstrahere voluerit, gradum amittat, quia iuxta sacros canones vilis persona manens sacerdotii dignitate fungi non potest.

### C. CCCCIX. *De peculio servorum* [g]). 397

De rebus vero illorum vel peculiare, qui a dominis propriis libertate donantur, ut ad gradus ecclesiasticos iure promoveantur[668]), statutum est, ut in potestate dominorum consistat[669]), utrum illis concedere, an sibi vindicare[670]) voluerint.

### C. CCCCX. *De peculio ordinatorum* [h]). 398

Ceterum, si post ordinationem aliquid acquisierit, illud observandum est, quod in canonibus de consecratis nihil habentibus constitutum est.

---

C. CCCCIX. g) Anseg. ibid. (Capit. Aquisgr. ibid.). — Burch. II. 23. (R.), Decr. VI. 38. (B.), Dist. LIV. c. 8.: *Ex Concil. Toletan.;* cf. supra c. CCCCVIII. not. f).

C. CCCCX. h) Anseg. et Cap. ibid. — Burch. III. 122. (R.), Decr. III. 96. (B.): *Ex Conc. Tolet.;* cf. supra not. f).

C. CCCCVIII. 667) *ignoraverit:* orig.

C. CCCCIX. 668) *grad. eccl. promoveri debeant:* Coll. citt. 669) *quicquid ante libertatem habuerunt:* add. ibid. 670) *retinere:* ibid.

399 C. CCCCXI. *De ecclesiarum servis* [i]).

De ecclesiarum vero servis communi sententia est decretum, ut archiepiscopi per singulas provincias constituti nostram auctoritatem, suffraganei autem illorum exemplar illius penes se habeant. Et quandocunque de familia ecclesiae utilis inventus aliquis ordinandus est, in ambone ipsa auctoritas coram populo legatur, et coram sacerdotibus et omni clero [671]) ante cornu altaris, sicut in nostra auctoritate continetur, remota qualibet calliditate, libertatem consequatur et tunc demum ad gradus ecclesiasticos promoveatur.

400 C. CCCCXII. *De monasteriorum familiis* [k]).

Similiter quoque de his agendum est, quos laici de familia ecclesiarum ad sacros ordines promovere voluerint. Sed et de his, quos praepositi canonicorum aut monachorum ordinandos expetierint, eadem forma servanda est.

401 C. CCCCXIII. *Exemplar libertatis supra notatum* [l]).

Auctoritas ecclesiastica patenter admonet, insuper et maiestas regia canonicae religioni assensum praebet, ut quemcunque ad sacros ordines ex familia propria promovere ecclesia quaeque delegerit, in praesentia sacerdotum, canonicorum simul et nobilium laicorum eius, cui subiectus [672]) est, subscriptione vel manumissione [673]) sub libertatis testamento sollemniter roboretur. Idcirco ego [674]) in Dei nomine episcopus, vel abbas, vel quilibet alius,

---

C. CCCCXI. i) Anseg. et Cap. ibid. — Burch. II. 32. (R.), Decr. VI. 133. (B.): *Ex eod. Concil. (Tolet.) c.* 33.

C. CCCCXII. k) Anseg. et Cap. ibid.

C. CCCCXIII. l) Novae Formularum collectionis, a Baluzio editae, c. 43.; similia exhibet Formul. Lindenbrog. c. 101. — Burch. II. 26. (R.), Decr. VI. 127. (B.): *Ex Conc. Remens. c.* 1.

C. CCCCXI. 671) *vel coram fidelibus laicis:* orig.

C. CCCCXIII. 672) *subiecta:* Helmst. Bal. 673) *vel man.:* des. in iisdem. 674) *ego Adventitius, annuente Christo sanctae Mettensis ecclesiae episcopus quendam:* orig.; *ego Burchardus, Deo annuente Wormaciensis ecclesiae episcopus quendam:* Coll. citt.

annuente Christo sanctae illius ecclesiae rector quendam ecclesiae nostrae famulum, nomine illum [675]), sacris ordinibus oblatum, ad altaris cornu, nobilium virorum in praesentia per hoc auctoritatis testamentum statuo, ita, ut ab hodierno die et tempore bene ingenuus atque ab omni servitutis vinculo securus permaneat, tanquam si ab ingenuis parentibus fuisset procreatus vel natus, eandemque pergat partem, quamcunque volens canonice elegerit, ita, ut deinceps nec nobis, neque successoribus nostris ullum debeat noxiae conditionis servitium, sed omnibus diebus vitae suae sub certa plenissimaque ingenuitate, sicut alii cives Romani, per hunc manumissionis atque ingenuitatis titulum bene semper ingenuus atque securus existat. Suum [676]) vero peculiare, quod habet, vel quod abhinc vel deinceps assequi poterit, faciat inde secundum canonicam auctoritatem libere, quidquid voluerit. Et ut haec ingenuitatis pagina inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria illam roboravimus.

C. CCCCXIV. *Exemplar libertatis de proprio servo* m). 402

Qui debitum sibi nexum atque competens relaxat servitium, praemium in futuro apud dominum sibi provenire non dubitet. Quapropter ego in Dei nomine ille pro remedio animae meae vel aeterna retributione in ecclesia sancti Petri vel illius sancti sub praesentia episcopi vel sacerdotum ibi consistentium ac nobilium laicorum, ante cornu altaris istius ecclesiae, absolvo servum meum illum per hanc cartam absolutionis et ingenuitatis ab omni vinculo servitutis, ita, ut ab hac die et deinceps ingenuus sit et ingenuus permaneat, tanquam si ab ingenuis parentibus fuisset natus vel procreatus, eam pergat partem, quam maluerit, vel quam ei auctoritas canonica permittit, et, sicut alii cives Romani, vitam ducat ingenuam. Nulli

C. CCCCXIV. m) Similia invenies in Formul. Sirmond. c. 12., Marculfi II. 32., Bignonian. c. 1., Lindenbrog. c. 96., neque vero inter editas exstat formula, quae omnino quadret cum Reginone. — Burch. II. 30. (R.), Decr. VI. 131. (B.): *Ex Conc. Toletan.;* cf. supra c. CCCCVIII. not. f).

C. CCCCXIII. 675) *Eberhardum:* ibid. 676) *De suo:* Helmst. Bal.

autem heredum meorum ac proheredum, nec cuicunque alii personae quicquam debeat servitutis vel libertinitatis [677]) obsequium, nisi soli Deo, cui omnia subiecta sunt, vel pro cuius amore ipsum devotus ad eius servitium obtuli. Peculiare vero suum, quod ei dominus dederit et deinceps Deo auxiliante laborare potuerit, concessum in perpetuum habeat, ut inde faciat, quidquid illi placuerit secundum ecclesiasticas sanctiones. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si ego ipse aut aliquis ex heredibus meis vel quaelibet opposita persona contra hanc ingenuitatis cartam venire tentaverit, aut eam quolibet modo infringere voluerit, inprimitus*) iram Dei incurrat, et a liminibus sanctae Dei ecclesiae extraneus efficiatur, et insuper, cui litem intulit, sexaginta solidos persolvat, et quod repetit, evindicare non valeat, sed praesens ingenuitas mea vel aliorum bonorum hominum manibus roborata cum adstipulatione subnixa omni tempore maneat inconvulsa.

Debent [n]) autem suprascriptae ingenuitatis cartae non solum nomen illius, qui has fieri rogat, sed etiam nomina sacerdotum et nobilium laicorum, qui ibi adfuerunt, in ordine digesta cum signis propria manu impressis continere: nam sine horum adstipulatione pagina auctoritate testium nudata pro nihilo deputatur. Oportet etiam, ut locum, diem, annum et consulem, indictionem, in fine vel in margine adnotatam habeat in hunc modum: Actum illa civitate, in domo sancti Petri, Kalendis illis, anno dominicae incarnationis illo, regnante illo rege, et praesidente in cathedra supradictae civitatis episcopo illo, vel in monasterio illo, indictione illa, in Dei nomine feliciter. Amen. Ait enim Romana auctoritas [o]): *Quaecunque leges sine die et consule fuerint prolatae, non valeant.*

---

n) Verba fortasse Reginonis. — Burch. II. 27. (R.), Decr. VI. 128. (B.): *Ex Conc. Tolet.;* cf. supra not. f).

o) Interpr. L. I. Cod. Theod. De constitut. Princip. (I. 1.).

C. CCCCXIV. 677) *libertatis:* Helmst. Bal. *) *primitus:* ibid.

C. CCCCXV. *Quod manumissio in ecclesia debet fieri.* 403

Unde supra p).

Instruendi sunt praeterea laici, ut sciant, quod nullatenus alio loco manumittere proprios possunt servos, quos dominicis castris aggregari decreverunt, nisi in sacrosancta ecclesia ordine supra notato. Quomodo enim clerici extra ecclesiam libertatem consequi possunt, qui a lege mundana extranei sunt, et, quibus interdicitur, ne ad seculare iudicium procedant, quomodo seculari iudicio a iugo servitutis absolvuntur? Sed fortasse dicit aliquis: clericus fieri non permittitur, nisi ante susceptum clericatus officium ingenuitatis dignitate potiatur. Revera verum dicit, et ideo, quod infirmari vel vituperari potest, praecaveri debet.

C. CCCCXVI. *De eadem re.* 404

Unde supra q).

Non solum autem, qui ad clericatus ordinem promovendi sunt, in ecclesia manumittendi sunt, verum etiam hi, quos quisque pro remedio animae suae emancipari [678]) vult, secundum legem mundanam in ecclesia absolvi debent, et eiusdem ecclesiae patrocinio commendari. Scriptum quippe est in Pacto Francorum *):

C. CCCCXVII. *De eadem re.* 405

Ex Pacto r).

Hoc etiam volumus, ut qualiscunque Francus Ripuarius servum suum pro remedio animae suae secundum legem Romanam liberum facere voluerit, ut in ecclesia coram presbyteris, diaconibus seu cuncto clero et plebe in manu episcopi servum cum tabulis tradat, et episcopus archidia-

---

C. CCCCXV. p) Caput incertum. — Burch. II. 28. (R.), Decr. VI. 129. (B.): *Ex Conc. Toletano.*

C. CCCCXVI. q) Caput incertum. — Burch. II. 29. (R.), Decr. VI. 130. (B.): *Ex eod. Concil.* (Tolet.).

C. CCCCXVII. r) Legis Ripuariorum tit. 58. c. 1. 4.

C. CCCCXVI. 678) *emancipare:* Hild. Bal.

*) Haec ultima verba Burch. quoque exhibet, sed caput sequens, ad quod illa respiciunt, deest in eius collectione.

cono iubeat, ut ei tabulas secundum legem Romanam, qua ecclesiae vivunt[679]), scribere faciat, et tam ipse, quam et omnis procreatio eius liberi permaneant, et sub tuitione ecclesiae consistant, et omnem reditum status sui ad ecclesiam persolvant, et non alicubi[680]) nisi ad ecclesiam, ubi relaxati sunt, mallum teneant. Et si absque liberis discesserint, nullum alium nisi ecclesiam relinquant heredem.

406 C. CCCCXVIII. *De eadem re.*

Ex lege Romana[s]).

Imperator Constantinus Augustus Osio episcopo Cordubensi. Qui manumittendi in sacrosancta ecclesia habuerit voluntatem, tantum est, ut sub praesentia sacerdotum servos suos velit[680a]) absolvere, noverit, eos, suscepta libertate, cives esse Romanos. Nam si clerici mancipiis suis dare voluerint libertatem, etiamsi extra conspectum fecerint sacerdotum, vel sine scriptura verbis tantum fuerint absoluti, manebit, sicut civibus Romanis, integra et plena libertas.

407 C. CCCCXIX. *Quod carta libertatis in ambone sit legenda.*

Ex Concilio Triburiensi[t]).

Ut nulli de servili conditione ad sacros ordines promoveantur, nisi prius a dominis propriis legitimam libertatem consequantur, cuius libertatis carta ante ordinationem in ambone publice legatur, et si nullus contradixerit,

---

C. CCCCXVIII. s) Interpr. L. un. Cod. Theod.: De manumiss. in eccles. (IV. 7.). (Dat. XIV. Kal. Maii, Crispo II. et Constantino II. Coss. a. 321.

C. CCCCXIX. t) Non exstat inter impressa capitula Trib.; sed cf. c. 29. Concil. Tribur. (ann. 895.) et *Beitr.* p. 22 seqq. et p. 174. c. 8. — Burch. II. 21. (R.), Decr. VI. 41. (B.), Pan. III. 48. (D.), Dist. LIV. c. 2.; cf. Reg. App. I. c. 44.

C. CCCCXVII. 679) Hild. suo more mutavit: *quae in ecclesia viget.* 680) *alibi:* Hild. Bal.

C. CCCCXVIII. 680a) *voluerit:* Bal.

rite consecrabitur. Porro [681]), si postea de gradu deciderit, eius sit conditionis, cuius fuerat ante gradum.

Require supra cap. CCCXCIV.

C. CCCCXX. *Ut nullus alterius clericum ordinet.* 384

Ex Concilio Nicaeno [u]).

Si quis episcopus clericum ad alium pertinentem audacter [682]) invadere et in sua ecclesia ordinare tentaverit non consentiente episcopo, a quo discessit [683]), ordinatio huiusmodi irrita comprobetur.

C. CCCCXXI. *Item de ordinatione.* 408

Ex Concilio Neocaesariensi [v]).

Presbyter ante trigesimum aetatis suae annum nullatenus ordinetur, licet valde sit dignus, sed hoc tempus observet. Nam Dominus noster trigesimo aetatis anno baptizatus est [684]).

C. CCCCXXII. *De Diaconis.* 409

Ex Concilio Carthaginensi [w]).

Item placuit, ut ante XXV annos aetatis nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur.

---

C. CCCCXX. u) Hab. a. 325. c. 16. — Coll. Dach. III. 98. (fons). — Burch. I. 109., Decr. V. 211. (B.), Dist. LXXI. c. 3.

C. CCCCXXI. v) Hab. ann. 314. c. 11. (vers. Dionys.). — Coll. Dach. III. 101. (fons), Ans. ded. II. 19. IV. 7.; (Burch. II. 10., Decr. VI. 30. (B.), Pan. III. 29. (D.); cf. Reg. App. II. 11.)

C. CCCCXXII. w) Conc. Carthag. III. (hab. ann. 397.) c. 4. — Coll. Vat. c. 222., Coll. Dach. III. 79. (fons), ut Reg., Hispanam exhibent versionem, Dach. III. 118. vero Dionys.; Ans. ded. IV. 134. VI. 37. (Dion.). — Burch. II. 11. (R.), Decr. VI. 31. (B.).

C. CCCCXIX. 681) *Porro servus non canonice consecratus, postquam de gradu deciderit, eius sit conditionis, cuius fuerat ante gradum:* Coll. citt.

C. CCCCXX. 682) Hild. pro *audacter* legit *aut Diaconum.* 683) *is, qui regulae mancipatur:* add. orig. Coll. citt.

C. CCCCXXI. 684) *et sic coepit docere:* add. orig. Coll. citt.; eadem verba Goth. quoque exhibet, sed a recentiori manu scripta.

410 C. CCCCXXIII. *Qui partem digiti sibi abscidit, clericus esse non debet.*

Ex epistola Felicis Papae[x]).

Qui igitur partem digiti sibi abscidit volens, hunc ad clerum canones non admittunt; cui vero casu hoc accidit, et clerici possunt fieri, et, si in clero fuerint reperti, non abiici.

411 C. CCCCXXIV. *De illiteratis presbyteris.*

Ex epistola Gelasii Papae[y]).

Illiteratos quoque aut aliqua parte corporis imminutos nullus praesumat ad clerum provehere, quia nec literis carens sacris esse potest aptus officiis et vitiosum nihil Deo prorsus offerri legalia praecepta sanxerunt. Similiter[z]) qui se ipsos abscidunt.

412 C. CCCCXXV. *Ne criminosi ad clerum admittantur.*

Ex eadem epistola[a]).

Ait enim Apostolus: *Manus nemini cito imposueris, neque communicaveris peccatis alienis.*

413 C. CCCCXXVI. *Ut daemonibus similibusque passionibus irretiti ministeria sacra tractare non debeant.*

Ex eadem epistola[b]).

Usque adeo sane comperimus illicita quaeque prorumpere, ut daemonibus similibusque passionibus irretitis mini-

---

C. CCCCXXIII. x) Immo ep. Innocent. P. ad Felicem Nucerian. episc. c. 1. (scr. inter a. 401. et 417.) (ap. Dionys. inter decreta Innocent. c. 28.). — Coll. Dach. III. 13. (fons), Ans. ded. V. 43. — Burch. II. 14., Decr. VI. 58. (B.), Pan. III. 43. (D.), Ans. VII. 35., Dist. LV. c. 6.

C. CCCCXXIV. y) Excerpt. ex ep. Gelasii P. ad episc. Lucaniae, Brutt. et Sicil. c. 16. (scr. a. 494.). — Coll. Dach. III. 2. (fons) integrum continet cap. — Burch. II. 18. (R.), Decr. VI. 37. (B.), Pan. III. 46. (D.), Dist. XXXVI. c. 1.

z) Haec desumta sunt ex c. 17. eiusd. epistol. — Coll. Dach. III. 3. (fons).

C. CCCCXXV. a) Excerpt. ex c. 18. eiusd. ep. — Coll. Dach. III. 4. (fons).

C. CCCCXXVI. b) Excerpt. ex c. 19. eiusd. ep. — Coll. Dach. III. 5. (fons). — Burch. II. 20. (R.), Decr. VI. 40. (B.) II. 88., Dist. XXXIII. c. 5.

steria sacrosancta tractare tribuatur. *Et post pauca:* Si corpore sauciatum aut debilem nequaquam sancta contingere lex divina prohibet, quanto magis doni coelestis dispensatores non convenit, quod est deterius, mente perculsos?

## C. CCCCXXVII. *De filiis concubinarum, ne ad clerum admittantur.* 414

### Ex Concilio Aurelianensi, cap. X. c).

De his, qui ex concubinis filios habent et uxores legitimas habuerunt, et defunctis uxoribus sibi concubinas publice sociant[685]), id observandum censuimus, ut, sicut eos, qui iam clerici per ignorantiam ordinati sunt, non removemus, ita statuimus, ne ulterius ordinentur.

## C. CCCCXXVIII. *De eadem re.* 415 416

### Ex Concilio Meldensi, cap. LXIV. d).

Raptores virginum et viduarum, qui etiam postea voluntate parentum eas quasi desponsatas[686]) sub dotalitii nomine in coniugium duxerunt, publicae poenitentiae subigantur[687]), et post publicam poenitentiam[688]), ne in peius corruant, iterum convenientes de cetero eleemosynis et ceteris quibuscunque salvificae conversationis actionibus inservire procurent, usque quo ab opere coniugali ex consensu se valeant abstinere. Filii[689]) *) vero ex huiuscemodi vituperabili coniunctione ante coniugium minus laudabile procreati, ad ecclesiasticam dignitatem nullo modo

---

C. CCCCXXVII. c) Concil. Aurelian. II., hab. ann. 538., c. 9. — Burch. II. 19. (R.), Decr. VI. 39. (B.).

C. CCCCXXVIII. d) Hab. ann. 845., c. 64. (40.).

*) C. I. qu. 7. c. 17.

C. CCCCXXVII. 685) *crediderint sociandas:* orig.

C. CCCCXXVIII. 686) *desponsantes:* orig. 687) *subiungentur:* Helmst.; *subiungantur:* Bal. 688) *prout praeviderit episcopus, peractam:* add. orig. 689) Hoc loco Guelph. Vienn. Helmst. Bal. novum incipiunt caput, minus autem recte, quum, quae antecedunt, proprie minime huc pertineant, sed sequentia tantum Regino vero totum canonem 64 huius Concilii exhibere maluerit, ut res melius cohaereat.

provehantur, nec de tali coniugio generati ecclesiasticis ordinibus applicentur, nisi forte eos aut maxima ecclesiae utilitas et necessitas, aut evidens meritorum praerogativa commendet.

417 418 C. CCCCXXIX. *De eadem re.*

Ex lege Romana[e]).

Si quis incestas aut nefarias nuptias inierit, nec uxorem habere videtur nec filios. Nam hi, qui ex huiusmodi conceptione nati fuerint, quamvis videantur nasci*), patrem nullatenus habere censentur, et tanquam si de adulterio concepti fuissent, deputantur. Eos [690]) itaque, quos publicae leges non admittunt, sed velut infamiae maculis respersos respuunt, et quasi degeneres despiciunt, ecclesiastica dignitas nullatenus recipit, praesertim cum nihil maculosum Deo rite possit offerri vel eius servitio applicari.

419 C. CCCCXXX. *Ut nullus alterius suscipiat clericum.*

In canonibus Apostolorum[f]).

Episcopus, apud quem moratos clericos alterius esse constiterit, si contra eos decretam cessationem pro nihilo reputans, tanquam clericos fortasse susceperit, velut magister inquietudinis communione privetur.

393 C. CCCCXXXI. *De eadem re.*

Ex epistola Innocentii Papae[g]).

Ut de aliena ecclesia clericum ordinare nullus episcopus usurpet, nisi alterius episcopi precibus exoratus fecerit, vel ipse episcopus exoratus concedere voluerit. Hoc etiam

---

C. CCCCXXIX. e) Breviar. Gaii inst. I. 4. §. 8.

C. CCCCXXX. f) C. 16.

C. CCCCXXXI. g) Epist. Innocent. P. ad Victric. Rotomag. episc. (scr. a. 404.) c. 7. (apud Dionys. inter decreta Innoc. c. 14.); vers. Dionys. — Ans. ded. II. 115. V. 54.

C. CCCCXXIX. *) *quamlibet matrem habere videantur:* orig. 690) Hoc caput sine ulla inscriptione in omnibus Codd. priori capiti adnexum est. Bal. utrumque separat. Sed, quae iam sequuntur, nec in Gaio, nec alias sunt reperta.

synodus statuit Nicaena, ut abiectum ab altero clericum altera ecclesia non recipiat.

C. CCCCXXXII. *De eadem re.* 420

Ex decretis Leonis Papae[h]).

Alienum clericum invito episcopo ipsius nemo suscipiat, nemo sollicitet, nisi forte ex placito caritatis id inter dantem accipientemque conveniat. Nam gravis iniuriae reus est, qui de fratris ecclesia id, quod est utilius aut pretiosius, audet vel abiicere[691]) vel tenere.

C. CCCCXXXIII. *De transfugis clericis*[i]). 421

Itaque, si intra provinciam res agitur, transfugam clericum ad ecclesiam suam metropolitanus redire compellet. Si autem longius recessit, tui[692]) praecepti auctoritate revocabitur.

C. CCCCXXXIV. *Unde supra*[k]). 422

Fugitivum vero clericum aut monachum deserentem disciplinam[693]), velut contemtorem placuit revocare.

C. CCCCXXXV. *De eadem re.* 423

Ex dictis Basilii episcopi[l]).

Si quis eum, qui districtionem ecclesiasticam non

---

C. CCCCXXXII. h) Leonis P. ep. ad Anastas. episc. Thessalonicens. (scr. a. 446.), c. 9. (apud. Dionys. inter decreta Leonis c. 39.). — Coll. Vat. c. 247. (fons), Dach. III. 29., Ans. ded. II. 116. V. 61. — C. XIX. qu. 2. c. 1.

C. CCCCXXXIII. i) Ibid. — Coll. Vat. c. 243. 247. (fons), Dach. ibid., Ans. ded. V. 61.

C. CCCCXXXIV. k) Regul. S. Ferreoli. c. 20. i. f. — Coll. Vat. c. 244. (fons): *Unde supra. Sci. Ferreoli epi.* — Burch. VIII. 26. (R.), Decr. VII. 76. (B.): *Ex decret. Leonis P.*, antecedens enim ap. Regin. caput ex Leonis decretis desumtum est. — Coll. tr. p. II. 50. c. 4.: *Ferreoli.*

C. CCCCXXXV. l) Reg. Tarnatens. c. 13. (Holst. T. I. p. 183.). — Coll. Vat. c. 249. (fons): *Ex institutis patrum.* — Burch. II. 228. (R.), Sav. III. 65. (B.).

C. CCCCXXXII. 691) sic et Coll. Vat.; *allicere:* orig. Coll. rell.

C. CCCCXXXIII. 692) omnes Codd.: *sui*, quod tamen cum nullum praebeat sensum, orig. et Coll. citt. secuti sumus.

C. CCCCXXXIV. 693) *et perdentem se:* add. orig. Vat.

ferens fugam meditari agnoverit, si non statim prodiderit, perditionis [694]) illius participem se esse non dubitet, et tamdiu a conventu fratrum sequestrandus est, quamdiu ille valeat revocari.

424 C. CCCCXXXVI. *Ut clerici cum epistolis episcopi sui proficiscantur.*

In canonibus Apostolorum [m]).

Si quis clericus aut laicus ad alteram properat civitatem et suscipitur praeter commendatitias epistolas, et, qui susceperit, et, qui susceptus est, communione privetur.

425 C. CCCCXXXVII. *De eadem re.*

Ex Concilio Antiocheno [n]).

Nullus peregrinorum sine pacificis, id est, commendatitiis suscipiatur epistolis.

426 C. CCCCXXXVIII. *De eadem re.*

Ex Concilio Chalcedonensi [o]).

Peregrinos clericos et lectores in alia civitate praeter commendatitias literas episcopi sui nusquam penitus ministrare debere.

427 C. CCCCXXXIX. *De eadem re.*

Ex Concilio Agathensi [p]).

Presbyter aut diaconus ant clericus sine antistitis sui epistolis ambulans, communionem ei nullus impendat.

---

C. CCCCXXXVI. m) C. 13. — Burch. II. 136. (R.), Decr. VI. 210. (B.), Pan. III. 65. (D.).

C. CCCCXXXVII. n) Hab. ann. 332. c. 7. (vers. Dion.). — Coll. Ans. ded. V. 57. — Burch. II. 137. (R.), Decr. VI. 211. (B.).

C. CCCCXXXVIII. o) Hab. ann. 451. c. 13. (vers. Dion.). — Coll. Dach. III. 89., Ans. ded. V. 50. — Burch. II. 139. (R.).

C. CCCCXXXIX. p) Hab. ann. 506. c. 52. — Coll. Dach. III. 156. (fons). — Burch. II. 44. (R.), Decr. VI. 145. (B.).

C. CCCCXXXV. 694) *pro-* Bal. *ditionis:* Guelph. Helmst. Vienn.

### C. CCCCXL. *De eadem re.* 428

### Ex Concilio Chalcedonensi[q]).

Omnes pauperes et indigentes ecclesiastico auxilio, cum proficiscuntur, cum probatione epistolii vel ecclesiasticis pacificis tantummodo commendare decrevimus, et non commendatitiis literis, propter quod commendatitias literas honoratioribus tantummodo personis praestari conveniat.

### C. CCCCXLI. *De eadem re.* 429

### Ex eodem Concilio[r]).

Clericis sine commendatitiis epistolis episcopi sui licentia non pateat evagandi. In monachis quoque praesentis sententiae forma servetur.

### C. CCCCXLII. *De eadem re.* 431

### Ex Concilio Sardicensi[s]).

Ianuarius episcopus dixit: Illud quoque statuat sanctitas vestra, ut nulli episcopo liceat alterius episcopi civitatis ministrum ecclesiasticum sollicitare et in suis parochiis ordinare.

### C. CCCCXLIII. *De eadem re.* 432

### Ex eodem Concilio[t]).

Osius episcopus dixit: Et hoc universi constituimus, ut, quicunque ex alia parochia voluerit alienum ministrum sine consensu episcopi ipsius et voluntate ordinare, non sit rata ordinatio eius.

---

C. CCCCXL. q) Hab. ann. 451. c. 11. — Coll. Dach. III. 155. (fons), Ans. ded. V. 49. — Burch. II. 143. (R.), Decr. VI. 216. (B.).

C. CCCCXLI. r) Immo Conc. Agath. (hab. ann. 506.) c. 38. — Coll. Dach. III. 157. (fons), item inscr.: *Ex eod. Concil.*, sed antecedit canon Agath. 52. (Reg. I. 439.). — Burch. II. 142. (R.), Decr. VI. 215. (B.): *Ex eod. Concil.* (antecedit autem canon. Carthagin.).

C. CCCCXLII. s) Hab. ann. 347. c. 18. (vers. Dionys.). — Coll. Ans. ded. II. 119. V. 52.

C. CCCCXLIII. t) Ibid. c. 19. — Coll. Ans. ded. II. 113. V. 53. — Dist. LXXI. c. 1.

430 C. CCCCXLIV. *Unde supra.*

In canonibus Apostolorum[u]).

Nullus episcoporum peregrinorum, presbyterorum aut diaconorum sine commendatitiis suscipiantur epistolis, et, cum scripta detulerint, discutiantur attentius et ita suscipiantur.

433 C. CCCCXLV. *De eadem re.*

Ex Concilio Laodicensi[v]).

Quod non oporteat sacerdotem vel clericum sine literis proficisci canonicis.

434 C. CCCCXLVI. *De eadem re.*

Ex Concilio Meldensi, cap. L.[w]).

Ut presbyteri vel quilibet clerici in alterius parochiam sine formata non recipiantur neque retineantur, nec etiam ministrare sinantur. Criminati autem ab omnibus excludantur et eiiciantur a parochiis, in quibus delitescunt[695]), usque quo ad eum revertantur episcopum, a quo aufugisse noscuntur.

435 C. CCCCXLVII. *De eadem re.*

Ex eodem Concilio, cap. LI.[x]).

Qui cum senioribus suis de aliis provinciis ad nostras provincias veniunt sine formata, ministrare non permittantur; quam etsi attulerint et ministrare idonei inventi fuerint, instruantur, quam religiose atque studiose sacrum ministerium peragant, et in quibus locis illud agere non debeant.

---

C. CCCCXLIV. u) C. 34. — Coll. Ans. ded. II. 154. IV. 57.

C. CCCCXLV. v) Hab. inter ann. 347. et 381. c. 41. — Ans. ded. II. 155. IV. 58. V. 47. — Burch. II. 45. (R.), Decr. VI. 146. (B.).

C. CCCCXLVI. w) Hab. ann. 845. c. 50. (26).

C. CCCCXLVII. x) Ibid. c. 51. (27). — Burch. II. 144. (R.), Decr. VI. 217. (B.).

C. CCCCXLVI. 695) *reiiciantur a par., in quibus cupiunt immorari usque quo:* orig.

## C. CCCCXLVIII. *De clericis.* 436

Ex eodem[y]).

Clerici vero, si ab huiusmodi hominibus ad ordinandum offeruntur, instrui debent, ut ad episcopos, ex quorum parochiis sumti sunt, eos remittant, et aut ibi ordinentur, aut literas canonicas ab episcopo, ex cuius dioecesi sunt, perferant[696]), sicut canonica docet auctoritas.

## C. CCCCXLIX. *Nicaena synodus hunc ordinem inter episcopos in faciendis epistolis conservandum esse instituit*[z]). 437

Graeca elementa literarum numeros etiam exprimere nullus, qui vel tenuiter Graeci sermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas mos Latinus formatas appellat, aliqua fraus falsitatis temere praesumeretur, hoc a patribus CCCXVIII. Niceae constitutis saluberrime inventum est et constitutum, ut formatae epistolae hanc calculationis seu supputationis habeant rationem, id est, ut assumantur in supputationem prima Graeca elementa Patris et Filii et Spiritus sancti, id est, *Π, Υ, Α,* quae elementa octogenarium, quadringentesimum[697]) et primum significant numerum. Petri quoque apostoli prima litera, id est, *Π*, qui numeros[698]) octoginta significat; eius, qui scribit epistolam, prima litera; cui scribitur, secunda; accipientis tertia; civitatis quoque, de qua scribitur, quarta, et indictionis, quaecunque est illius temporis, numerus assumatur. Atque ita his omnibus literis Graecis, quae, ut diximus, numeros exprimunt, in unum ductis, unam, quaecunque collecta fuerit, summam epistola teneat. Addat praeterea separatim in epistola etiam nonagenarium et nonum numerum, qui se-

---

C. CCCCXLVIII. y) Ibid.

C. CCCCXLIX. z) Epist. formata Attico episcopo Constantinopolitano adscripta. — Coll. Dach. III. 158. (fons). — Decr. VI. 433. (R.), Ans. VI. 122. — Dist. LXXIII. prooem.

C. CCCCXLVIII. 696) *ferant:* Guelph. Helmst. Vienn. Bal.

C. CCCCXLIX. 697) *quadringentenarium*: Helmst. Bal. 698) *numerus:* ibid.

cundum Graeca elementa significat AMHN 699). Tres igitur praedictae literae Graecae, id est, *Π*, *Υ*, *Α*, et prima litera ex nomine Petri, id est, *Π*, DLX et I efficiunt numeros; *Π* enim, quae est prima in nomine summi Patris, LXXX numerat, *Υ* vero, quae est prima in nomine Filii, CCCC numerat, A vero, quae prima est in nomine Spiritus sancti, unum indicat. Si addas *Π*, quae in nomine Petri est prima, id est, LXXX, reperies DLXI. AMHN vero, quod in fine praedictae epistolae scriptum est, XCIX indicat; A enim unum, M, XL, H, VIII, N, L numerant, qui XCIX efficiunt numeros, sive summam totam simul iungas, DCLX epistola numeros tenet.

Sed propter minus scientes ponenda videntur elementa ipsa Graeca cum numeris propriis.

### Graeca literae 700).

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| I. | II. | III. | IV. | V. | VI. | VII. | VIII. | IX. | X. | XX. |
| *Α*. | *Β*. | *Γ*. | *Δ*. | *Ε*. | ϛ. | *Ζ*. | *Η*. | *Θ*. | *Ι*. | *Κ*. |
| XXX. | XL. | L. | LX. | LXX. | LXXX. | XC. | C. | CC. | CCC. | |
| *Λ*. | *Μ*. | *Ν*. | *Ξ*. | *Ο*. | *Π*. | ϙ. | *Ρ*. | *Σ*. | *Τ*. | |
| CCCC. | D. | DC. | DCC. | DCCC. | DCCCC. | | | | | |
| *Υ*. | *Φ*. | *Χ*. | *Ψ*. - | ϡ. | *Ω*. | | | | | |

### C. CCCCL. *Exemplar epistolae formatae* [a]).

438 In nomine *Π*. Patris et *Υ*. Filii et *Α*. Spiritus sancti. Ratbodus, sanctae Trevericae ecclesiae ac plebis ipsius humilis servus, Rotperto, reverendae sanctae Mettensis ecclesiae antistiti, in Christo pastorum principe mansuram cum gaudio prosperitatis ac perpetuitatis gloriam. Decreta sanctorum trecentorum decem et octo patrum Niceae constitutorum saluberrima servantes, Deo dignam piamque fraternitatem vestram canonice aggredimur, et sub nomine

---

C. CCCCL. a) Decr. VI. 434. (R.).—Hanc formatam Regino haud dubie ex foro et praxi dioecesis Treverensis recepit aeque ac sequentem.

C. CCCCXLIX. 699) Quae sequuntur, desunt in Coll. Dach., et ab ipso Reginone majoris perspicuitatis causa addita esse videntur. 700) In Codd., praeter numeros et literas, utriusque nomina quoque exhibentur, falsissima tamen, ita ut commemoratione eorum facile possim supersedere.

formatae epistolae reverenter vestram sanctitatem adimus, vobis videlicet [701]) intimando, quia praesenti presbytero nostro, nomine Gislemaro, has dimissorias dedimus literas, quem in nostra dioecesi ecclesiastice educatum, de ordine clericatus ad presbyteratus proveximus gradum, ut his canonicis munitus apicibus cum nostra licentia ei in vestra parochia sub defensione ac regimine vestrae carae dilectionis degere liceat, illumque in sinu sanctae matris ecclesiae canonice fovendum ac regendum vobis committimus. Hanc ergo epistolam Graecis literis hinc inde munire decrevimus, et annulo ecclesiae nostrae bullare censuimus. Christus pastorum princeps interventu beati Petri, cui specialiter ovile dominicum commissum est, fraternitatem vestram ad custodiam sui gregis diu nobis conservet incolumem. Amen. *Π*. *Υ*. *Α*. *Π*. *Ρ*. *Ο*. C. *Υ*. *Θ*. AMHN. Summa horum: MDXXXIX [702]). Data Treveris, Idib. Octobris, anno dominicae incarnationis DCCCCVI., indictione nona [703]).

## C. CCCCLI. *Item alia epistola* [b]). 439

Reverendissimo et sanctissimo Ratbodo, sanctae Treverensis ecclesiae archiepiscopo, Dado Wirdunensis ecclesiae devotus gregis Christi famulus in Domino vero Rege summae felicitatis beatitudinem. Cum sancta catholica ecclesia prompta sit sequi documenta evangelica, quae dicunt †): *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetae, mercedem Prophetae accipiet, et qui recipit iustum etc.*, et Apostolus iubeat hospitalitatem sectari et necessitatibus sanctorum virorum communicare, tamen [704]), qui cauteriatam

---

C. CCCCLI. b) Burch. II. 227. (R.), Decr. VI. 435. (R.), Dist. LXXIII. c. 1. — Burch.: *Ex decretis Nicaeni Concilii. Exemplar formatae epistolae, quae in Nic. syn. a sanctis patribus est formata et collaudata.* — Nomina et annus a Burch. sunt permutata.

†) *Matth. c.* 10. *v.* 41.

C. CCCCL. 701) *scilicet:* Hild. Bal. 702) Erravit h. l. aut Ratbodus, aut Regino, quum summa MCCCCXXXIX. tantum faciat. 703) omnes Codd. in fine addunt has literas: *Π*. *Τ*. *Α*. *Π*. *Δ*. *Α*. *Ρ*. *Δ*. *Θ*, quas autem, quum evidenter ad sequens pertineant caput, hoc loco facile omittendas esse censuimus.

C. CCCCLI. 704) *propter eos qui c.:* add. Burch.

habent suam conscientiam, dicentes, se esse simplices, cum sint astutia diabolica repleti, et pro opere pietatis dicunt, se de loco ad locum transire, cum sint sua malitia faciente fugitivi, et dicunt, se esse ministerio sacro insertos [705]), cum non sint, statutum est a sanctis patribus, neminem clericum alienum et ignotum recipi ab aliquo episcopo, et inthronizari in sua ecclesia, nisi habeat a proprio episcopo epistolam, quae in canonibus nominatur formata. Ideo notum facimus paternitati vestrae, quod praesens frater noster, harum literarum portitor, nomine Adruinus, non pro sua nequitia expulsus est a nobis, sed postulantibus fratribus nostris eo, quod ex familia nostra fuit, fecimus ei libertatem receptam a cornu altaris canonice et ordinavimus eum ad gradum presbyterii, cui etiam has dimissorias sive commendatitias literas fecimus et eum ad vestram dilectam fraternitatem dirigimus, ut in vestra parochia sub vestro sacro regimine et defensione consistere valeat. Ego, inquam, in nomine *Π*, Patris et *Υ*, Filii et *Α*, Spiritus sancti et in unitate sanctae ecclesiae, in qua Petro datum est ius ligandi atque solvendi, absolvo Dado, humilis episcopus presbyterum Adruinum de civitate Wirdunensi, indictione IX, et licentiam do vobis, Ratbode, venerabilis archiepiscope, inthronizandi eum, in quacunque ecclesia vultis vestrae parochiae. Dilectam paternitatem vestram virtutum floribus insignitam omnipotens Deus conservare dignetur. Amen. *Π. Υ. Α. Π. Δ. Α. Ρ. Δ. Θ.* DCCLXXVIII. Data V. Id. Maiis, anno dominicae incarnationis DCCCCVI, indictione IX.

440 C. CCCCLII. *De ordinatione.*

Ex epistola Gelasii Papae[c]).

Ordinationes presbyterorum et diaconorum, quae nisi

---

C. CCCCLII. c) Gelas. decret. general. universis episcopis per Lucaniam, Brutt. et Sicil. const. (scr. ann. 494.) c. 13. (ap. Dionys. inter Gelasii decret. c. 11.). — Coll. Dach. III. 1., Ans. ded. IV. 16. — Decr. VI. 74.

C. CCCCLI. 705) *inserti: initiatos.* omnes Codd. — Hild. mutavit:

certis temporibus et diebus exerceri non debeant[706]), quarti mensis ieiunio, septimi et decimi, sed etiam quadragesimalis initii ac mediana quadragesimae die, sabbati ieiunio circa vesperam noverint celebrandas, nec cuiuslibet utilitatis[707]) seu presbyterum seu diaconum his praeferre, qui ante ipsos fuerint ordinati, aliquis praesumat.

C. CCCCLIII. *Qualiter episcopus debeat ordinationem facere.* 441

Ex Concilio Nannetensi[d]).

Episcopus quando ordinationes facere disponit, omnes, qui ad sacrum ministerium accedere volunt, feria quarta ante ipsam ordinationem evocandi sunt ad civitatem una cum archipresbyteris, qui eos repraesentare debent. Et tunc episcopus e latere suo dirigere debet sacerdotes et alios prudentes viros gnaros legis divinae et exercitatos in ecclesiasticis sanctionibus, qui ordinandorum vitam, genus, patriam, aetatem, institutionem, locum ubi educati sunt, si bene sint literati, si in lege Domini instructi, diligenter investigent; ante omnia, si fidem catholicam firmiter teneant et verbis simplicibus asserere queant. Ipsi autem, quibus hoc committitur, cavere debent, ne aut favoris gratia aut cuiuscunque muneris cupiditate inlecti a vero devient, ut indignum et minus idoneum ad sacros gradus suscipiendos episcopi manibus applicent. Quod si fecerint, et ille, qui indigne accessit, ab altari[708]) removebitur, et illi, qui donum sancti Spiritus vendere conati sunt, coram Deo iam condemnati, ecclesiastica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur, et sic sabbato, qui probati inventi sunt, episcopo repraesententur.

---

C. CCCCLII. d) C. 11. (cf. supra C. CV. not. b)). — Burch. II. 1. (R.), Decr. VI. 21. (B.), Pan. III. 21. (D.), Dist. XXIV. c. 5.

C. CCCCLII. 706) *id est, primi et quarti:* orig.; *id est, quarti:* Dach. 707) *causa:* add. orig.

C. CCCCLIII. 708) *accessit ad altare:* Guelph. Vienn. Coll. citt.

442 C. CCCCLIV. *De eadem re.*

Ex Concilio Meldensi[e]).

Hi[709]), qui ordinari petuntur, nullatenus ordinentur, nisi in loco certo et religioso, vel etiam in civitate, saltem uno anno immorentur, ut de vita et conversatione atque doctrina illius certitudo possit agnosci.

443 C. CCCCLV. *Qualiter episcopus ordinandus examinetur.*

Ex Concilio Carthaginensi[f]).

Qui episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura prudens est, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si semper sui negotii cavens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, et ante omnia, si fidei documenta verbis simplicibus asserat, id est, Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum Deum esse confirmans, totamque in trinitate[710]) deitatem coëssentialem et substantialem et coaeternalem et coomnipotentem praedicans, singulam quamque in trinitate personam plenum Deum, et totas tres personas unum Deum, si incarnationem divinam non in Patre, neque in Spiritu sancto factam, sed in Filio tantum credat; ut, qui erat in divinitate Dei Patris Filius, ipse fieret in homine hominis matris filius, Deus verus ex Patre, homo verus ex matre, carnem ex matris visceribus habens, et animam humanam rationalem, simul in eo utriusque naturae, id est, homo et Deus, una persona, unus Filius, unus Christus, unus Dominus, creaturarum[711]) omnium, quae sunt, et auctor et Dominus et

---

C. CCCCLIV. e) Hab. ann. 845., excerpt. ex c. 52. (28.). — Burch. II. 4. (R.), Decr. VI. 24. (B.). Cf. supra c. CCCCI.

C. CCCCLV. f) Concil. Carth. IV. c. 1. (Statut. eccl. ant. c. 1.). — Coll. Dach. III. 125. — Burch. I. 8., Decr. V. 62. (B.), Dist. XXIII. c. 2.

C. CCCCLIV. 709) *Qui vero ex nostris parochiis aut ad titulum aut absolute ord. p.:* orig.

C. CCCCLV. 710) sic Vienn. orig. et Coll. citt.; *totamque trinitatem:* rell. Codd. 711) *et creator o.:* orig. Coll. citt.

rector cum Patre et Spiritu sancto omnium creaturarum, qui passus est vera carnis passione, mortuus vera corporis sui morte, resurrexit vera carnis suae resurrectione vel[712]) resumtione, in qua veniet iudicare vivos et mortuos. Quaerendum etiam ab eo, si novi et veteris testamenti, id est, legis et prophetarum et apostolorum unum eundemque credat auctorem et Deum, si diabolus non per conditionem, sed per arbitrium factus sit malus. Quaerendum etiam ab eo, si credat huius, quam gestamus, et non alterius carnis resurrectionem, si credat iudicium futurum, et recepturos singulos pro his, quae in carne gesserunt, vel poenas, vel praemia, si nuptias non improbet, si secunda matrimonia non condemnet, si carnium perceptionem non culpet, si poenitentibus reconciliatis communicet, si in baptismo omnia peccata, id est, tam illud originale contractum, quam illa, quae voluntarie admissa sunt, dimittantur, si extra ecclesiam catholicam nullus salvetur. Cum in his omnibus examinatus, pleniter instructus repertus fuerit, tunc ordinetur episcopus[713]).

Qualiter[g]) presbyteri vel diaconi ante ordinationem vel post ordinationem examinentur, vel qualiter de suo ministerio discutiantur, in principio istius libelli satis expressum est, ubi scriptum est, quid sit a presbytero requirendum. Et ideo superfluum videtur repeti et iterari, quod iam constat esse notatum.

---

g) Haec sunt Reginonis verba, et desunt in Coll. citt.

C. CCCCLV. 712) *resurrectione et verà animae resumt.:* ibid. 713) *Cum in his o. examin., inventus fuerit plene instructus, tunc consensu clericorum et laicorum, et conventu totius provinciae episcoporum, maximeque metropolitani vel auctoritate vel praesentia, ordinetur episcopus:* orig. Dach. Grat.; Burch. et Decr. ut Reg.

## EXPLICIT LIBELLUS PRIMUS.

# LIBER SECUNDUS.

In superiori libello, quid episcopo vel ejus ministris cum ecclesiasticis viris sit agendum, et in sua synodo requirendum, ex parte notavimus. Nunc, quid cum laicis et secularibus sit agendum vel agere oporteat, prout Dominus dederit, percurramus.

### C. I. *Qualiter episcopus suam parochiam debet circumire.*

### Ex Concilio Rotomagensi[a]).

Cum episcopus suam dioecesim circuit, archidiaconus vel archipresbyter eum praeire debet uno aut duobus diebus per parochias, quas visitaturus est, et plebe convocata adnunciare debet proprii pastoris adventum, et, ut omnes[1]) ad eius synodum die denominata impraetermisse occurrant, omnimodis[2]) ex auctoritate sanctorum canonum praecipere et minaciter denunciare, quod si quis absque gravi necessitate defuerit, procul dubio a communione Christiana sit repellendus. Deinde, adscitis secum presbyteris, qui illo in loco servitium debent exhibere episcopo, quidquid de minoribus et levioribus causis corrigere potest, emendare satagat, ut pontifex veniens nequaquam in facilioribus negotiis fatigetur, aut ibi immorari amplius necesse sit[3]),

---

C. I. a) Conc. Rotomag. hab. ann. 650, c. 16. — Burch. I. 90. (R.), Decr. V. 196. (B.).

C. I. 1) *exceptis infirmis:* add. orig. Coll. citt. 2) *et omnimodis:* add. ibid. 3) *aut sibi immorari nec. sit ibi:* ibid.

quam expensa sufficiat. Ait enim Dominus ad Moysen de huiuscemodi cooperatoribus †): *Ut tecum*, inquit [4]), *sustentent onus populi, et non tu solus graveris.* Et beatus Iohannes baptista adventum Domini praecucurrit praedicando dicens ††): *Poenitentiam agite etc.* Et item †††): *Parate viam Domino.* Si quidem episcopus vicem Christi agere videtur, et ideo cum gaudio, timore et summa reverentia a plebibus sibi subiectis suscipiendus est, ut illis cum laude dicatur, quod Apostolus discipulis dicit ††††): *Testimonium*, inquit, *vobis perhibeo, quod ita suscepistis me, sicut angelum Dei, sicut Dominum Iesum.*

### C. II. *De iuratoribus synodi.*

Unde supra [b]).

Episcopus in synodo residens, post congruam allocutionem septem ex plebe ipsius parochiae vel eo amplius aut minus, prout viderit expedire, maturiores, honestiores atque veraciores viros in medio debet evocare, et, allatis sanctorum pignoribus, unumquemque illorum tali sacramento constringat.

### C. III. *Iusiurandum* [5]) *synodale* [c]).

A modo in antea, quidquid nosti aut audisti, aut postmodum inquisiturus es, quod contra Dei voluntatem et rectam Christianitatem in ista parochia factum est, aut [6]) futurum erit, si in diebus tuis evenerit, tantum ut ad tuam cognitionem quocunque modo perveniat, si scis aut tibi indicatum fuerit, synodalem causam esse, et ad ministerium episcopi pertinere, quod tu nec propter amorem, nec

---

C. II. b) Hoc caput aeque ac sequentia, III.—V., ex ipso usu forensi desumta esse videntur, certe quidem in c. III. ad episcopum de Treveris et ejus missum respicitur. — Burch. I. 91. (R.), Ans. VI. 157. (B.), C. XXXV. qu. 6. c. 7., omnes: *Ex decr. Eutychiani P.*

C. III. c) Burch. I. 92. (R.), Ans. Grat. ibid., sub ead. inscriptione.

†) *Num. c. 11. v. 17.*
††) *Matth. c. 3. v. 2.*
†††) *Ibid. v. 3.*
††††) *Gal. c. 4. v. 14.*

C. I. 4) deest: Hild. Bal. Bal. 6) *in futurum:* Bal.
C. III. 5) *Sacramentum:*

propter timorem, nec propter praemium, nec propter parentelam ullatenus celare debeas archiepiscopo de Treveris [7]) aut eius misso, cui hoc inquirere iusserit, quandocunque te ex hoc interrogaverit. Sic te Deus adiuvet et istae sanctorum reliquiae.

Reliqui ita iurent [d]):

Istud sacramentum, quod iste iuravit de synodali causa, quod tu illud observabis, in quantum sapis aut audisti, aut ab hac die in antea inquisiturus es. Sic te Deus adiuvet.

C. IV. *Post datum sacramentum iuratores* [8]) *episcopus alloquatur* [e]):

Videte, fratres, ut Domino reddatis iuramenta vestra; non enim homini iurastis, sed Deo creatori vestro. Nos autem, qui eius ministri sumus, non terrenam substantiam vestram concupiscimus, sed salutem animarum vestrarum requirimus. Cavete, ne aliquid abscondatis, et ex alterius peccato vestra fiat damnatio.

C. V. *Post haec ita per ordinem interroget* [f]):

1. Est in hac parochia homicida, qui hominem aut spontanea voluntate aut cupiditatis aut rapacitatis causa, aut casu, aut nolens et coactus, aut pro vindicta parentum, quod faidam dicimus [9]), aut in bello, aut iussu domini, aut proprium servum occiderit?

2. Est aliquis parricida aut fratricida, qui patrem, matrem, sororem, fratrem, avunculum aut aliquem parentem [10]) interfecerit?

---

d) Burch. I. 93. (R.), Ans. Grat. ibid.

C. IV. e) Burch. I. 94. (R.)

C. V. f) Burch. I. 94. (R.), ubi interrogatoria haec capitula eodem fere ordine recensentur.

C. III. 7) *episcopo (de Trev. om.)*: Helmst. Coll. citt.

C. IV. 8) *iuniores:* Hild. — Apud. Bal. inscribitur: *Allocutio episcopi.*

C. V. §. 1. 9) *quod f. d.:* des. ap. Burch.

§. 2. 10) *parentum:* Vienn. Burch.

3. Est aliquis, qui presbyterum aut diaconum aut aliquem clericorum occiderit, vel aliquo membro detruncaverit?

4. Est aliquis vel aliqua, qui infantem proprium oppresserit, vel vestimentorum pondere suffocaverit? Et, si hoc factum est, ante baptismum aut post baptismum, aut, si infans infirmatus per negligentiam parentis absque baptismo obierit?

5. Est aliquis vel aliqua, qui alterius partum excusserit, vel, si ipsa femina propria voluntate suum partum[11]) excusserit, et abortivum fecerit?

6. Est aliqua femina, quae in fornicatione concipiens, timens, ne manifestaretur, infantem proprium aut in aquam proiecerit, aut in terra occultaverit, quod morth dicunt?

7. Est aliquis, qui uxorem suam absque lege aut certa probatione interfecerit?

8. Est aliqua femina, quae virum suum vel aliquem hominem per herbas venenatas vel mortiferas potiones interfecerit, vel alium hoc facere docuerit?

9. Est aliquis vel aliqua, qui hoc fecerit, vel alium facere docuerit, ut vir non possit generare aut femina concipere?

10. Est aliquis, qui proprium servum extra iudicem occiderit, et aliqua femina, quae ancillam propriam necaverit furore zeli inflammata?

11. Est aliquis, qui diabolo impellente semet ipsum occiderit?

12[13]). Si[12]) in bello aliquis homines vulneraverit, et nescit, si de illo vulnere aliquis perierit, et, si alicui imputatur, quod hominem occiderit, et ipse hoc denegat?

13. Si aliquis est in consilio, ut homo interficiatur, et non est in facto, et tamen per eius consilium et exhortationem interfectus est?

---

§. 5. 11) *vel conceptum:* add. Burch.

§. 12. 12) *An:* Hild., idemque in sequentibus semper *an* pro *si* posuit.

13) §. 12. 13. des. in Trev. Goth.

14. Est aliquis, qui truncationes manuum, pedum, linguae et testiculorum fecerit, et oculos alterius eruerit?

## Deinde interrogandum de adulteriis et fornicationibus.

15. Si quis coniugatus cum alterius uxore adulteratus fuerit, si qua uxor cum alterius viro?

16. Si quis uxorem habens, concubinam simul habuerit ancillam propriam aut aliam feminam?

17. Si quis uxorem legitimam dimiserit, et aliam in coniugium acceperit?

18. Si qua mulier virum proprium dimiserit, et alteri se coniunxerit?

19. Si interveniente repudio ab invicem separantur et sic manent?

20. Si quis absque consensu uxoris, derelicto legitimo coniugio, in monasterium intrat[14])?

21. Si aliquis suam coniugem, quamvis culpabilem sine episcopi iudicio relinquit?

22. Si qua mulier conscio viro suo fornicata fuerit?

23. Si quis uxore carens cum alterius coniuge fornicatus fuerit, aut, si qua mulier non habens virum cum alterius marito?

24. Si quis non habens uxorem cum femina, quae virum non habet, fornicatus fuerit?

25. Si laica virgo moechata fuerit cum adolescente?

26. Si quis desponsatam puellam non duxerit, et fidem sponsaliorum fregerit?

27. Si quis alterius sponsam rapuerit et sibi sociaverit?

28. Si quis quamcunque feminam, virginem aut viduam per raptum traxerit, et sociaverit sibi in[15]) matrimonio, et, si aliqui sunt, qui in hoc consentientes et adiuvantes fuerint?

29. Si quis cum Iudaea, vel, si Iudaeus vel paganus cum aliqua Christiana moechatus fuerit?

---

§. 20. 14) *eat:* Hild. §. 28. 15) *in:* deest ap. Bal.

30. Si quis sanctimonialem vel viduam Deo sacratam rapuerit, et in coniugium sumserit, vel ipsis consentientibus cum eis fornicatus fuerit?

31. Si quis vivente marito coniugem illius adulterasse accusatur, et, eo in proximo defuncto, eandem sumsisse dignoscitur?

32. Si aliqua mulier dicit, quod vir eius non possit cum ea coire, et ob hanc causam discidium quaerit, et alium virum vult accipere?

33. Si quis cum commatre [16]) spirituali moechatus fuerit, vel eam in matrimonium acceperit, similiter [17]) cum filiola, quam ex sacro fonte suscepit, aut ante episcopum tenuit?

34. Si quis propinquam et consanguineam suam in matrimonium accepit, aut cum ea fornicatus est?

35. Si aliquis irrationabiliter, id est, contra naturam cum masculis et mutis [18]) misceatur animalibus?

36. Si qua mulier lenocinium fecerit?

37. Si aliquis in sua domo consentit cum propriis ancillis vel geniciariis suis adulteria perpetrari [19])?

## De furto et sacrilegio.

38. Interrogandum, si aliquis fur aut sacrilegus sit, qui ecclesias Dei infregerit, vel aliquid de ecclesia furatus sit, aut publice rapuerit, aut latenter subripuerit, aut, si aliquis rapax et raptor et depraedator ecclesiae Dei est. Quamvis enim haec secundum legem humanam emendari debeant atque exsolvi, tamen poenitentia ad episcopum pertinet.

## De periurio.

39. Interrogandum, si aliquis periurus sit, aut, si sciens et pro cupiditate terrena peieraverit? Et si nesciens, aut, si coactus iussu senioris, aut pro membris et vita redimenda, aut, si quis scienter non solum peieraverit, sed etiam alios in periurium induxerit?

---

§. 33. 16) *cum matre:* Trev. Bal. Burch. 17) *vel cum f.:* Helmst.

§. 35. 18) *brutis:* Hild.

§. 37. 19) *adulterium perpetrare:* Helmst. Par.

### De falso testimonio.

40. Interrogandum, si aliquis scienter contra aliquem falsum testimonium protulerit, quia hoc capitale crimen est, et quale damnum aliquis per hanc testificationem habuerit?

41. Interrogandum, si aliquis hominem liberum aut servum alterius, aut peregrinum et adventitium furatus fuerit, aut eum blandiendo seduxerit et vendiderit et extra patriam in captivitatem miserit, aut si aliquis Iudaeo vel pagano Christianum mancipium vendiderit, aut, si ipsi Iudaei Christiana mancipia vendant?

### De incantatoribus et sortilegis.

42. Interrogandum, si aliquis sit magus, ariolus aut incantator divinus, aut sortilegus sit?

43 [g]). Si aliquis vota ad arbores vel ad fontes vel ad lapides quosdam quasi ad altaria faciat, aut ibi candelam seu quodlibet munus deferat, velut ibi quoddam numen sit, quod bonum aut malum possit inferre?

44 [h]). Perscrutandum, si aliquis subulcus vel bubulcus sive venator vel ceteri huiusmodi diabolica carmina dicat super panem aut herbas, et super quaedam nefaria ligamenta, et haec in arbore abscondat, aut in bivio aut in trivio proiiciat, ut sua animalia liberet a peste et clade, et alterius perdat, quae omnia idololatriam esse nulli fideli dubium est, et ideo summopere sunt exterminanda.

45 [i]). Perquirendum, si aliqua femina sit, quae per quaedam maleficia et incantationes mentes hominum se immutare posse dicat, id est, ut de odio in amorem, aut de amore in odium convertat, aut bona hominum aut damnet aut subripiat? Et, si aliqua est, quae se dicat cum daemonum turba in similitudine mulierum transformata certis noctibus equitare super quasdam bestias et in eorum[20]) consortio adnumeratam esse, haec talis omnimodis ex parochia eiiciatur.

---

§. 43. g) Cf. Burch. X. 32: *Ex Conc. Agath.*
§. 44. h) Cf. Burch. X. 18: *Ex Conc. Rotomag.*
§. 45. i) Cf. Burch. X. 29: *Ex Conc. Agath.*

§. 45. 20) *earum:* Paris. Helmst.

## De sanguine et morticinis.

46. Interrogandum, si aliquis sanguinem, morticinum aut dilaceratum a bestiis comedat?

47. Si aliquis per odium ad pacem non revertitur, aut iuravit, quod Deo contrarium est, ut fratri nunquam reconcilietur, quod est peccatum usque ad mortem?

48. Si aliquis bibit de liquore, in quo mustela vel mus sive aliquod immundum animal necatum est?

49. Si aliquis ieiunium quadragesimale non observat, vel quatuor temporum, sive litaniam maiorem[21]) vel rogationum, sive indictum ab episcopo ieiunium pro quacunque plaga?

50. Si aliquis est, qui bibit aut manducat aut portat super se, quod existimat Dei iudicium pervertere posse?

51[k]). Si quis in Kal. Ianuarii aliquid facit, quod a paganis inventum est, et dies observat et lunam, et menses, et horum effectiva potentia aliquid sperat in melius aut in deterius verti?

52. Si aliquis quodcunque opus inchoans aliud ibi aliquid dicit, aut quacunque magica arte aliud facit, nisi, ut Apostolus docet, omnia in nomine Domini facienda. Neque enim daemones in nostro adiutorio debemus invocare, sed Deum. In collectione similiter herbarum medicinalium symbolum et orationem dominicam dicere oportet, et nihil aliud.

53. Quaerendum etiam, si mulieres in lanificiis suis vel in ordiendis[22]) telis aliquid dicant aut observent, nisi, ut supra dictum est, omnia in nomine Domini.

54. Si quis oblationes, id est, eleemosynam parentum defunctorum iniuste retinet?

55. Si aliquis super mortuum nocturnis horis carmina diabolica cantat, et bibit et manducat, et quasi de ejus morte gratulatur, et si alibi mortui in vigiliis nocturnis nisi in ecclesia custodiuntur?

---

§. 51. k) Cf. Burch. X. 17: *Ex Conc. Rotomag.*

§. 49. 21) *Litaniae maioris:* Vienn. Burch.

§. 53. 22) *ordinandis:* Helmst.

56. Si aliquis [23]) est, qui non communicet vel tribus temporibus in anno, id est, in Pascha, Pentecoste et Natale Domini, nisi pro mortiferis criminibus episcopi vel sacerdotum iudicio a communione fuerit remotus?

57. Est aliquis, qui in die dominica vel in praecipuis festivitatibus quidquam operis faciat, et si ad matutinas et ad missam et vesperas his diebus impraetermisse omnes occurrant?

58. Si aliquis excommunicatus pro nihilo duxerit excommunicationem, et si aliquis cum excommunicato communicaverit?

59. Si aliquis modum poenitentiae sibi iniunctum non custodierit?

60. Si aliquis patrem aut matrem inhonorat, aut percutit, aut maledicit?

61. Si aliquis vomitum post acceptam eucharistiam per ebrietatem fecerit?

62. Si aliquis est, qui suam decimam Deo et Sanctis eius retrahat?

63. Si aliquis est tam perversus et a Deo alienus, ut saltem dominica die ad ecclesiam non veniat?

64. Si porcarii et alii pastores dominica die ad ecclesiam veniant, et missas audiant? Similiter in aliis festivitatibus [24])?

65. Si aliquis est, qui ad confessionem non veniat, vel una vice in anno, id est, in capite quadragesimae, et poenitentiam pro peccatis suis suscipiat?

66. Si aliquis est, qui assiduam ebrietatem sectatur? Neque enim ebriosi regnum Dei possidebunt.

67. Si aliquis est, qui, contemto suo presbytero, in aliam parochiam vadit [25]) ad ecclesiam, et ibi communicat et suam decimam dat?

68. Inquirendum de mendicis, qui per patrias discurrunt, et si unusquisque pauperem de familia sua pascat.

---

§. 56. 23) *Christianus:* add. Bal.

§. 64. 24) *in aliis festis diebus:* Helmst. Bal.

§. 67. 25) *venit:* Helmst. Bal.

69. Si in unaquaque parochia decani sunt per villas constituti, viri veraces et Deum timentes, qui ceteros admoneant, ut ad ecclesiam pergant ad matutinas, missam et vesperas, et nihil operis in diebus festis faciant, et, si horum quisquam transgressus fuerit, statim presbytero adnuncient. Similiter de luxuria et omni opere pravo.

70. Si aliquis est, qui bannum episcopi aut presbyteri sui et excommunicationem parvipendens pro nihilo ducat?

71. Si parochiam presbytero suo debitum honorem impendant, aut si aliquis est, qui eum verbo vel facto inhonorat, et eius monita spernit?

72. Si aliquis est, qui peregrino aut viatori hospitium contradicit?

73. Inquirendum, quas festivitates colant?

74. Si patrini filiolis suis symbolum et orationem dominicam insinuant, aut insinuari faciunt?

75. Si quatuor aut quinque vel plures unum interfecerint hominem?

76. Si aliquis est, qui contradicit episcopo aut eius ministris, ne coloni aut servi propter commissa crimina virgis nudi caedantur?

77. Inquirendum, si aliquis peregrinum, qui de sua patria propter paganorum infestationem vel persecutionem fugit, hac de causa, quia in domo eius mansit, et diebus aut annis loco mercenarii illi servivit, pro proprio servo illum velit habere, et vendere aut dare alicui praesumat?

78. Si aliquis est, qui iniusta mensura suam annonam aut vinum vendat, cum Dominus dicat: *Aequus tibi sit modius, et sextarius aequus?*

79. Denunciandum etiam, quam magnum piaculum sit, usuras exigere, et de alieno foenore velle ditescere, et quod sacri canones tales ab ecclesia eiici praecipiant.

80. Si aliquis propter cupiditatem Iudaeum aut paganum interfecerit?

81. Si aliquis insaniens aliquem hominem occiderit?

82. Si quis arborem inciderit, et, dum operi necessario insistit, aliquis subtus arborem deveniens improvise opprimitur?

83. Si quis coniurationes et conspirationes sectatur?

84. Si quis ecclesiam aut clericum fatigare praesumit?

85. Inquirendum de refugis et perfidis laicis?

86. Percunctandum de confratriis et fraternitatum societatibus, qualiter in parochia agantur?

87. Si cantica turpia et risum moventia aliquis circa ecclesiam cantare praesumit?

88. Si aliquis in ecclesiam intrans fabulis vacare consuevit, et non diligenter auscultat divina eloquia, et si, anquam missa finiatur, de ecclesia exit?

89. Si oblationem, id est, panem et vinum viri et feminae ad missas offerunt, et, si non viri, coniuges pro illis offerant, pro se suisque omnibus, ut in canone continetur?

Capitula haec, quae per ordinem adnotavimus, canonicis oportet roborari decretis.

## DE POENITENTIA HOMICIDARUM.

C. VI. *Ut poenitentia super homicidiis non diverso more, ut prius, sed in episcopiis singulis uno more agatur.*

Ex Concilio Triburiensi [1]).

Si quis spontanea voluntate, diabolo suadente, homicidium perpetraverit iuxta canonum sanctiones et iudicium episcoporum [26]) talem poenitentiam debet accipere: inprimis ut licentiam non habeat ecclesiam intrandi illos proximos XL dies, nudis pedibus incedat [27]), et nullo vehiculo utatur, in laneis vestibus sit absque femorali-

C. VI. 1) Similia leguntur in Concilio Tribur. hab. ann. 895. c. 54. 55. Cf. *Beitr.* p. 181. c. 30. — Codd. Guelph. et Vienn. in annexis ad Reginonis collectionem et Cod. Darmst. a. (III. 19.) eundem canonem exhibent cum inscr.: *In synodo Domini Luitberti apud Mogontiam c.* 33., de qua vide *Beitr.* p. 25. seqq. — Burch. VI. 1. (R.), Decr. X. 130. (B.): *Ex Conc. Tribur. c.* 4.

C. VI. 26) *iuxta decreta Melchiadis P. et Triburiensis Concilii statuta talem p.:* Coll. citt. 27) *quocunque eat:* add. Guelph. Vienn. Darmst. a. loco supra not. 1) citato.

bus, arma non ferat [28]), et nihil sumat his XL diebus, nisi tantum panem et salem, et puram bibat aquam, et nullam communionem cum ceteris Christianis neque cum alio poenitente habeat in cibo et potu, antequam XL dies adimpleantur, et ex cibo, quem sumit, nullus alius manducet. Considerata vero personae qualitate vel infirmitate, de pomis vel oleribus seu leguminibus, prout visum fuerit, aliquid pro misericordia indulgeatur, maxime si quis coactus et non sponte homicidium fecerit [29]). Et ei omnimodis ex canonica auctoritate interdicatur, ut in his diebus cum nulla femina misceatur, nec ad propriam uxorem accedat, nec cum aliquo homine dormiat, iuxta ecclesiam sit, ante cuius ianuas peccata sua defleat diebus et noctibus, et non de loco ad locum pergat, sed in uno loco his XL diebus sit. Et, si forte habuerit insidiatores vitae suae, interim differatur ei poenitentia, donec ab episcopo pax ei ab inimicis reddatur, et, si infirmitate detentus fuerit, ita ut non possit digne poenitere, differatur poenitentia [30]), donec sanitati restituatur. Si autem longa aegritudine detentus fuerit, ad sententiam episcopi pertinebit, quomodo reum et infirmum sanare disponat. Completis XL diebus, aqua lotus, vestimenta et calceamenta, quae a se abiecerat, rursus sumat, et capillum incidat.

C. VII. *Quid in primo anno observare debeat* [m])?

In primo anno post XL dies totum illum annum a vino, medone et mellita cervisia, a carne et caseo et pinguibus piscibus abstineat, nisi festis diebus, qui in illo episcopio a cuncto populo celebrantur, et, nisi forte in magno itinere, vel in hoste, vel diu ad dominicam curtem, vel in-

---

C. VII. m) Cf. Concil. Tribur. c. 56.—Codices supra not. l) laudati hoc caput cum duobus sequentibus (c. VIII. IX.) priori illi capiti ita adiungunt, ut unus inde, nulla singulis interposita inscriptione, efficiatur canon. — Burch. VI. 2. (R.), Decr. X. 131. (B.): *Ex eodem, c. 5.* — Vide: *Beitr.* ll. citt.

C. VI. 28) *secularia arma relinquat:* Codd. citt. 29) *Considerata — fecerit:* des. Codd. citt. 30) *poenitere, adhibenda est tamdiu poenitentia, donec:* ibid.

firmitate detentus sit. Tunc liceat uno denario, vel pretio unius denarii, aut tres pauperes pascendo, tertiam feriam, quintam et sabbatum redimere, ita duntaxat, ut una re de tribus utatur. Postquam domum venerit, aut sanitati fuerit restitutus, nullam licentiam habeat redimendi.

C. VIII. *Quid in aliis duobus annis debeat observare* [n])?

Completo anni circulo ecclesiam ingrediatur, et pacis osculum concedatur [31]). In secundo et tertio anno similiter jejunet, nisi quod tertiam feriam, quintam et sabbatum potestatem habeat redimendi, ubicunque est. Cetera diligenter omnia observet, ut in primo anno.

C. IX. *Quid in reliquis quatuor annis debeat observare* [o])?

Quatuor anni deinde restant, per quos singulos ieiunet tres quadragesimas. Unam ante Pascha cum ceteris Christianis, abstinendo de [32]) vino, medone, mellita cervisia, caseo et de [32]) piscibus pinguibus, alteram ante nativitatem sancti Iohannis. Si aliquid remanet de XL diebus, post missam sancti Iohannis impleat; tertiam ante Natalem Domini ieiunet, ut supra dictum est, et in quatuor supradictis annis tertia, quinta feria et sabbato utatur, quidquid vult [33]), et secundam et quartam feriam redimere potest pretio iam dicto, sextam [34]) omnimodis observet, et nequaquam redimat. His expletis sacram communionem accipiat.

C. X. *De eo, qui voluntarie homicidium fecit.*

Ex Concilio Ancyrano [p]).

Qui voluntarie homicidium fecerint, poenitentiae qui-

---

C. VIII. n) Cf. Conc. Tribur. c. 57., *Beitr.* l. l. et Codd. citt. — Burch. VI. 3. (R.), Decr. X. 132. (B.): *Ex eodem c.* 6.

C. IX. o) Cf. Conc. Tribur. c. 58., *Beitr.* l. l. et Codd. citt. — Burch. VI. 4. (R.), Decr. X. 133. (B,): *Ex eod. c.* 7.

C. X. p) Hab. ann. 314., c. 21. (Dion.). — Coll. Vat. c. 86. (fons), Dach. I. 101., Hal. IV. 1., Rab. ad H. c. 1., Rab. ad O. c. 12., Ans. ded. VII. 81. — Burch. VI. 13. (R.), Decr. X. 142. (B.); Ans. XI. 45.

C. VIII. 31) *et pacis osculum concedatur:* des. Codd. citt.

C. IX. 32) *a:* Hild. Bal. 33) *quocunque libeat:* Codd. citt. 34) *redimere — sextam:* des. Helmst. Paris. Guelph. Vienn.

dem iugiter se submittant, perfectionem vero circa vitae exitum consequantur.

C. XI. *De eadem re.*

Ex Concilio Parisiensi [q]).

Si quis homicidium sponte commiserit, et non violenti resistens, sed vim faciens, innocentem et simpliciter gradientem interfecerit, cum isto penitus non communicandum [35]), sic tamen, ut, si poenitentiam egerit, in exitu ei communionis viaticum non negetur.

C. XII. *De homicidis.*

Ex Concilio Agathensi [r]).

Itaque censuimus, homicidas et falsos testes [36]) a communione ecclesiastica submovendos, nisi poenitentiae satisfactione crimina admissa diluerint.

C. XIII. *De eadem re.*

Ex Concilio Nannetensi [s]).

Si quis voluntarie et per insidias hominem interfecerit, iugi se poenitentiae submittat, et, si hoc publice actum constat, si laicus est, a communione orationum quinquennio removeatur; post quinquennium tantum [37]) in orationum communionem [38]) recipiatur [39]), non autem offerat [40]), non corpus Domini contingat, in quo perdurans XIV annis, tunc ad plenam communionem cum oblationibus recipiatur.

---

C. XI. q) Conc. Remens. hab. ann. 630., c. 9. — Burch. VI. 14. (R.), Decr. X. 143. (B.).

C. XII. r) Hab. ann. 506., c. 37. — Coll. Vat. c. 98. (fons), Dach. I. 106., Rab. ad H. c. 2., Ans. ded. VII. 118. — Burch. VI. 29. (R.), Decr. X. 158. (B.), 38., C. XXIV. qu. 3. c. 20.

C. XIII. s) C. 17.; cf. supra ad L. I. c. CV. not. b). — Burch. VI. 12. (R.), Decr. X. 141. (B.).

C. XI. 35) *interfecerit, usque ad finem vitae suae graviter poeniteat, sic. t.:* Coll. citt.

C. XII. 36) *et fals. test.* des. a Burch. Decr. c. 158.

C. XIII. 37) *tantum:* deest ap. Bal. 38) *communione:* Trev. Guelph. Vienn. Bal. 39) sequentia desunt in Cod. Paris. 40) *simul:* add. Hild. Bal.

### C. XIV. *De eadem re.*

### Ex eodem [t]).

In [41]) Exodo Dominus dicit de homicidiis †): *Si quis de industria et per insidias occiderit hominem, ab altari meo evelles eum, ut moriatur* [42]).

### C. XV. *De homicidiis non sponte commissis.*

### Ex Concilio Ancyrano ).

De homicidiis non sponte commissis prior quidem definitio post septennem poenitentiam perfectionem consequi praecepit, secunda vero quinquennii tempus explere.

### C. XVI. *De eadem re.*

### Ex epistola Rabani ad Heribaldum episcopum [v]).

Nam de his legimus, qui homines non sponte interfecerunt, Deum per legislatorem urbes refugii deputasse, ad quas confugientes salvarentur ab ultore sanguinis proximi sui, et non morerentur. Unde in Deuteronomio scriptum est ††): *Haec erit lex homicidae, cujus vita servanda est. Qui percusserit proximum suum nesciens, et heri et nudius tertius nullum odium contra eum habuisse comprobatur, sed abiisse simpliciter cum eo in silvam ad ligna caedenda, et in succisione lignorum securis fugerit de manu, aut ferrum delapsum de manubrio amicum ejus percusserit et occiderit, hic ad unam urbium supra dictarum confugiat, et vivat* [43]).

---

C. XIV. t) Concil. Nannet. ibid.

C. XV. u) Hab. ann. 314. c. 22. (Dion.) — Coll. Vat. c. 87. (fons), Dach. I. 102., Hal. IV. 2., Rab. ad H. c. 4., Rab. ad O. c. 15., Ans. ded. VII. 82. — Burch. VI. 15. (R.), Decr. X. 144. (B.), Ans. XI. 46.

C. XVI. v) Scr. ann. 853., c. 4. — Burch. VI. 23. (Rab.), Decr. X. 152. (B.): *Ex Conc. Mogunt. c.* 2.

†) *Exod. c.* 21. *v.* 14.
††) *Deut. c.* 19. *v.* 4. 5.

C. XIV. 41) *in — homicidiis:* desunt ab orig. 42) *Dominus dicit:* add. orig.

C. XVI. 43) *vivet:* Trev. Goth.

## C. XVII. *De eadem re.*

### Ex Concilio Wormatiensi, cap. V.[w])

Saepe contingit, ut, dum quis operi necessario insistens arborem incidat, aliquis subtus ipsam veniens deprimatur, et idcirco, si voluntate vel negligentia incidentis arborem factum est, ut homicida poenitentiae debet omnino submitti. Quod si non voto, sed[44]) incuria illius, non denique sententia[45]) contigit, sed, dum ille operi necessario fortassis incumberet, iste insperatus occurrit sub arbore, et sub ipsa oppressus est[46]), incisor arboris non tenetur pro homicida.

## C. XVIII. *De eadem re.*

### Ex Concilio Triburiensi[x]) [47]).

Si duo fratres in silva arbores succiderint et appropinquante casura[48]) unius arboris frater fratri *cave* dixerit, et ille fugiens in pressuram arboris inciderit et mortuus fuerit, vivens frater innocens de sanguine germani diiudicetur.

## C. XIX. *De eadem re.*

### Ex eodem[y]).

Mater si iuxta focum infantem posuerit, et alius homo

---

C. XVII. w) Hab. ann. 868., c. 29. secundum vulgarem capitum ordinem, sed in nonnullis huius concilii Codd. plane alia est capitum series, qualem ex Cod. Darmst. b. in libro meo: *Beitr.* p. 14. not. **) publici iuris feci; in his enim canon ille 29. et quintus, sicut Regino h. l. citat, qui ergo simili Codice usus est. — Burch. VI. 21. (R.), Decr. X. 150. (B.), Dist. L. c. 50.

C. XVIII. x) Cf. Conc. Tribur. hab. ann. 895. c. 36. et *Beitr.* p. 25. seqq. p. 183. — Burch. VI. 22. (R.), Decr. X. 151. (B.), Dist. L. c. 51.

C. XIX. y) Canon Triburiensis; cf. Concil. Tribur. c. 37., et *Beitr.* l. l. citt. — Burch. XIX. 149. (R.), Decr. XV. 159. (B.).

C. XVII. 44) *non incuria:* orig. Grat. 45) *scientia:* ibid.; *haec eum sentent.:* add. Bal. ex veteri Cod. 46) *occurrens sub arborem improvisus devenit et sub ipsa, nemine valente penitus adiuvare, suppressus est:* orig. Grat. (*nemine — adjuv.:* desunt ap. Grat.)

C. XVIII. 47) Bal. add.: *cap. XVII.*, quod tamen in Cod. Paris. non ad concilium Triburiense, sed ad ipsum Reginonis caput pertinet. 48) *casu:* Hild. Bal.

aquam in caldariam [49]) miserit, et ebullita aqua infans superfusus mortuus fuerit, pro negligentia mater poeniteat, et ille homo securus sit.

### C. XX. *De eadem re.*

Ex eodem [z]) [50]).

De homicidiis non sponte commissis, quali poenitentiae jugo submittantur hi, qui fecerint ea, in episcopi sententia maneat.

### C. XXI. *De eadem re.*

Ex eodem [a]).

Si quis filium suum non sponte occiderit, iuxta homicidia non sponte commissa poeniteat.

### C. XXII. *De eadem re.*

Ex Concilio Nannetensi [b]).

Si quis casu, non volens, homicidium perpetraverit, XL diebus in pane et aqua poeniteat. Quibus peractis, biennio ab oratione fidelium segregetur, non communicet, nec offerat. Post biennium in communione recipiatur orationis, non tamen offerat aut communicet [51]). Post quinquennium ad plenam communionem recipiatur. Abstinentia ciborum in arbitrio sacerdotis maneat.

---

C. XX. z) Canon Tribur.; cf. Conc. Tribur. c. 52., et *Beitr.* l. cit.

C. XXI. a) Canon Tribur.; cf. Conc. Tribur. c. 53. — Cod. Darmst. a. (III. 31.): *Synod. Luitberti ap. Mogont.*, sed vide: *Beitr.* l. l. — Burch. VI. 36. (R.), Decr. X. 165. (B.).

C. XXII. b) Cap. 18.; cf. supra ad L. I. c. CV. not b). — Burch. VI. 16. (R.), Decr. X. 145. (B.). — Ans. XI. 49: *Ex Conc. Ancyran.* (Anselmus ex Burch. hausit atque casu inscriptionem antecedentis apud illum capitis [VI. 15.] recepit.

C. XIX. 49) *caldarium:* Helmst.

C. XX. 50) Bal. add.: *cap. XX.*, quae autem aeque ac supra c. XVIII. not. 47) ad huius capitis numerum sunt referenda.

C. XXII. 51) sic Goth.; *in communione orationis offerat, non tamen commun.:* rell. Codd.; *in communionem orat. suscipiatur, offerat autem, non tam. c.:* Coll. citt.

## C. XXIII. *Qui per faidam hominem occiderit.*

### Ex Poenitentiali, cap. XIV. [c]

Qui pro vindicta fratris aut aliorum parentum [52]) hominem occiderit, annum unum poeniteat [53]), et sequentibus duobus tres quadragesimas observet [54]) et legitimas ferias, id est, secundam, quartam et sextam feriam [55]).

## C. XXIV. *Item.*

### Ex eodem [d]).

Qui per iram et rixam et ebrietatem [56]) subito [57]) hominem occiderit, quatuor annos poeniteat.

## C. XXV. *De eadem re.*

### Ex eodem [e]).

Si quis liber iubente domino suo servum occiderit, quadraginta dies poeniteat [58]). Et si quis liber iubente domino suo hominem innocentem occiderit, annum unum poeniteat, et in [59]) duobus aliis annis tres quadragesimas observet [60]) et legitimas ferias.

## C. XXVI. *De his, qui servos suos extra iudicem necant.*

### Ex Concilio Agathensi, cap. XXVI. [f])

Si quis servum proprium sine conscientia iudicis occi-

C. XXIII. c) Immo c. 13. Poenitentialis Darmstadiensis (vide: *Beitr.* p. 132. 133.). — Burch. VI. 32., Decr. X. 161. (B.), Ans. XI. 46. (B.): *Ex Poenit. Theodori.*

C. XXIV. d) Poenit. Darmst. ibid.

C. XXV. e) Poenit. Darmst. ibid. — Burch. VI. 17. (R.), Decr. X. 146. (B.): *Ex Conc. Nannet. c.* 25; causam falsae inscriptionis vid. supra c. XXII.

C. XXVI. f) Immo c. 62., hab. ann. 506. — Coll. Vat. c. 99. (fons),

C. XXIII. 52) *aut al. par.:* absunt a Poenit. cit. 53) *ita poeniteat, ut homicidia sponte commissa, cum ipsa veritas dicat: Mihi vindictam et ego retribuam:* Coll. citt.; rell. desunt ibid. 54) *observet:* abest a Poenit. 55) *id est — feriam:* desiderantur ibid.

C. XXIV. 56) *et ebriet.:* abest a Poenit. 57) *subitam:* ibid.

C. XXV. 58) *occ., ut homicidium sponte commissum poeniteat.:* Coll. citt.; rell. desunt ibid. 59) *per duos alios annos:* Poenit. 60) *poeniteat:* ibid.

derit, excommunicatione [61]) biennii reatum sanguinis emundabit.

## C. XXVII. *De parricidis et fratricidis.*

### Ex Concilio Moguntiacensi [g]).

Statuimus, ut parricidae et fratricidae per unius anni circulum ante fores basilicae orantes Domini clementiam perseverent. Completo anni circulo introducantur ecclesiam, tamen inter audientes, usque dum unius anni spatium finiatur, stent [62]). His ita [63]) peractis si poenitentiae fructus in eis conspicitur, corporis et sanguinis Domini participes fiant, ut non obdurentur desperatione; carnem non manducent omnibus diebus vitae illorum, ieiunent autem usque ad nonam diei horam quotidie, exceptis festis diebus atque dominicis; abstineant autem a vino, medone atque mellita cervisia tres dies per hebdomadam, arma portare non audeant, nisi contra paganos, et, ubicunque ire maluerint, nullo vehiculo deducantur, sed pedibus propriis pergant. Tempus autem huius poenitentiae in episcoporum ponimus arbitrio, ut secundum conversationem illorum aut extendere vel minuere valeant [64]). Ab uxoribus, si habuerint, non separentur; si autem non habuerint, et continere se non valuerint [65]), legitimas accipiant in coniugio feminas, ne in fornicationis voraginem incidere videantur. Si autem, antequam duorum praedictorum annorum finiantur

---

Dach. I. 107., Hal. IV. 4., Rab. ad H. c. 3., Rab. ad O. c. 14. — Burch. VI. 18. (R.), Decr. X. 147. (B.), XVI. 80. — Cf. Conc. Wormatiens. ann. 868. c. 83.

C. XXVII. g) Legitur hoc caput in epistola Nicolai P. ad Karolum Moguntin. episcopum (Hartzh. Tom. II. p. 245.), non sine iure pro supposititia habenda; cf. Binterim, Geſch. d. deutſch. Concil. B. 3. S. 10. seqq. Prorsus eadem invenies in c. 30. (13.) Concilii Wormatiens. ann. 868. — Burch. VI. 34. (R.), Decr. X. 163. (B.): *Ex Conc. Tribur. c. 5.*

C. XXVI. 61) *vel poenitentia:* add. Vat. Dach. Hal. Rab. orig.

C. XXVII. 62) *stent, cum ad missarum solemnia vel alia sacra audire officia venerint:* add. ep. Nicol. et C. Worm.; pro: *stent* Hild. immutavit: *consistant.* 63) *itaque:* Coll. citt. 64) quae sequuntur, desunt ibid. 65) *voluerint:* Hild.

curricula, finis vitae illorum pervenerit, viaticum illis non negetur.

## C. XXVIII. *De eadem re.*

### Ex alio Concilio Moguntiacensi, cap. XX [h]).

Parricidium quam sit detestabile crimen, in [66]) iudicio facto inter Cain et Abel fratrem suum Dominus ostendit [67]). Sed, quia [68]) modernis temporibus parricidae profugi discurrunt per diversa loca, et variis vitiis et gulae illecebris deserviunt, melius nobis videtur, ut in uno loco manentes poenitentia districta semetipsos castigent, si forte a [69]) Domini bonitate indulgentiam facinoris sui percipere mereantur.

## C. XXIX. *Quod parricidis arma et coniugium interdicatur.*

### Ex eodem [i]) [70]).

Non enim eis licebit ultra militiae cingulum sumere, et coniugiis [71]) copulari, quia sacri canones hoc eis non consentiunt [72]).

## C. XXX. *De eo, qui hominem publicam poenitentiam agentem interficit.*

### Ex Capitularium Lib. III. cap. XVII [k]).

Qui hominem publicam poenitentiam agentem interfe-

---

C. XXVIII. h) Hab. ann. 847. sub Rabano archiep. Mogunt. — Rab. ad Herib. c. 7., Rab. ad O. c. 11. — Burch. VI. 35., Decr. X. 164. (B.).

C. XXIX. i) Conc. Mogunt. ibid. — Rab. et ad H. ad O. ibid.; Coll. I. I.

C. XXX. k) Anseg. Cap't. L. IV. c. 17. (Capit. Aquisgr. ann. 817. legibus addend. c. 5.) Cf. infra c. CXCI. — Decr. X. 44., XVI. 276., Coll. tr. p. III. 29. c. 200. (D. XVI.).

C. XXVIII. 66) *in:* abest a Goth. Helmst. Bal. Coll. citt. 67) iam plura sequuntur in orig. Rab. Coll. citt. 68) *in mod.:* ibid. 69) *a:* abest a Guelph. Vienn. Paris. Helmst.

C. XXIX. 70) sic Goth., in rell. Codd. haec verba desunt. 71) *et nuptiis vel coniugiis:* orig.; *et nuptiis atque coniugii copula uti:* Rab. Coll. citt. 72) *concedunt:* Rab. ad H. Coll. citt. Hild.

cerit, bannum nostrum in triplo componat et weregildum eius [73]) proximis eius persolvat.

## C. XXXI. *De eo, qui hominem in ecclesia interficit.*

### Ex eodem Libro, cap. XIII [1]) [74]).

Si quis aut [75]) ex levi causa aut sine causa hominem in ecclesia interfecerit, de vita componat. Si vero rixati foris fuerint, et unus alterum in ecclesia [76]) fugerit et ibi se defendendo eum interfecerit, et si huius facti testes non habuerit, cum duodecim testibus iuret legitimis [77]), se defendendo eum interfecisse, et post haec solidos sexcentos ad partem [78]) ecclesiae, quam illo homicidio polluerat, et insuper bannum nostrum solvere cogatur. Is vero, qui interfectus est, absque compositione iaceat, ac deinde interfector secundum iudicium canonicum [79]) congruam facinori, quod admisit, poenitentiam accipiat. Si proprius servus haec commiserit, iudicio aquae ferventis examinetur, utrum hoc sponte, an se defendendo fecisset, et si manus eius [80]) exusta fuerit, interficiatur; si autem non fuerit, dominus eius, iuxta quod weregildus [81]) illius est, ad ecclesiam persolvat, aut, si voluerit, eum eidem ecclesiae tradat. De ecclesiastico et fiscalino et beneficiario [82]) volumus, ut pro una vice weregildus pro eo componatur, altera vice servus ad supplicium tradatur, hereditas tamen liberi hominis, qui propter tale facinus ad mortem fuerit judicatus, ad

---

C. XXXI. 1) Anseg. ibid. c. 13. (Capit. Aquisgr. cit. c. 1.). — Decr. XVI. 238., Coll. tr. p. III. 29. c. 162. (D.). — Cf. Leg. Longob. L. I. tit. 29. c. 29. 30. 35. seqq.

C. XXX. 73) *eius:* abest ap. Bal.

C. XXXI. 74) sic omnes Codd.; Bal. nullum fontem indicat. — Ap. Hild. hoc caput cum antecedenti in unum contractum, atque ipsorum verborum ordo perversus est. 75) *autem:* Guelph. Vienn. Helmst. 76) *ecclesiam:* Guelph. Vienn. Paris. 77) *cum duodecim coniuratoribus legitimis per sacramentum affirmet:* orig. Coll. citt. 78) sic orig. Codd., praeter unum, omnes et Coll. citt.; *pacem:* Helmst. 79) *canonum:* Helmst. 80) *ei:* Hild. 81) *wirigildus:* Trev. Guelph. Vienn. constanter; *weregildum:* Goth. Helmst.; *wirgildus:* orig.; *wergelt:* Coll. citt. 82) *servo:* add. orig. Coll. citt.

legitimos heredes illius perveniat. Si in atrio ecclesiae, cuius porta reliquiis sanctorum consecrata est, huiuscemodi homicidium perpetratum fuerit, similiter componatur et emendetur; si vero non est consecrata, eodem modo componatur, sicut componi debet, quod immunitate violata committitur.

### C. XXXII. *De iniuriis sacerdotum vel clericorum.*

Ex eodem, cap. XIV[m]).

Sanguinis effusio in ecclesia facta cum fuste, si presbyter fuerit, triplo componatur, duas partes eidem presbytero, tertia pro fredo ad ecclesiam, et insuper bannus noster. Similiter de diacono iuxta compositionem eius in triplo cum banno nostro componatur. De subdiacono, et de uniuscuiuscunque ordinis clerico secundum suam compositionem in triplo persolvatur, et insuper bannus noster.

### C. XXXIII. *De ictu*[n]).

Similiter et de ictu sine sanguinis effusione de uniuscuiuscunque ordinis clerico[83]) in triplo componatur, insuper et bannus noster. Et, qui non habet, unde ad ecclesiam persolvat, tradat se in servitium eidem ecclesiae, usque dum totum debitum persolvat.

### C. XXXIV. *Si quis clericum exspoliaverit.*

Ex Concilio Triburiensi[o]).

Ut, si qua in ipsos clericos vel in ecclesias perpetrata fuerint, id est, si quis clericum exspoliaverit aut vulneraverit, vel aliquam iniuriam fecerit, decimas ecclesiae tulerit vel retinuerit, si non prius per secularem potentiam

---

C. XXXII. m) Anseg. ibid. c. 14. (Cap. Aquisgr. cit. c. 2.). Cf. Leg. Longob. L. II. tit. 40. c. 6.

C. XXXIII. n) Anseg. ibid. (Capit. Aquisgr. ibid.) Legg. Longob. l. l.

C. XXXIV. o) Cf. Concil. Tribur. hab. ann. 895. c. 4. 7., et *Beiträge* p. 25. seqq. p. 173.

C. XXXIII. 83) *secundum suam compositionem:* add. orig.

digne vindicatum fuerit, episcopus ad suam synodum illos malefactores vocet et digne emendet. Si contemserint venire, excommunicentur.

### C. XXXV. *Si quis clericum verberaverit.*

### Ex eodem[p]).

Si quis clericum verberaverit vel debilitaverit, aut in aliquo laeserit, et canonice poeniteat, et ad legem emendet, iuxta quod in Capitulari scriptum est[q]).

### C. XXXVI. *De eadem re.*

### Ex Concilio Toletano[r]).

Si quis de potentibus clericum[84]) aut religiosum exspoliaverit et episcopus mandaverit eum ad se venire, ut audiatur[85]), et contemserit, in invicem mox scripta percurrant per omnes provinciae episcopos, et quoscunque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur, donec audiatur, et reddat aliena.

### C. XXXVII. *De pugna et homicidio in atrio ecclesiae.*

### Ex Concilio Triburiensi[s]).

Si quis in atrio ecclesiae pugnam committit aut homicidium facit[86]), quicquid pro immunitate violata emendandum est, altario solvatur, cuiuscunque fuerit ecclesia illa.

---

C. XXXV. p) Canon Triburiensis; vide *Beiträge* l. l. q) Cf. Anseg. Capit. L. IV. c. 14. (Reg. II. 32. 33.).

C. XXXVI. r) Conc. Toletan. I. hab. ann. 400., c. 11. — Coll. Vat. c. 368., Dach. II. 61. (fons). — Ans. VII. 178., c. XXIV. qu. 3. c. 21.

C. XXXVII. s) Cf. Concil. Triburiense, hab. ann. 895., c. 4. 6., et *Beiträge* l. l. — Burch. III. 196. (R.), Decr. III. 113. (B.), Coll. tr. p. III. 3. c. 13. (D.), C. XVII. qu. 4. c. 7. (D.).

C. XXXVI. 84) *aut quemlibet pauperiorem:* add. Hisp. Coll. citt. (*pauperem:* Vat. 1352. Grat.) 85) sic Coll. Ps. Isid., Dach. Ans. Grat.; *et mand. ad ipsum episcopus, ut eum audiat:* Hisp. Vat.

C. XXXVII. 86) *committit:* Bal.

## C. XXXVIII. *De pugna in ecclesia.*

Ex eodem [t]).

Si quis in ecclesia clericum fuste aut gladio percusserit, ut sanguis exeat, vel de ictu sine sanguinis effusione, iuxta quod in Capitulari [u]) scriptum est, componatur, id est, in triplo secundum suam compositionem.

## C. XXXIX. *Quod laici de substantia morientium presbyterorum suorum nullam portionem accipiant.*

Ex eodem, cap. II [v]).

Perlatum est quoque ad sanctam synodum, quod quidam laici improbe agant contra presbyteros suos, ita, ut de morientium presbyterorum substantia partes sibi vindicent, sicuti de propriis servis. Interdicimus itaque, ne hoc ulterius fiat, sed, sicuti liberi facti sunt ad suscipiendum gradum et agendum divinum officium, ita ab eis nihil exigatur praeter Dei officium. De peculiari vero sacerdotum nihil sibi usurpent, sed de duabus partibus faciant presbyteri, quod eis visum fuerit, tertiam secundum canonum jussa, quibus serviunt, relinquant ecclesiis [87]).

## C. XL. *De compositione presbyteri, si occisus fuerit.*

Ex eodem [w]).

Presbyter vulneratus aut caesus, si mortem evaserit,

---

C. XXXVIII. t) Canon Triburiensis; cf. *Beiträge* l. l. u) Cf. supra ad c. XXXV. not. q.).

C. XXXIX. v) Canon Triburiensis; cf. *Beitr.* p. 25. seqq. p. 172. — Burch. II. 206., Decr. VI. 281. (B.): *Ex Conc. Tribur. c.* 23. — Vide Reg. App. I. 42.

C. XL. w) Canon Triburiensis; cf. Conc. Tribur. c. 4. — Cod. Darmst. a. (III. 46.): *Item apud Triburias*; vid. *Beitr.* l. l.

C. XXXIX. 87) Ulterior capitis pars apud Burch. et Ivonem sic legitur: *De peculiari vero sacerdotum nihil sibi usurpent, sed totum in quatuor dividatur partes, una episcopo, alia altari, tertia pauperibus, quarta parentibus: et si non sunt idonei parentes, episcopus eam recipiat et in usum ecclesiae diligenter distribuat, et, si quis contra haec facere praesumserit, anathematizetur.*

tota compositio cedat presbytero [88]); si vero mortuus fuerit, compositio in tres dividatur portiones, id est, altari, cui presbyter deserviebat, pars una, altera episcopo, tertia parentibus presbyteri solvatur.

### C. XLI. *De eadem re.*

### Ex Capitularium Lib. II. cap. XLVIII [x]) [89]).

Presbyteri interfecti [90]) episcopo, ad cuius parochiam pertinent, solvantur secundum Capitulare gloriosi Caroli genitoris nostri, ita videlicet, ut medietatem weregildi eius episcopus utilitatibus ecclesiae, cui praefuit, tribuat, et alteram medietatem in eleemosynam illius iuste dispertiat, quia nullus nobis eius heres proximior videtur, quam ille, qui ipsum Domino sociavit.

### C. XLII. *De eo, qui sacerdotem occiderit.*

### Ex Concilio Wormatiensi [y]).

Qui sacerdotem voluntarie occiderit, carnem non comedat et vinum non bibat cunctis diebus vitae suae; ieiunet usque ad vesperam, exceptis diebus festis atque dominicis, arma non sumat, equum non adscendat, ecclesiam per quinquennium non ingrediatur, sed ante fores ecclesiae stet; post quinquennium ecclesiam ingrediatur, nondum vero communicet, sed inter audientes stet vel sedeat. Cum

---

C. XLI. x) Anseg. Capit. Lib. IV. c. 14. b., secundum editionem in Monum. Germ. hist. T. III. p. 313. not. *) Attamen in nonnullis Capitularium Codd., velut. Vat. 1. Bell. Met. Camb. (cf. Monum. l. l.) hoc caput in fine Libri II. collocatum est, ideoque eiusmodi Codice Reginonem usum esse constat. — Burch. VI. 11. (R.), Decr. X. 140. (B.), 8., Pan. VIII. 6. (D. c. 8.), C. XVII. qu. 4. c. 26. (D.): *Ex Conc. Tribur. c. 5.;* falsae inscriptionis auctor Burchardus est, et causa supra c. XXXVII Reginonis. Cf. Bened. Cap. L. I. c. 186.

C. XLII. y) Hab. ann. 868. c. 26. (16.) aliquantulum breviatum. — Burch. VI. 8. (R.), Decr. X. 137. (B.).

C. XL. 88) *presbyter calumniatus, si spassaverit, tota comp. ced. p.:* Darmst.

C. XLI. 90) *compositio:* add. Bal. Burch. Decr. c. 140.; *Omnes presbyteri interfectores compositione episcopi:* Grat. (sed hic locus Decreti emendatione dignus est.)

autem fuerit duodecimi anni cursus finitus, communicandi ei licentia concedatur, et equitandi tribuatur remissio. Maneat autem in reliquis observationibus tres dies per hebdomadam, ut perfectius purificari mereatur.

### C. XLIII. *De eadem re.*

### Ex Concilio Moguntiacensi, cap. XXIV [z]).

Qui presbyterum occiderit, XII annorum ei poenitentia secundum canones imponatur, aut si negaverit, si liber est, cum XII [91]) iuret; si autem servus, super XII vomeres ferventes se purget; convictus noxa [92]), usque ad ultimum vitae tempus militiae cingulum deponat, et uxorem amittat [93]).

### C. XLIV. *De eo, qui presbyterum degradatum occiderit.*

### Ex eodem Concilio [a]).

Nunciatum est nobis, quod aliqui, qui olim dixerunt, se fuisse sacerdotes, et postea degradati pro suis peccatis poenitentiam agendo suffragia sanctorum, per diversa loca transeuntes, quaesierunt, trucidati sint [94]). Huiuscemodi interfectoribus omnem ecclesiasticam denegamus communionem, donec dignam poenitentiam pro reatu suo secundum iudicium episcoporum exsolvant.

### C. XLV. *De homicidiis clericorum.*

### Ex Capitularium Lib. III. cap. XXV [b]).

Qui subdiaconum occiderit, CCC solidos componat;

---

C. XLIII. z) Hab. sub Rabano, ann. 847. — Burch. VI. 7. (R.), Decr. X. 136. (B.), c. XVII. qu. 4. c. 24. (D.).

C. XLIV. a) Ibid. c. 25. — Burch. VI. 9. (R.), Decr. X. 138. (B.): *Ex Conc. Turon. c.* 3.

C. XLV. b) Anseg. Capit. L. III. c. 25. (Capp. ad leg. Sal. mittend. ann. 803., c. 1.). — Decr. X. 9., Pan. VIII. 7. (D.), Coll. tr. p. III. 20. c. 5. (D.), c. XVII. qu. 4. c. 27. (D.).

C. XLIII. 91) *LXXII.*: Vienn. Coll. citt. 92) *noxae:* Helmst. Bal. Coll. citt. 93) *cingulo careat et absque spe coniugii maneat:* Coll. citt.

C. XLIV. 94) *sunt:* Hild. Bal.

qui diaconum, CCCC, qui presbyterum, DC, qui episcopum, DCCCC, qui monachum, CCCC solidos componat.

C. XLVI. *Si quis ordinatus homicidium fecerit.*

Ex Poenitentiali [c]).

Si quis episcopus aut aliquis ordinatus homicidium fecerit, X annis poeniteat, tres ex his in pane et aqua.

C. XLVII. *Si quis consenserit aut consiliatus fuerit, ut homo interficiatur.*

Ex eodem [d]).

Si quis ad homicidium faciendum consenserit et consilium dederit, et factum fuerit, VII annis poeniteat. Si vero non fuerit factum, III annis poeniteat.

C. XLVIII. *Si quis consanguineum suum occiderit vel seniorem.*

Ex eodem [e]).

Si quis proximum et consanguineum suum occiderit, X annis poeniteat. Similiter, si quis seniorem et dominum suum dolo trucidaverit.

C. XLIX. *De eadem re.*

Ex dictis Ferrandi diaconi [f]).

Periculose [95]) se decipiunt, qui existimant, eos tantum homicidas esse, qui manibus hominem occidunt, et non potius eos, per quorum consilium et fraudem et exhortationem homines exstinguuntur. Nam Iudaei Dominum

---

C. XLVI. c) Halitg. VI. 1. — Coll. Vat. c. 88. (fons): *De Romano Poenitentiale.*

C. XLVII. d) Halitg. ibid. — Coll. Vat. c. 89. (fons): *Unde supra.* — Cf. Poenit. Commeano vulgo adscript. c. 6., Poenit. Merseburg. I. c. 3. (*Beitr.* p. 89.).

C. XLVIII. e) Canon poenitentialis incertus.

C. XLIX. f) Inter Ferrandi Opp. non est repertum. — Burch. VI. 31. (R.), Decr. X. 160. (B.), Ans. XI. 44. (B.), D. I, De poen. c. 23., omnes: *Ex dictis Augustini.*

C. XLIX. 95) *perniciose:* Grat.

nequaquam propriis manibus interfecerunt, sicut scriptum est †): *Nobis non licet interficere quemquam;* sed tamen illis Domini mors imputatur, quia ipsi eum lingua crucifixerunt, dicentes: *Crucifige eum.* Unde unus Evangelista dicit ††), Dominum crucifixum hora tertia, alius †††) sexta, quia Iudaei crucifixerunt eum hora tertia lingua, milites hora sexta manibus. Qui ergo hominem tradit, ille eum interficit, Domino dicente ††††): *Maius peccatum habet, qui me tradidit tibi.* Unde Psalmista †††††): *Filii hominum, dentes eorum arma et sagitta, et lingua eorum gladius acutus.* Subiiciant ergo se poenitentiae, quorum consilio sanguis funditur, si veniam promereri volunt [96]).

C. L. *De his, qui pro nihilo ducunt homicidium in bello perpetratum.*

Ex epistola Rabani ad Heribaldum episcopum Autisiodorensem de proelio ad Fontaniacum gesto [g]).

Quod autem quidam homicidium, quod nuper in seditione et proelio principum nostrorum perpetratum est, excusant, quasi non necessarium sit, pro hoc cuilibet agere poenitentiam [97]), eo quod iussu principum peractum sit, et Dei iudicio ita finitum. Scimus enim, quod Dei iudicium semper iustum est, et nulla reprehensione dignum [98]), sed tamen [99]) oportet eos considerare, qui hanc necem nefa-

---

C. L. g) Scr. circa ann. 853., c. 4. — Burch. VI. 23. (Rab.), Decr. X. 152. (B.): *Ex Conc. Mogunt. c. 2.*

†) *Iohann. c.* 18. *v.* 31.
††) *Marc. c.* 15. *v.* 25.
†††) *Luc. c.* 23. *v.* 44.
††††) *Ioh. c.* 19. *v.* 11.
†††††) *Psalm.* 56. *v.* 5.

C. XLIX. 96) *voluerint:* Coll. citt.

C. L. 97) *Oportet autem diligentius eos admonere, qui homicidia in bello perpetrata pro nihilo ducunt, excusantes, non ideo necesse habere de singulis facere poenitentiam, eo quod i.:* Coll. citt. 98) Iam plura sequuntur in Rab., a Reg. Coll. citt. omissa. 99) *unde op.:* Rab.

riam defendere cupiunt, utrum illos quasi coram oculis Dei innoxios excusare possint, qui propter avaritiam, quae omnium malorum radix est, et idolorum servituti comparatur, atque propter favorem dominorum suorum temporalium aeternum Dominum contemserunt, et mandata illius spernentes non casu, sed per industiiam homicidium fecerunt [100]). Unde in Exodo scriptum est [101]) †): *Si quis de industria et per insidias occiderit proximum, ab altario meo evelles eum, ut moriatur.* Et in Deuteronomio ††): *Si quis odio habens proximum suum, insidiatus fuerit vitae eius, et surgens percusserit eum et mortuus fuerit, et fugerit ad unam de supradictis urbibus, mittent seniores civitatis illius, et rapient eum de loco refugii, et tradent eum in manus proximi eius, cuius sanguis effusus est, et moriatur, nec misereberis eius.* Illum itaque [102]), quem Dominus dignum morte esse iudicavit, quis dicat reum non esse [103])? Quomodo contrarius legi Dei non existit [104]), qui hoc, quod Deus praecepit, cassum [105]) esse contendit? Sed inter haec sciendum est, quod magna distantia est inter legitimum principem et seditiosum tyrannum.

## C. LI. *De eadem re.*

### Ex Poenitentiali [h]).

Si quis hominem in bello publico occiderit, XL [106]) dies poeniteat.

---

C. LI. h) Poenit. Merseburg. I. c. 97. 160. Commean. c. 6. (vide: *Beitr.*, p. 101. 109.). Cf. Poen. Darmst. c. 39. (*Beitr.* p. 141. init.). — Decr. XV. 187.

†) *Exod. c. 21. v. 14.*
††) *Deuter. c. 19. v. 11. 12.*

C. L. 100) iam sequuntur apud Rab. Coll. citt. ea, quae supra in cap. XVI. huius libri continentur. 101) *De eo vero, qui per industriam aliquem occiderit, in Exodo ita praeceptum est:* ibid. 102) *Si ergo cum:* ib. 103) *reum non esse quis dicat, quomodo:* ib. 104) *existat:* Goth. Helmst. 105) *casum:* Trev. Guelph. Vienn.

C. LI. 106) *XXX:* Merseb. c. 160.; *ebdomadas XXI:* Darmst.; *annum I.:* Decr.

C. LII. *De clerico, qui proximum suum occiderit.*

Ex eodem [i]).

Si clericus homicidium fecerit et proximum suum occiderit odii meditatione, exul VII annis poeniteat.

C. LIII. *De parricidis.*

Ex Poenitentiali [k]).

Si quis hoc crimen perpetraverit, quidam iudicaverunt, ut VII annorum vel XIV poenitentiam egissent [107]), quidam usque ad finem vitae, sicut Cain, qui similia perpetravit [108]).

C. LIV. *De eo, qui hominem debilitaverit.*

Ex eodem [l]).

Qui hominem debilitaverit, et deformem fecerit, impensas in medicos tribuat [109]) et maculae pretium, et opus eius, donec sanetur, restituat [110]), et dimidium annum poeniteat. Si vero non habet, unde hoc restituat, annum unum poeniteat.

C. LV. *De truncationibus membrorum.*

Ex Concilio Moguntiacensi, cap. VI [m]).

His, a quibus Domini sacramenta tractantur, iudicium sanguinis agitare non licet, et ideo magnopere talis excessus prohibendus est, ne indiscretae praesumtionis motibus

---

C. LII. i) Coll. Vat. c. 91.; cf. Poenit. Merseb. I. c. 1. (*Beitr.* p. 88.).
C. LIII. k) Cf. Ans. XI. 47. et Theiner. Disquis. crit. p. 299.; Poenit. Vallicell. c. 6. (*Beitr.* p. 146.).
C. LIV. l) Poenit. Merseb. I. c. 65. (*Beitr.* p. 97.), Commean. c. 6., Darmst. c. 13. (*Beitr.* p. 133.); cf. Theiner. Disquis. p. 296. — Burch. XIX. 101.
C. LV. m) Immo ex Concil. Toletano XI., hab. ann. 675., c. 6. — Burch. I. 201. (R.), Decr. V. 315. (B.): *Ex Conc. Mogunt. c. 6.;* C. XXIII. qu. 8. c. 30.

C. LIII. 107) *egisset:* Bal. 108) *perpetraverit:* ib.
C. LIV. 109) *Si quis per rixam ictu deformat hominem, reddat impensam in medicum:* Merseb. Commean. 110) *restituet:* Goth. Guelph. Vienn.

agitati, aut, quod morte plectendum est, sententia propria iudicare praesumant, aut truncationes quibuslibet [111]) personis aut per se inferant aut inferendas praecipiant. Quodsi quisquam horum immemor praeceptorum aut in ecclesiae suae familiis aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit, et concessi ordinis honore privetur [112]) et loco, sub perpetuae damnationis religatus [113]) ergastulo, cui tamen communio exeunti ex hac vita non neganda est propter Domini misericordiam.

C. LVI. *Quae debeat discretio ecclesiarum rectoribus esse, ne per inconditam disciplinam subeat homicidii notam* [n]).

Cum [114]) iuxta antiquae institutionis edictum plus erga corrigendos agere debeat [115]) benevolentia, quam severitas, plus cohortatio, quam commotio, plus caritas, quam potestas adhiberi debet [116]).

C. LVII. *De parricidio.*

Ex Lege Theodosiana, Lib. IX [o]).

Si quis patrem, matrem, fratrem, sororem, filium vel filiam [117]) vel alios propinquos occiderit, remoto aliorum genere tormentorum, facto de coriis sacco, qui culleus nominatur, in quo cum missus fuerit, cum ipso etiam serpentes claudantur, et, si mare vicinum non fuerit, in quolibet gurgite proiiciatur, ut [118]) tali poena damnatus nullo unquam tempore obtineat sepulturam.

---

C. LVI. n) Bened. Capitul. Add. IV. c. 8. vers. fin. Bened. citat hoc caput ex decretis Anastasii, est autem conflatum ex decretalibus Pseudo-Isidorianis (cf. Pertz Monum. Tom. IV. P. II. p. 30.); vid. D. XLV. c. 4. 6.
C. LVII. o) Interpr. l. un. Cod. Theodos. De parricid. (IX. 15.).

C. LV. 111) *quaslibet:* orig. 112) *privatus:* ib. 113) *religetur:* Burch. Decr.
C. LVI. 114) *et:* Bened. 115) *debet:* ib. 116) *adh. deb.:* absunt ib.
C. LVII. 117) *filios, filias:* Bal.; *vel:* abest a Guelph. Vienn. Helmst. Bal. orig. 118) abest ap. Hild. Bal.

## C. LVIII. *De domina, quae ancillam occidit.*

### Ex Concilio Eliberitano p).

Si qua domina furore zeli inflammata ancillam occiderit [119]) ita, ut intra [120]) tertium diem animam cum cruciatu emittat [121]), eo quod incertum sit, voluntarie [122]) an casu occiderit [123]); si voluntarie [122]), post septem annos, si casu, post quinque annorum tempora, acta [124]) legitima poenitentia, ad communionem admitti placuit [125]).

## C. LIX. *Si servus occiditur a domino, cum verberibus castigari creditur.*

### Ex Lege Theodosiana q).

Si servus, dum culpam dominus vindicat, mortuus fuerit, dominus culpa homicidii non tenetur, quia tunc homicidii reus est, si occidere voluisse convincitur. Nam emendatio non vocatur ad crimen.

## C. LX. *De oppressione infantium.*

### Ex Concilio Moguntiacensi r).

Si quis infantem suum incaute oppresserit, aut vestimentorum pondere suffocaverit, et hoc post baptismum factum fuerit [126]), XL dies poeniteat in pane et aqua, oleri-

---

C. LVIII. p) Hab. circa ann. 310., c. 5. — Coll. Vat. c. 94., Dach. I. 103., Hal. IV. 5., Rab. ad H. c. 3., ad O. c. 14. — Burch. VI. 19., Decr. X. 148. (B.), 22., Ans. XI. 36., D. L. c. 43.
C. LIX. q) Interpr. L. 2. Cod. Theod. De emend. servor. (IX. 12.).
C. LX. r) Hab. ann. 852. c. 9. (Pertz. Monum. T. III. p. 413.). — Burch. XVII. 58. (R.).

C. LVIII. 119) *De domina, quae per zelum anc. occ.:* Rab. — *Si qua femina, furore zeli accensa, flagellis verberaverit anc. suam:* Coll. citt. orig. 120) *infra:* Vat. Dach. Hal. Rab. ad H. 121) *effundat:* Coll. citt. o. et orig. 122) *voluntate:* ibid. 123) *acciderit:* Trev. Goth. 124) *ac leg.:* Guelph. Helmst.; *ac legitimam poenitentiam:* Vienn. 125) *per quinquennii tempora ...... a communione placuit abstineri:* Hal.; *post quinquennii tempora ...... a commun. pl. abstin.:* Vat.

C. LX. 126) *et hoc, factum fuerit:* absunt ab orig.

bus atque leguminibus, et a coniuge [127]) se abstineat. Postea tres annos poeniteat [128]) per legitimas ferias et tres in anno quadragesimas observet [129]). Quod si ante baptismum infans oppressus fuerit [130]), proximos XL dies, ut supra, poeniteat. Postea vero quinquennium expleat.

## C. LXI. *Si per negligentiam matris infans moritur non baptizatus.*

### Ex epistola Rabani ad Reginbaldum chorepiscopum [s]).

De infantibus autem, qui mortui inveniuntur cum patre et matre, et non apparet, utrum a patre aut matre occisus sit ipse infans vel suffocatus [131]), an propria morte defunctus, non debent inde securi esse, nec sine poenitentia ipsi parentes, sed tamen in iis consideratio debet esse pietatis, ubi non voluntas, sed eventus mortis causa fuit. Si autem eos non latet, ipsos eius esse interfectores, scire debent, graviter se deliquisse, quod in Ancyrano concilio comprobatur [132]). Quidam autem [133]) trium annorum poenitentiam huiusmodi hominis [134]) iudicant esse debere, quorum unum ex his exigat in pane et aqua, atque se ab omni luxuria tempore poenitentiae suae custodiat.

Pariens femina, cuius filius per negligentiam non baptizatus obierit, annum unum poeniteat, et nunquam sit sine aliqua poenitentia. Si autem per negligentiam sacerdotis et cet.: require in priori libello, cap. CXXXI: *Ex Poenitentiali, cap. XVII.*

---

C. LXI. s) C. 2. (Mansi, Tom. XVI. col. 864.). — Burch. XVII. 59. (R.): *Ex Conc. Paris. c.* 5.

C. LX. 127) *coniugio:* ib. 128) *in poenitentia exigat*: ib. 129) *in anno*, *observet*: absunt ibid. 130) *oppresserit infantem:* ibid.

C. LXI. 131) *utrum ab eis oppressus sit ipse infans*, *sive suffocatus:* orig. 132) *hoc modo probatur:* orig., atque iam ibi sequuntur verba capitis 20. Ancyrensis. 133) *Sed alii:* ib. 134) *horum:* Burch.

C. LXII. *De mulieribus, quae partus suos necant.*

Ex Concilio Ancyrano t). Bal. 63.

De mulieribus, quae fornicantur et partus suos necant, vel quae agunt secum, ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio usque ad exitum vitae eas ab ecclesia removet; humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus secundum praefixos gradus poenitentiae [135]) largiatur.

C. LXIII. *De eadem re.* 64

Ex Concilio Ilerdensi u).

Hi vero, qui male conceptos ex adulterio factos [136]) vel editos necare studuerint, vel in ventribus matrum potionibus aliquibus colliserint, in utroque sexu adulteris [137]), id est, patri vel matri [138]), post VII annorum curricula communio tribuatur, ita tamen, ut omni tempore vitae suae fletibus et humilitati insistant [139]).

C. LXIV. *De eadem re.* 65

Ex Concilio Eliberitano v) [140]).

Si qua mulier absente marito per adulterium conce-

---

C. LXII. t) Hab. ann. 314., c. 20. (Dion.). — Coll. Vat. c. 93., Dach. I. 56. 100., Hal. IV. 3., Rab. ad H. c. 8., ad O. c. 11., Ans. ded. VII. 83. — Burch. XVII. 54. (R.), Decr. VIII. 314. X. 181.

C. LXIII. u) Hab. ann. 546., c. 2. — Rab. ad H. c. 9., ad O. c. 12. — Burch. XVII. 52. (R.), Decr. IX. 102. (B.) X. 182., Ans. XI. 57.

C. LXIV. v) Hab. ann. circ. 310., c. 63. — Rab. ad H. c. 8., ad O. c. 11. — Burch. XVII. 51. (R.), Decr. IX. 102. (B.).

C. LXII. 135) *poenitentia:* Helmst. Paris. Guelph. Vienn.

C. LXIII. 136) *male, factor:* abest ap. Hild. 137) *utrique sexui adulterorum:* ibid. (*in:* deest). 138) *i. e. p. v. m.:* desunt in orig. Coll. citt. 139) *insistat:* omn. Codd. In Cod. Helmst. iam sequitur a manu paullo recentiore scriptum hoc caput: *Ex epistola Innocentii Papae. Saepe accidit, ut, quoties a populis aut a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari, inultum solere transire; priora ergo dimittenda dico Dei iudicio, et de reliquo maxima sollicitudine praecavendum.*

C. LXIV. 140) inscriptio deest in Trev. Helmst.

perit, idque post facinus occiderit, placuit, vix in fine ei dandam communionem, eo quod geminaverit scelus.

66 C. LXV. *Si qua mulier partum suum excusserit.*

Ex Poenitentiali [w]).

Si qua mulier partum suum ante XL dies in utero sponte perdiderit, annum unum poeniteat. Si vero post XL dies eum occiderit, tres annos poeniteat. Si vero, postquam animatus fuerit, eum perdiderit, quasi homicida poeniteat. Sed distat multum, utrum paupercula pro difficultate nutriendi, aut fornicaria causa sit, et pro sui sceleris celandi faciat causa [141]).

67 C. LXVI. *Si qua mulier filium vel filiam sponte occiderit.*

Ex eodem [x]).

Mulier si voluntarie [142]) occiderit filium suum aut filiam [143]), pro homicidio [144]) X annis poeniteat.

68 C. LXVII. *De eadem re.*

Ex Concilio Rotomagensi [y]).

Sunt quaedam mulieres, ut ad notitiam sancti concilii pervenit, quae [145]) ex fornicatione concipientes, metuentes, ne scelus, quod occulte perpetrarunt, manifestum fieret, infantes, quos pepererunt, occiderunt, et terrae congerie cooperuerunt, aut in aquas [146]) proiecerunt; quod quantum nefas sit, canones Ancyrani, Eliberitani, atque Ilerdensis concilii testes sunt. His itaque vix in fine dan-

C. LXV. w) Poenit. Darmstad. c. 14. (*Beitr.* p. 133.); cf. Egberti Libr. de remed. pecc. c. 3.

C. LXVI. x) Ibid.; cf. Egbert. l. l. c. 10.

C. LXVII. y) Caput incertum. — Burch. XVII. 53. (R.), Decr. IX. 103. (B.): *Ex Conc. Arelat. c.* 6.

C. LXV. 141) deest in orig. omnibusque Codd., exc. Goth. et Helmst.

C. LXVI. 142) deest in orig. 143) *aut filiam:* des. ib. 144) *per homicidium:* ib.

C. LXVII. 145) *Mulieres quaedam, aut audivimus quae:* Coll. citt. 146) *aquis:* Goth.

dam esse communionem decernunt, sed humanius tractantes, post decennem poenitentiam tales placuit ad communionem recipi.

C. LXVIII. *Ut ante ianuam ecclesiae adulterini infantes exponantur.* 69

Ex eodem [z]).

Igitur quia diabolo suadente et carnis fragilitate delectante et ideo consentiente, multoties talia perpetrantur, ideo ex una mortifera potione aliam utcunque mederi cupientes, ne geminetur scelus, scilicet[147]) adulterii et homicidii, damus consilium, ut [148]) unusquisque sacerdos in sua plebe publice adnunciet, ut, si aliqua femina clanculo corrupta conceperit et pepererit, nequaquam diabolo cohortante filium aut filiam suam interficiat, sed, quocunque praevalet ingenio, ante ianuas ecclesiae partum deportari faciat, ibique proiici, ut coram sacerdote in crastinum delatus ab aliquo fideli suscipiatur et nutriatur, et tali ex causa homicidii reatum, et, quod maius est, parricidii evadat. Nam, qui filium aut filiam interficit, parricidio omnimodis tenetur [149]).

C. LXIX. *De expositis infantibus.* 70

Ex Lege Theodosiana, Lib. V. cap. VII [a]).

Quicunque expositum recenti partu, sciente patre vel matre vel domino, collegerit et suo labore educaverit, in illius, a quo collectus est, potestate consistat, seu ingenuum seu servum, quem nutrivit, esse voluerit.

---

C. LXVIII. z) Caput incertum. — Burch. III. 200., Decr. III. 252. (B.): *Ex Conc. Matiscens. c.* 6.

C. LXIX. a) Interpr. L. 1. Cod. Theod. De expos. (V. 7.).

C. LXVIII. 147) deest ap. Bal. 148) *In hoc sancto Concilio decretum est, ut:* Coll. citt. *Igitur ...... damus consilium:* desunt ib. 149) *teneatur:* Bal.

71 C. LXX. *De eadem re.*

Ex eadem b) [150]).

Qui expositum puerum vel puellam, sciente domino vel patrono, misericordiae causa collegerit, in eius dominio permanebit, si tamen contestationi de collectione eius episcopus vel clerici subscripserunt [151]), quem postea suum dicere quisque [152]) non poterit, quem proiecisse probatur ad mortem.

72 C. LXXI. *De eadem re.*

Ex eadem c).

Si quis infantem a sanguine [153]) nutrierit, habendi eum et possidendi habeat potestatem. Sane si nutritum dominus vel pater recipere voluerit, aut eiusdem meriti mancipium nutritori donet [154]), aut pretium nutritor, quantum valuerit [155]), qui nutritus est, consequatur [156]).

73 C. LXXII. *De homicidis.*

Ex Concilio Turonensi d).

Homicidis penitus non communicandum, donec per confessionem poenitentiae ipsorum crimina diluantur.

74 C. LXXIII. *De his, qui uxores occidunt.*

Ex Concilio Moguntiacensi e).

Si maritus uxorem aut uxor maritum interfecerit, aequum iudicium sit super eos, dicente Domino †): *Non con-*

---

C. LXX. b) Interpr. L. 2. ib.
C. LXXI. c) Interpr. L. 1. Cod. Theod. De his qui sanguinol. (V. 8.).
C. LXXII. d) Conc. Turon. I. hab. ann. 461. c. 7. — Coll. Vat. c. 108. (fons). — Burch. VI. 30. (R.), Decr. X. 159. (B.)
C. LXXIII. e) Caput incertum. — Burch. VI. 38. (R.), Decr. X. 167. (B.).

†) *Levit. c. 19. v. 15.*

C. LXX. 150) *ex eodem:* Hild. Bal. 151) *subscripserint:* orig. 152) *quis:* Hild. Bal.
C. LXXI. 153) *emerit et:* add. orig. 154) *debes donare:* Guelph. Vienn. Bal.; *dabit:* orig. 155) *voluerit:* Guelph. Vienn. Helmst. 156) *consequetur:* orig.

*sideres personam pauperis, nec honores vultum potentis:* Et post pauca †): *Ita,* inquit, *parvum audieris, ut magnum; nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est.* Idcirco uterque eorum in huiuscemodi criminis accusatione, si negaverit, pari iudicio examinetur [157].

## C. LXXIV. *De eadem re.* 75

### Ex Capitularium Lib. III., cap. LXXXIX [f].

Ut homicidia infra patriam, sicut in lege Domini interdictum est, nec causa ultionis, nec avaritiae, nec latrocinandi [158]) fiant. Et, ubicunque inventi [159]) fuerint, a iudicibus nostris secundum legem ex nostro mandato vindicentur, et non occidatur homo, nisi lege iubente.

## C. LXXV. *De eadem re.* 76

### Ex eodem [g]).

Quicunque, propria uxore derelicta, vel absque lege sine causa et certa probatione [160]) interfecta, aliam [161]) duxerit uxorem, armis depositis, publicam agat poenitentiam, et, si contumax fuerit, comprehendatur a comite, et ferro vinciatur, et in custodiam mittatur, donec res ad nostram notitiam deducatur [162]).

---

C. LXXIV. f) Anseg. Capit. L. III. c. 89. (Capitul. eccles. ann. 789. c. 66.).

C. LXXV. g) Capit. Wormat. pro lege habend. ann. 829., c. 3. (cf. Pertz. Monum. T. III. p. 353. not. o)). Lib. II. Legg. Longob. tit. 13. c. 5; Bened. Capit. L. I. c. 300. — Burch. VI. 37. (R.), Decr. X. 166. (B.), C. XXX. qu. 2. c. 7. (D.): *Ex decret. Pii.* Burch. suo more capitis inscriptionem et verba mutavit, ut quaevis legis mundanae delerentur vestigia. — Decr. VIII. 241.: *Ex Capit. Libr. V. c.* 300., genuina exhibet verba.

†) *Deut. c. 1. v. 17.*

C. LXXIII. 157) in Coll. citt. quaedam sequuntur.

C. LXXIV. 158) *latrocinando:* orig. 159) *inventa:* ib.

C. LXXV. 160) *vel absque lege, et certa prob.:* des. ab orig. 161) *Quicunque propriam uxorem absque lege vel sine c. e. c. p. interfecerit aliamque:* Coll. citt. 162) *contumax fuer., et episcopo suo inobediens exstiterit, anathematizetur, quousque consentiat. Eadem lex erit illi, qui seniorem suum interfecerit:* eaed.

77 C. LXXVI. *De pugna duorum, quod nostri campum*[163]) *appellant, quod pro imputato adulterio solet exerceri.*

Ex epistola Nicolai Papae ad Karolum regem[h]).

Monomachiam vero in lege non assumimus, quam praeceptam fuisse non reperimus[164]), quam licet iniisse quosdam legerimus, sicut sanctum David et Goliam sacra prodit historia, nusquam tamen, ut pro lege teneatur, alicubi divina sancit auctoritas, cum hoc et huiuscemodi sectantes Deum solummodo tentare videantur.

78 C. LXXVII. *Item de eadem re.*

Ex eadem epistola[i]).

Verum sicut multorum relatu didicimus, Lotharius rex conventum celebrare disponit, et Thietbirgam[165]) reginam examini proprio et iudicio subiicere meditatur, et si quidem eam praestigiis falsitatis suae[166]) potuerit exhibere, quasi non fuerit legitima sua uxor, vult eam penitus a se sequestrare. Sin autem, vult eam tamquam propriam uxorem admittere[167]), sed deinde, quasi moechata fuerit, insimulare, atque pro[168]) hoc hominem suum et hominem Thietbirgae ad monomachiam impellere, et, si homo ipsius reginae ceciderit, disponit, hanc sine dilatione perimere, quae quantum sint omni divinae legi contraria, magnitudo prudentiae vestrae, credimus, iam advertit.

79 C. LXXVIII. *De parricidis.*

Ex Capitularibus[k]).

Quicunque propter cupiditatem rerum patrem aut ma-

---

C. LXXVI. h) Scr. ann. 867. — Burch. IX. 51. (R.), Decr. VIII. 187. (B.), C. II. qu. 5. c. 22.

C. LXXVII. i) Ibid. — Burch. IX. 50. (R.), Decr. VIII. 116. (B.).

C. LXXVIII. k) Capitul. Wormat. pro lege habend. ann. 829. c. 2. — Bened. Capit. Add. IV. c. 117.; Lib. I. Legg. Longob. tit. 10. c. 4.

C. LXXVI. 163) *capitulum:* Hild. 164) *in legem assumi, nusquam praeceptum fuisse, rep.:* orig.

C. LXXVII. 165) *Thietburgam:* Goth., *Thitbergam:* Vienn., *Theutbirgam:* orig. 166) *et argumentosis ambagibus:* add. orig. 167) *dimittere:* Coll. citt. 168) *per:* Bal.

trem, fratrem aut sororem vel nepotem vel alium propinquum suum interfecerit, hereditas interfecti ad legitimos heredes perveniat, interfectoris vero hereditas in fiscum redigatur, ipse vero ordinante episcopo publicae [169]) poenitentiae subdatur.

C. LXXIX. *De his, qui ferro vinciuntur.* 80

Ex eodem [l]).

Ut mangones et cotiones, qui sine omni lege vagabundi vadunt per istam terram, non sinantur vagari ad deceptiones hominum [170]) nec isti ferro colligati atque constricti [171]), qui dicunt, sibi iniunctum esse a sacerdote, ut vagi et profugi per patrias ambulent [172]), melius nobis videtur, ut [173]) uno loco permaneant laborantes et servientes et patientiam habentes [174]), secundum quod sibi [175]) canonice impositum fuerit.

C. LXXX. *De faidis coërcendis* [m]) [176]). 81

Si quis aliqua necessitate cogente homicidium commisit, comes, in cuius ministerio res est perpetrata, et compositionem facere [177]), et faidam per sacramentum pacificare faciat. Quodsi una pars ei ad hoc consentire noluerit, id est, aut ille, qui homicidium fecit, aut is, qui compositionem suscipere debet, faciat illum, qui ei contradicit [178]), ad praesentiam nostram venire, ut eum secundum [179]) tempus, quod nobis placuerit, in exilium [180]) mittamus,

---

C. LXXIX. l) Anseg. Capit. App. I. c. 34. (Capit. ecclesiast. ann. 789., c. 78).

C. LXXX. m) Anseg. Capit. L. IV. c. 25. (Capit. Aquisgr. legg. add. ann 817. c. 13.).

C. LXXVIII. 169) *publice:* Trev. Guelph.

C. LXXIX. 170) *ac decept. hom. agere:* orig. 171) *nec isti nudi cum ferro:* ib. 172) *dic., se data sibi poenitentia ire vagantes:* ib. 173) *si aliqui inconsultum et capitale crimen commiserunt:* add. ib. 174) *poenitentiam agentes:* ib. 175) abest ap. Bal., *ipsis:* Hild.

C. LXXX. 176) *cohaeredum:* Hild. 177) *solvere:* orig. 178) *contumax fuerit:* ib. 179) *ad:* ib. 180) *exilio:* Hild. Bal.

donec ibi castigetur, ut comiti suo inobediens ulterius esse non audeat, et maius damnum non accrescat.

82 C. LXXXI. *De femina, quae virum per maleficium interficit.*

Ex Poenitentiali, cap. XV [n]).

Mulier, si aliquos interimit arte malefica [181]), id est, per poculum aut per aliquam artem, VII annis poeniteat; si paupercula fuerit, III [182]) annis poeniteat.

83 C. LXXXII. *De eadem re.*

Ex Concilio Eliberitano [o]).

Si quis vero maleficio [183]) interficiat [184]) alterum, eo quod sine idololatria perficere scelus non potuit, nec in fine impertiendam [185]) esse illi communionem [186]).

84 C. LXXXIII. *De eadem re.*

Unde supra [p]).

Si quis maleficio suo aliquem perdiderit, VII annis poeniteat, et eleemosynas multas faciat.

85 C. LXXXIV. *De eadem re* [q]).

Si mulier maritum suum causa fornicationis veneno

---

C. LXXXI. n) Poenitent. Darmst. c. 15. (*Beitr.* p. 133.), Egbert c. 10. — Cf. Coll. Vat. c. 101.

C. LXXXII. o) Hab. circ. ann. 310. c. 6. — Coll. Vat. c. 95. (fons), Dach. I. 104. — Burch. VI. 26. (R.), Decr. X. 155. (B.).

C. LXXXIII. p) Canon poenitentialis; cf. Poenit. Merseburg. I. c. 9., Columb. c. 18., Commean. c. 6. init., Halitg. VI. 5.; Coll. Vat. c. 96. (fons). — Ans. XI. 127.

C. LXXXIV. q) Canon poenit. — Burch. VI. 39. (R.), Decr. X. 168. (B.): *Ex Concil. Eliberit. c.* 85. Causa falsae inscriptionis est supra c. LXXXII., atque illud: 85 nihil est, nisi huius ipsius capitis ap. Reginon. numerus, quem Burchardus simul cum capite recepit.

C. LXXXI. 181) *maleficiae suae:* orig. 182) *IV.:* Bal.

C. LXXXII. 183) *veneficio:* Burch. Decr., *per maleficium:* Vat. 184) *interfecerit:* ib. 185) *inpercipiendam:* Guelph. Vienn., *percipiendam:* Bal. Helmst., *pertinendam:* Vat. 186) *communitionem:* Helmst.

interficit [187]), aut quacunque arte perimere facit, quia dominum et seniorem suum occidit [188]), X annis poeniteat.

## C. LXXXV. *De eo, qui aliquem interficit.* 87

### Ex Lege Romana, Pauli sententiarum Lib. V. c. XXV [r]).

Qui vero [189]) aliquem interficit hominem, aliquando absolvitur, et, qui non occidit, ut homicida tenetur vel damnatur. Consilium enim uniuscuiusque, non factum, puniendum est, ideoque, qui, cum vellet occidere, id casu aliquo perpetrare non potuit, ut homicida punietur, et is, qui casu, iactu teli, hominem imprudenter occidit, absolvitur.

## C. LXXXVI. *De his, qui homines suadent interficere.*

### Ex eadem [s]).

Mandatores caedis, id est, qui homines praecipiunt vel suadent interficere, proinde [190]) ut homicidae puniantur.

## C. LXXXVII. *De eo, qui hominem castraverit.* 88

### Ex eadem [t]).

Qui hominem [191]) libidinis aut negotiationis [192]) causa castraverit, castrandumque tradiderit [193]), sive servus sive liber sit, capite puniatur.

---

C. LXXXV. r) Interpr. §. 3.
C. LXXXVI. s) Ibid. §. 11.
C. LXXXVII. t) Ibid. §. 13.

C. LXXXIV. 187) *interfecerit:* Coll. citt. 188) *occ., seculum relinquat et in monasterio poeniteat:* ib.

C. LXXXV. 189) *veneno:* Trev. Goth.

C. LXXXVI. 190) *perinde:* Helmst. Bal.

C. LXXXVII. 191) *invitum:* add. orig. 192) *promercii:* ib. 193) *castrandumve curaverit:* ib.

89 C. LXXXVIII. *De eadem re.*

Unde supra[u]).

Si aliquis causa explendae libidinis vel odii meditatione, ut non ex eo soboles nascatur, homini aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, ut non possit generare aut concipere, ut homicida teneatur.

Hoc totum idcirco ex lege Romana posuimus, ut sacerdos ex lege perpendat modum poenitentiae in talibus transgressionibus. Canonica enim auctoritas cum lege Romana[194]) ex permaxima[195]) parte concordat.

90 C. LXXXIX. *De his, qui circumciduntur.*

Ex eadem Lege, cap. XXIV[v]).

Cives Romani, qui se Iudaico ritu vel servos suos circumcidi patiuntur, bonis ademtis in insulam deportantur[196]), medici capite puniuntur[197]).

91 C. XC. *Si Iudaeus servum alienae nationis circumciderit.*

Ex eodem[w]).

Iudaei si alienae nationis comparatos servos circumciderint, aut exilio deportantur aut capite puniuntur[198]).

92 C. XCI. *De his, qui semet ipsos interficiunt.*

Ex Concilio Bracarensi, cap. XV[x]).

Placuit, ut hi, qui sibi ipsis aut per ferrum aut per

---

C. LXXXVIII. u) Caput neque in iuris romani fontibus, neque alibi inventum. — Burch. XVII. 57: *Ex Conc. Wormac. c.* 30., Poenit. Roman. (ap. Anton. August. Opp. Lucae 1767. Tom. III.) I. 32. (B.), Compil. I. De homicid. volunt. c. 13. (V. 10.) (B.), c. 5. X. h. t. (V. 12.).

C. LXXXIX. v) Int. Paul. recept. sent. L. V. tit. 22. §. 3,

C. XC. w) ibid. §. 4.

C. XCI. x) Conc. Bracar. I. hab. ann. 561.. c. 16. — Coll. Vat. c. 97. (fons), Dach. I. 105., Halitg. IV. 6. — Burch. XIX. 130. (R.), Decr. XV. 140. (B.), X. 188., C. XXIII. q. 5. c. 12.

C. LXXXVIII. 194) *posuimus — Romana:* des. in Helmst. 195) *et perm.:* ib., *super max.:* Hild.

C. LXXXIX. 196) *deportentur:* Hild. Bal.; *perpetuo relegantur:* orig. 197) *puniantur:* Hild. Bal.

C. XC. 198) *deportentur, puniantur:* ib.

venenum aut per praecipitium aut suspendium vel quolibet modo[199]) inferunt mortem, nulla pro[200]) illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur. Multi enim sibi hoc per ignorantiam usurparunt. Similiter et de his placuit fieri[201]), qui pro suis sceleribus puniuntur.

### C. XCII. *De his, qui in patibulis suspenduntur.* 93

### Ex Concilio Moguntiacensi[y]).

Quaesitum est ab aliquibus fratribus de his, qui in patibulis suspenduntur pro suis sceleribus post confessionem Deo peractam, utrum cadavera illorum ad ecclesias deferenda sint, et oblationes pro eis offerendae, et missae celebrandae, an non? Quibus respondemus: si omnibus de peccatis suis puram confessionem agentibus et digne poenitentibus communio in fine secundum canonicum[202]) iussum danda est, cur non eis, qui pro peccatis suis poenam extremam persolvunt[203])? Scriptum est enim †): *Non iudicat*[204]) *Dominus bis in id ipsum.*

### C. XCIII. *De eadem re.* 94

### Ex Concilio Triburiensi[z]).

Fures et latrones si in furando et praedando occiduntur[205]), visum est, pro eis non orandum. Si comprehensi aut vulnerati presbytero vel diacono confessi fuerint, communionem eis non negamus.

---

C. XCII. y) Hab. ann. 847. sub Rabano, c. 27. — Burch. XI. 76. (R.), Decr. XIV. 124. (B.), Pan. V. 122. (D.), C. XIII. q. 2. c. 30. (R.?)

C. XCIII. z) Cf. c. 31. Concil. Tribur. hab. ann. 895. — Cod. Darmst. a. (III. 64.): *Synodus Luitberti apud Triburias*, similia exhibet; vid. *Beitr.* p. 181. — Burch. XI. 59. (R.), Decr. XIII. 45. (B.), C. XIII. q. 2. c. 31. (R.?)

†) *Nahum. c. 1. v. 12.*

C. XCI. 199) *violentam:* add. orig. Vat. Dach. Hal. 200) deest ib. 201) deest ib.

C. XCII. 202) *canonum:* Hild. Bal. 203) *et confitentur vel confiteri desiderant:* add. Burch. Decr. Pan. 204) *vindicat:* Helmst. orig.

C. XCIII. 205) *occidantur:* Hild. Bal.

95 C. XCIV. *Qui propter cupiditatem Iudaeum vel paganum occiderit.*

Ex Concilio Moguntiacensi [a]).

Qui odii meditatione vel propter cupiditatem Iudaeum vel paganum occiderit [206]), quia non leve vitium committitur, ut homicidam convenit poenitere, quandoquidem nec exteris gentibus, nisi oblatam pacem respuerint, bellum est populo antiquo penitus inferre praeceptum.

96 C. XCV. *Si quis insaniens hominem occiderit.*

Ex eodem [b]).

Si quis insaniens aliquem occiderit, si ad sanam mentem pervenerit, levior ei poenitentia imponenda est, quam ei, qui sana mente tale quid commiserit. Cui quamvis poenitentia sit imponenda, quia ipsa infirmitas causa peccati, licet fortassis occulta contigisse creditur, tanto tamen [207]) levior, quam ei, qui sanus aliquem occiderit, quantum inter sanum et insanum, irrationabile a rationabili constat esse discriminis.

97 C. XCVI. *Si plures unum hominem occiderint.*

Ex Concilio Moguntiacensi [c]).

Si quatuor aut quinque homines seu etiam plures con-

---

C. XCIV. a) In nullo eorum, quae ad nostra tempora pervenerunt, conciliorum Moguntinorum repertum est. Similia, si Iudaeorum commemorationem exceperis, leguntur in c. 27. (3.) Concil. Wormat. hab. ann. 868. — Burch. VI. 33. (R.). Decr. X. 162. (B.), Dist. L. c. 40.

C. XCV. b) Conc. Wormat. hab. ann. 868. c. 28. (4.). — Burch. VI. 25. (R.), Decr. X. 154. (B.) item inscr.: *Ex eodem*; antecedit autem in utraque Coll. canon Turonensis; C. XV. q. 1. c. 12.: *Ex Poenit. Theodori.*

C. XCVI. c) Hab. sub Rabano ann. 852., c. 11. — Burch. VI. 42. (R.), Decr. X. 170. (B.), C. XXIII. q. 8. c. 34. (D.): *Ex eodem* (Vermer.) *Conc. c.* 98.; *c.* 98. nihil est, nisi numerus capitis apud Regin.

C. XCIV. 206) *occ., quia imaginem Dei et spem futurae conversionis extinxerat, XL dies in pane et aqua poeniteat:* Coll. citt.

C. XCV. 207) *sit:* add. Hild. Bal.

tra unum hominem rixati fuerint, et ab his vulneratus mortuus fuerit, quicunque eorum plagam imposuit, secundum statuta canonum, ut homicida iudicetur [208]).

C. XCVII. *De eo, cui imputatur homicidium et probari non potest.* 98

Ex eodem [d]).

Ubi manifestari potest, quemlibet hominem perpetrasse homicidium, secundum canonicam auctoritatem condignum poenitentiae iudicium illi ingeratur. Si autem manifestis indiciis non potest probari, eum homicidam esse, nec ipse vult confiteri, omnipotentis Dei iudicio, cui omnia occulta manifesta sunt, reservetur. Ei [209]) tamen indicetur [210]), quod communione ecclesiastica indignus sit [211]), donec perpetratum crimen confiteatur, et per confessionem et poenitentiam condignam ab hoc crimine se absolvere certet [212]).

## AB HINC DE ADULTERIIS ET FORNICATIONIBUS.

C. XCVIII. Ex Concilio Ancyrano [e]). 99

Si cuius uxor adulterata [213]) fuerit, vel si ipse adulterium commiserit, VII annorum poenitentia [214]) oportet eum perfectionem consequi secundum pristinos gradus.

---

C. XCVII. d) Ibid. c. 13. — Burch. VI. 24. (R.), Decr. X. 153. (B.): *Ex Conc. Turon. c.* 2.

C. XCVIII. e) Hab. ann. 314., c. 19. (Dionys.). — Coll. Vat. c. 52., Dach. I. 55. (fons), Halitg. IV. 9., Rab. ad H. c. 21., ad O. c. 3., Ans. ded. VII. 37. — Decr. VIII. 284., Ans. XI. 74.

C. XCVI. 208) in Coll. citt. nonnulla in fine add.

C. XCVII. 209) *et:* Hild. Bal., *eique:* orig. 210) *publice a presbytero:* add. Coll. citt. 211) *et ea carere debeat:* add. ib. 212) *decertet:* orig.

C. XCVIII. 213) *adultera:* Helmst. Dion. 214) *poenitendi:* Trev. Goth. Vat.

100 C. XCIX. *De eo, qui uxorem habens concubinam tenet.*

Ex Concilio Toletano [f]).

De eo [215]), qui uxorem habens [216]), si [217]) concubinam habuerit, ut [218]) non communicet. Ceterum is, qui non habet uxorem, et pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur, tantum ut unius mulieris aut uxoris aut concubinae, ut ei placuerit, sit coniunctione contentus. Alias vero vivens abiiciatur, donec desinat et ad poenitentiam revertatur.

101 C. C. *De repudio.*

Ex epistola Innocentii Papae [g]).

De his etiam requisivit dilectio tua, qui interveniente repudio aliis [219]) se matrimonio copulaverunt, quos in utraque parte adulteros esse manifestum est. Qui vero vel uxore vivente, quamvis dissociatum videatur esse coniugium, ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non videri in tantum, ut etiam hae personae, quibus tales coniuncti sunt, etiam ipsae adulterium commisisse videantur, secundum illud, quod legimus in Evangelio †): *Qui dimiserit uxorem suam, et duxerit aliam, moechatur* [220]), et ideo omnes a communione fidelium abstinendos [221]).

---

C. XCIX. f) Conc. Tolet. I. hab. ann. 400. c. 17. — Coll. Vat. c. 69., Dach. I. 81. (fons), Hal. IV. 12. (Dach.). Hal. citat: *Ex Conc. Toletano c.* 81., sed illud 81. nihil est, nisi Dacheriani capitis numerus, ab Halitgario simul cum capite receptus.

C. C. g) Ep. ad Exuper. Tolosan. episc. scr. ann. 405.; Hispan.: Epist. III. c. 6., Dionys. c. 26. inter decreta Innoc. I. — Dach. I. 73. (fons), Rab. ad H. c. 21., ad O. c. 3. — Ans. ded. VII. 33.; Coll. Vat. c. 61. excerptum exhibet. — Burch. IX. 72. (Ans. ded.), Decr. VIII. 209. (B.).

†) *Matth. c.* 19. *v.* 9.

C. XCIX. 215) *si quis uxorem:* orig. 216) *habet:* Coll. citt. 217) deest orig. 218) deest orig. Coll. citt.

C. C. 219) *alii:* Dach. Rab. Hisp. Dion. 220) *similiter et qui dimissam duxerit, moechatur:* add. Vat. Dach. Rab. Hisp. Dion. 221) in Ans. ded. Burch. Decr. iam quaedam sequuntur.

### C. CI. *De feminis, quae relinquunt viros suos.* 102

Ex Concilio Eliberitano[h].

Item feminae, quae nulla praecedente causa reliquerunt viros suos, et alteri se copulaverunt, nec in finem accipiant communionem.

### C. CII. *De adultero marito.* 103

Unde supra[i].

Item femina fidelis, quae adulterum[222] maritum reliquerit fidelem, et alterum[223] ducit, prohibeatur, ne ducat. Si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quam is, quem reliquit, de seculo exierit, nisi forte necessitas infirmitatis dare compulerit.

### C. CIII. *De discidio.* 104

Ex Concilio Africano[k].

Placuit, ut secundum evangelicam et apostolicam disciplinam neque dimissus ab uxore, neque dimissa a marito alteri coniungantur, sed ita maneant, aut sibi[224] reconcilientur. Quod si contemserint, ad poenitentiam redigantur; in qua causa legem imperialem petendam promulgari[225].

---

C. CI. h) Hab. circ. ann. 310., c. 8. — Coll. Vat. c. 62., Dach. I. 75. (fons). — Burch. IX. 62. (R.), Decr. VIII. 198. (B.).

C. CII. i) Ibid. c. 9. — Coll. Vat. c. 63., Dach. I. 76. (fons), Rab. ad H. ib., ad O. ib. — Burch. IX. 63. (R.), Decr. VIII. 199. (B.), Ans. XI. 97. (B.), C. XXXII. q. 7. c. 8. (D.).

C. CIII. k) Cod. Dionys. c. 102., Hadr. Afric. c. 69.; ex Conc. Carthag. hab. ann. 407. c. 17. — Coll. Vat. c. 60., Dach. I. 74. (fons), Hal. IV. 10., Rab. ib., Ans. ded. VII. 35. — Burch. IX. 64. (R.), Decr. VIII. 200. (B.), Ans. X. 17. (B.), C. XXXII. q. 7. c. 5. (D.).

C. CII. 222) *ob adulterium:* Helmst. 223) *adulterum:* Guelph. Helmst. Vienn. Bal. Burch. Decr. Ans.

C. CIII. 224) *sibimet:* orig. Coll. citt. 225) *in qua* et rell. desunt: Hal. Rab. ad H. Burch. Decr. Ans. Grat.

105 C. CIV. *De eadem re.*

Ex dictis Augustini de sermone Domini in monte[l]).

Apostolus Paulus dicit †): *His, qui sunt in coniugio, praecipio, non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere. Quod si discesserit, manere innuptam aut viro suo reconciliari.* Potest enim fieri, ut discedat ea causa, qua Dominus permisit. Aut, si feminae licet virum dimittere etiam praeter [226]) causam fornicationis, quid respondebimus de hoc, quod dicit posterius: *et vir uxorem non dimittat?* Quare non addidit: *excepta* [227]) *causa fornicationis*, quod Dominus permittit, nisi quia similem formam vult intelligi [228]), ut, si dimiserit, quod causa fornicationis permittitur, maneat sine uxore aut reconcilietur uxori. *Et post pauca:* Dominus autem permisit causa fornicationis uxorem dimitti, sed quia permisit, non iussit.

106 C. CV. *De eadem re.*

Ex Capitularium Lib. I., cap. XLIII[m]).

Ut nec uxor a viro dimissa alium accipiat virum vivente viro suo, nec vir aliam accipiat vivente uxore priore.

C. CVI. *De legitimis coniugiis.*

107 Ex dictis S. Hieronymi[n]).

Tria legitima coniugia in scripturis leguntur. Primum legitimum coniugium est virgo casta in virginitate viro dotata [229]) legitime. Secundum, virgo in civitate [230]) depre-

---

C. CIV. l) L. I. c. 26. — Burch. IX. 71. (R.), Decr. VIII. 208. (B.), Pan. VII. 2. (D.), C. XXXII. q. 7. c. 3. (D.).

C. CV. m) Anseg. Capit. L. I. c. 42. (c. 43. Capitul. ecclesiast. ann. 789.).

C. CVI. n) Caput incertum. — Decr. VIII. 40. (R.?), Pan. VI. 33. (D.), C. XXXVI. q. 2. c. 8. (D.).

†) *Corinth. c. 6. v. 10.*

C. CIV. 226) *propter:* Goth. Burch. Decr. Pan. 227) *excepto:* Trev. Goth. Helmst. 228) *intelligere*: Bal.

C. CVI. 229) *data*: Goth. Coll. citt. 230) *captivitate:* Helmst.

hensa a viro, et illi per vim copulata; si voluerit pater eius, dotabit eam ipse vir, quantum iudicaverit pater, et dabit pretium pudicitiae eius; si autem habuerit sponsum, antequam deprehensa fuerit, dabitur ei. Tertium, filia praedicta deprehensa, si non fuerit voluntas patris, trahet eam a praedicto viro, et tradet eam alii[231]), et dotabit eam, et legitima erit ei. Sed primum his duobus praefertur. Additur[o]) aliud quartum legitimum coniugium. Dum mortua fuerit uxor eius, licet illi accipere aliam, sed non repudiatam, non desponsatam viro. Similiter debet et mulier, quod Paulus †) manifeste docet: *Mulier*, inquit, *quia*[232]) *sub viro*[233]) *est*, *ligata sub lege viri est*, *quamdiu vivit vir eius*, et reliqua. Additur quintum: Quando sive vir sive mulier ex consensu religionem ceperit, licet alteri accipere novum coniugium, sed puellam vel puerum.

C. CVII. *Hanc*[p]) *auctoritatem*, *ut credimus*, *secutum est Concilium*, *quod congregatum fuit apud Compendium*, *temporibus Pippini regis*, *in quo decretum*[234]) *ita legimus capitulo XVI*[q]). 108

Si quis vir dimiserit uxorem suam et dederit ei licentiam[235]) pro religionis causa infra monasterium Deo servire et velum suscipere[236]), sicut diximus, propter Dominum vir illius, si vult[237]), accipiat legitimam mulierem. Similiter et mulier faciat.

Sed[r]) haec sententia canonicis atque apostolicis informatur[238]) documentis, ut supra monstratum est; sed et Nicolai Papae decretis informamur[239]), qui ad Lotharium regem ita scribit:

---

o) Decr. VIII. 41. (R.?), Pan. VI. 34. (D.), C. XXVII. q. 2. c. 13.
C. CVII. p) Verba sunt Reginonis.
q) Hab. ann. 757.
r) Reginonis ipsius sunt verba.

†) *Rom. c. 7. v. 2.*

C. CVI. 231) *alio:* omn. Codd. 232) *quae:* Coll. citt. 233) *jugo:* Goth.
C. CVII. 234) *decreto:* omn. Codd. 235) *commeatum:* orig. 236) *serv.*, *aut foras monasterium dederit licentiam velare:* ib. 237) *si vult:* des. ib. 238) *infirmatur:* Guelph. Vienn. Helmst. 239) *informatur:* Hild.

109 C. CVIII. *Si coniugatus vult seculum relinquere.*

Ex epistola Nicolai [s]).

Itaque summo studio Thietbirgam coniugem tuam tanquam propriam carnem fovere ac diligere procurato, et ne illam a te separare [240]) ullo pacto consentias, vigilanter attende. Unde, si vult a te discedere, corripe, imo corrige eam, et a tali intentione per omnia revocare satage. Iam vero, si amore pudicitiae separationem quaerit [241]), et coniugalis connubii solutionem efflagitat, certum est, Apostolo dicente [242]), quia mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Verum, si et ipse pudicitiam sectatus, religionis obtentu copulam dissolvere vis, tantum ne simulate fiat, concedimus. Nam licet sit scriptum †): *Quod Deus coniunxit, homo non separet*, Deus tamen, et non homo separat, quando divini amoris intuitu ex consensu utriusque coniugis matrimonia dissolvuntur. Si ergo hoc modo vis, gratuito [243]) permittimus animo, celeremque praebemus assensum. Aliter autem fieri mutuam separationem vestram prohibemus.

110 C. CIX. *De eadem re.*

Ex dictis Basilii episcopi [t]).

Si quis vult coniugatus converti ad monasterium, non est recipiendus, nisi prius a coniuge castimoniam profitente fuerit absolutus. Nam, si illa vivente illo per incontinentiam alteri nupserit, procul dubio adultera erit, nec recipitur apud Deum eiusmodi viri conversio, cuius [244]) sequitur

---

C. CVIII. s) Scr. ann. 867. — Burch. IX. 53. (R.), Decr. VIII. 188. (B.), Pan. VI. 83. (D.), Ans. X. 23. (B.). Cf. C. XXVII. qu. 2. c. 26. §. 1.

C. CIX. t) Initium capitis usque ad verba: *Nam si illa* habentur in Regula S. Basilii c. 12., rell. ibi desunt. — Cf. Regul. Isidor. c. 4. — Coll. Vat. c. 78. (fons). — Burch. IX. 45. (R.), Decr. VIII. 183. (B.), Ans. X. 22. (B.), Coll. tr. p. II. 14. c. 22.; C. XXVII. q. 2. c. 22.

†) *Matth. c.* 19. *v.* 6.

C. CVIII. 240) *separari:* Bal. orig.; *discedere:* Vienn. Coll. citt. 241) *quaerat:* Trev. Goth. 242) *praedicante:* orig. 243) *nos grato:* ib. C. CIX. 244) *quam:* Hild. Bal.

coniugalis foederis prostitutio. Tales igitur tunc sine culpa sequuntur Christum, relicto seculo, si habeant ex pari voluntate castitatis consensum.

C. CX. *De his, qui coniuges sine iudicio ecclesiastico dimittunt.* 111

Ex Concilio Agathensi[u]).

Hi vero seculares, qui coniugale consortium nulla culpa graviori dimittunt, vel etiam dimiserunt, et nullas causas dissidii probabiliter proponentes, propterea sua matrimonia dimittunt, ut aut aliena, aut illicita praesumant, si, antequam ante[245]) episcopum comprovincialem[246]) dissidii causam dixerint, et prius uxores, quam iudicio damnentur, abiecerint[247]), a communione ecclesiae ac sancti[248]) populi coetu pro eo, quod fidem coniugii[249]) maculant, excludantur.

C. CXI. *Ut omnis controversia, si iudicio ecclesiastico coeperit*[250]) *agitari, nequaquam ad seculare iudicium transeat.* 112

Ex Capitularibus[v]).

Statutum est, ut, quaecunque controversiae iudicio et auctoritate ecclesiastica coeperint agitari, nequaquam ad seculare iudicium transeant, ut[251]) ibi iterato provocent, sed ecclesiasticis sanctionibus terminentur. Nam a iudicibus, quos communis consensus elegerit, ad alios iudices non licet provocare, nisi maior auctoritas sit secundum canonicam normam. Si autem in seculari iudicio, id est, in comitis placito, causa prius fuerit ventilata, secundum

---

C. CX. u) Hab. ann. 506. c. 25. — Coll. Dach. I. 77. (fons), Ans. ded. VII. 116. — Decr. VIII. 231. 328., Pan. VI. 106. (D. 328.), C. XXX. q. 2. c. 1. (D.).

C. CXI. v) Caput incertum. Coll. Rav. IX. 220. item citat: *Ex Capit.*

C. CX. 245) *apud:* Dach. Coll. citt. 246) *episcopus comprovinciales:* orig. Coll. citt. 247) *abiecerunt:* Bal. 248) deest ib. 249) *et coniugia:* orig. Coll. citt. C. CXI. 250) *expetit:* Bal. 251) *ubi it.:* ib.

legem mundanam finiatur, salvo ecclesiasticae legis privilegio.

113 C. CXII. *De eadem re.*

Ex Epistola Nicolai Papae ad Karolum Regem [w]).

Scripsit nobis Thietbirga Regina, regia se velle dignitale seu copula exui, et sola privata vita esse contentam desiderare. Cui nos scripsimus, non [252]) hoc aliter fieri posse, nisi eandem vitam coniux eius Lotharius elegerit. *Et post pauca:* De retroacta controversia Thietbirga non debet ulterius ad iteratam responsionem provocari, quia [253]), quod bene semel definitum est et interpositis iuramentis deliberatum, nulla debet iteratione, nisi fortassis, ubi fuerit maior auctoritas, retractari.

114 C. CXIII. *De ecclesiastico iudicio* [x]).

Deinde, quia ecclesiae refugium quaerens, ecclesiasticum iudicium semper expetens, seculari non debet iudicio submitti. Post haec vero, cum nos ex utraque parte, id est, tam a rege, quam a regina fuerimus provocati iudices, nosque amborum controversiam exsecuti simus, ad nullos alios convenit iudices super hoc negotio convolare; cum secundum sacros canones a iudicibus, quos communis consensus elegerit, non liceat provocare, et, ubi concessa est provocatio, non nisi, ubi maior est auctoritas, liceat provocare [254]). Itaque, cum non sit apostolicae sedis auctoritate, quae amborum negotium exsecuta est, usquam maior auctoritas, nescimus, si alicui liceat de eius iudicare iudicio, vel eius retractare sententiam.

---

C. CXII. w) Scr. ann. 867. — Burch. IX. 49. (R.), Decr. VIII. 128. (B.), Pan. VI. 77. (D.), c. XXVII. q. 2. c. 26. pr.
C. CXIII. x) Ibid.

C. CXII. 252) *ne:* Guelph. Vienn. Helmst. 253) *quoniam:* orig.

C. CXIII. 254) *et — provocare:* des. in Helmst.

C. CXIV. *Ut nullus causam iudicatam iterare praesumat.* 115

Ex Capit. Lib. III., cap. XXXI. y)

Si quis causam iudicatam repetere praesumserit in mallo, ibique testibus convictus fuerit, aut XV solidos componat, aut XV ictus a scabinis, qui causam prius iudicaverunt, accipiat.

C. CXV. *Ut femina de adulterio inculpata, si cum marito debet inire certamen legale, suae potestati debeat ad tempus restitui.* 116

Ex Epistola Nicolai z).

Praeterea, sive de coniugii foedere, sive de adulterii crimine iudicium sit agitandum, nulla ratio patet 255), Thietbirgam cum Lothario posse 256) inire conflictum, vel legitimum controversiae inire certamen, nisi prius ad tempus fuerit suae potestati et consanguineis propriis libere sociata; inter quos etiam locus providendus est, in quo nulla sit vis multitudinis formidanda, et non sit difficile testes producere vel ceteras personas, quae tam a sanctis canonibus, quam a venerandis Romanis legibus in huiusmodi controversiis requiruntur. Haec idcirco diximus, ut ostendamus, quem legum conflictum Lotharius congredi posse autumat cum persona, quam in suis penetralibus quotidie fatigat et conterit, quando vult, ad iudicium educit, quando vult, ad claustra 257) reducit, et quando educta fuerit, nisi ea profiteatur, quae ipse praeceperat etc. 258). Propriae igitur libertati committi, et ab omni oppressione ac potestate illius, cum quo initur conflictus, oportet liberari atque suis

---

C. CXIV. y) Anseg. Capit. L. III. c. 31. (c. 10. Capit. Legi Sal. add. ann. 803.).

C. CXV. z) Scr. ann. 867. — Burch. IX. 52. (R.), Decr. VIII. 116., C. XXXIII. q. 2. c. 4. (D.).

C. CXV. 255) *ratione p.:* Hild. Bal.; *ratio patitur:* orig. 256) *legalem:* add. orig. 257) *castra:* Hild. 258) *praecep.*, *quis est, qui dicere possit, quantis malis introducta submittitur?* add. orig.

17*

licenter [259]) uti, et suspectas personas convenit declinare, quae [260]) se ab obiectis ostendere cupit immunem.

117 C. CXVI. *Ne episcopi sententia retractetur.*

Ex Lege Romana [a]).

Constantinus Imp. dicit: Pro sanctis ac venerabilibus habeatur, quidquid episcoporum fuerit sententia terminatum, nec liceat ulterius retractari negotium, quod episcoporum sententia deciderit.

118 C. CXVII. *Si qua mulier mortem viri sui cum aliis consiliata est.*

Ex Concilio, quod factum fuit ad Vermeriam temporibus Pippini Regis, cap. VI. [b]).

Si qua mulier mortem viri sui cum aliis consiliata est, et ipse vir ipsius hominem [261]) se defendendo occiderit, et hoc probare potest, ille vir [262]) potest, ut nobis videtur, ipsam uxorem dimittere, et, si voluerit, aliam accipiat [263]); ipsa autem insidiatrix, poenitentiae subacta absque spe coniugii maneat.

119 C. CXVIII. *De ingenuo, qui alterius ancillam acceperat.*

Ex eodem, cap. VII. [c])

Si quis ingenuus homo ancillam alterius uxorem acceperit, et existimat, quod ingenua sit [264]), si ipsa femina

---

C. CXVI. a) Extravag. L. 3. Cod. Th. Tit. De episcop. iudic. (ed. Ritter. T. VI. P. 1. p. 348.).

C. CXVII. b) Hab. ann. 753., c. 5. — Burch. VI. 41. (R.), Decr. X. 169. (B.), C. XXXI. q. 1. c. 6. (D.).

C. CXVIII. c) Ibid. c. 6. — Burch. IX. 26. (R.), Decr. VIII. 164. (B.), Pan. VI. 41. 111. (D.), C. XXIX. qu. 2. c. 4. (D.).

C. CXV. 259) sic Helmst. orig., *libenter:* Trev. Guelph., *liberaliter:* Goth. Vienn. (in utroque corr. ex: *libenter*), Burch. Decr., *liberter:* Bal., *licentiis:* Hild. 260) *qui:* Guelph. Vienn. Helmst. Bal.

C. CXVII. 261) *aliquem illorum* (pro: *ips. hom.*): Coll. citt. 262) *eam ream esse consilii:* add. eaed. 263) *uxorem accipere:* eaed.

C. CXVIII. 264) *acc. pro ingenua:* orig.

postea fuerit inservita, si eam a servitute redimere potest, faciat; si non potest, si voluerit, aliam accipiat[265]). Similiter et mulier ingenua de servo alterius facere potest.

### C. CXIX. *Si servus suam ancillam concubinam habuerit.* 120

Ex eodem, cap. VIII. [d]).

Si servus suam ancillam concubinam habuerit, si ita placet, potest, illa dimissa, parem[266]) suam ancillam domini sui accipere.

### C. CXX. *De liberto, qui ancillam domini tenuerit.* 121

Ex eodem [e]).

Si servus, libertate a domino suo accepta, postea cum ancilla eius adulterium perpetraverit, si dominus eius vult, velit nolit, ipsam uxorem habebit.

### C. CXXI. *Si venditionis causa servus et ancilla separentur.* 122

Ex eodem [f]).

Si servus et ancilla per venditionis causam separati fuerint, praedicandi sunt, ut sic maneant, si eos coniungere non possumus.

Sed Lex Romana longe melius de hac duntaxat causa praecipere videtur:

### C. CXXII. *De eadem re.* 123

In Lege Romana, cap. XXV. [g]).

In divisione, inquit, patrimoniorum seu fiscalium dominorum seu privatorum observari specialiter debet, ut

---

C. CXIX. d) Ibid. c. 7.
C. CXX. e) Ibid. c. 8.
C. CXXI. f) Ibid. c. 19.
C. CXXII. g) Int. L. un. Cod. Theod. Commun. divid. (II. 25.)

C. CXVIII. 265) *liceat ei aliam accipere:* ib. — Post: *accipiat* Coll. citt. add.: *si autem servam eam scierat et collaudaverat, post ut legitimam habeat. Simil.* et cett.

C. CXIX. 266) *comparem:* orig.

quia iniustum est, filios a parentibus, uxores a maritis, cum ad quemcunque possessio pervenerit, sequestrari, ut mancipia, quae permixta fuerint, id est, uxor cnm filiis et marito suo, datis vicariis, ad unum debeant pertinere, cui necesse fuerit commutare, quod sollicitudo ordinantium debet specialiter custodire, ut separatio fieri omnino non possit. Id [h]) etiam in venditione vel emptione videtur observari debere, ut, quando quis maritum emerit, emat pariter et coniugem, nisi forte alterius ancilla fuerit. Hac de re lex iubet, atque interdicit, ut nullus servus, neque proprius neque ecclesiasticus neque de fisco, ancillam alienam in coniugium ducat, similiter ancilla alterius servum nequaquam accipiat; quod si fecerit, irritum habeatur huiuscemodi coniugium et pro adulterio deputetur.

124 C. CXXIII. *Si maritus certa necessitate impellente extra ducatum fugerit.*

Ex Concilio unde supra [h]).

Si quis necessitate inevitabili cogente in alium ducatum sive provinciam fugerit, aut seniorem suum, cui fidem et fidelitatem promissam [267]) mentiri non potest, secutus fuerit, et uxor eius, cum valet et potest, amore parentum aut rerum suarum [268]) eum sequi noluerit, ipsa omni tempore, quamdiu vir eius, quem secuta non fuit, vivit, semper innupta permaneat. Ille vero [269]), qui necessitate cogente in alia patria manet [270]), si nunquam in suam patriam se reversurum sperat, si se continere non potest, aliam uxorem accipiat, tamen cum poenitentia [271]).

---

h) Quae sequuntur, desunt in Cod. Th., atque incertae sunt originis.

C. CXXIII. h) Concil. apud Vermer. hab. ann. 753. c. 9. — Burch. IX. 54. (R.), Decr. VIII. 189. (B.), Pan. VI. 91. (D.), c. XXXIV. q. 1. et 2. c. 4. (D.).

C. CXXIII. 267) *et fid. prom.:* des. in orig. 268) *rebus suis:* ib. 269) *Nam ille vir eius:* ib. 270) *in alium locum fugit:* ib. 271) *al. uxor. cum poen. potest accipere:* ib.

C. CXXIV. *De eo, qui uxorem suam permiserit velare.* 125

Ex eodem, cap. XXII [i]).

Qui uxorem suam permiserit velare, aliam non accipiat [272]).

C. CXXV. *Si mulier sine licentia mariti velum accipiat.* 126

Ex decreto apud Compendium [k]).

Mulier si sine licentia mariti sui velum in caput miserit, si viro placuerit, recipiat [273]) eam iterum ad coniugium.

C. CXXVI. *De homine, qui in alia provincia uxorem acceperit.* 127

Ex eodem, cap. IX. [l]) [274])

Homo Francus accepit beneficium a seniore suo in alia provincia [275]), et duxit secum suum vasallum, et post haec fuit ibi mortuus ipse senior, et remansit ibi praedictus vasallus [276]); accepit autem [277]) homo alius ipsum beneficium, et ut securius posset habere ipsum vasallum [278]), dedit illi mulierem de ipso beneficio, et habuit eam aliquo tempore. Et cum ille senior dure ageret contra eum [279]), dimissa coniuge reversus est ad parentes senioris sui mortui, et accepit ibi uxorem. Definitum est, ut illam [280]), quam postea accepit, habeat.

---

C. CXXIV. i) Ibid. c. 21. — Burch. IX. 46. (R.), Decr. VIII. 184. (B.), Pan. VI. 82. (D.), C. XXXIII. b. 5. c. 10. (D.), omn.: *Ex Concilio Remensi.*

C. CXXV. k) Hab. ann. 756., c. 5.; cf. Bened. Capit. L. I. c. 18. — Burch. IX. 47. (R.), Decr. VIII. 185. (B.), IX. 124., c. XXXIII. q. 5. c. 3. (D.).

C. CXXVI. l) Ibid. c. 19.

C. CXXIV. 272) *sed similiter convertatur:* add. Coll. citt.

C. CXXV. 273) *recipiet:* Guelph. Vienn. Helmst.

C. CXXVI. 274) *VIII.:* Codd. omn. pr. Goth. 275) *in al. pr.:* des. in orig. 276) *et dimisit ibi ipsum vasallum:* orig. 277) *et post hoc accep.:* ib. 278) *et pro hoc, ut melius potuisset habere illum v.:* ib. 279) *et — eum:* des. ib., *et dim.:* add. ib. 280) *quod ipsam:* ib.

128 C. CXXVII. *De virgine violata.*

Ex eodem, eap. X.[m])

Si quis uxorem accepit, et eam contaminatam inveniens dereliquit, et aliam accepit, statutum est, et omnimodis ad priorem revertatur, quia et ipse, quando illam accepit, potest fieri, ut virgo non esset, nec mulier lege viri tenetur, quousque marito coniungatur. Illa, quam postea rccepit, nubat, cui vult.

129 C. CXXVIII. *Ne furiosi matrimonio iungantur.*

Ex Lege Romana[n]).

Neque furiosus neque furiosa matrimonium contrahere possunt, sed, si contractum fuerit, non separatur[281]).

130 C. CXXIX. *Si qui matrimonium sani iunxerunt.*

Ex eadem[o]).

Si qui matrimonium sani contraxerint[282]), et uni ex duobus amentia aut furor aut aliqua infirmitas accesserit, ob hanc infirmitatem coniugia talium solvi non possunt. Similiter[283]) sentiendum de his, qui ab adversariis caecantur, aut membris detruncantur[284]).

131 C. CXXX. *Si cuius uxor adulterium perpetraverit.*

Ex Concilio Nannetensi, cap. XXI.[p])

Si cuius uxor adulterium perpetraverit, et hoc a viro

---

C. CXXVII. m) Ibid. c. 10. similia leguntur.

C. CXXVIII. n) Paul. Sent. Recept. L. II. tit. 19. §. 7. — Burch. IX. 30. (R.), Decr. VIII. 168. (B.), Pan. VI. 92. (D.), Ans. X. 28. (B.), c. XXXII. q. 7. c. 26., omnes: *Ex decretis Fabiani P.*

C. CXXIX. o) Interpr. ad Paul. Sent. l. I. §. 19. — Burch. IX. 28. (R.), Decr. VIII. 166. (B.), Pan. VI. 93. (D.), Ans. X. 27. (B.), c. XXXII. q. 7. c. 25., omn.: *Ex epist. Nicolai P. ad Carol. Mogunt. ep.*

C. CXXX. p) C. 12.; de anno, quo hoc concilium habitum sit, cf. supra ad L. I. c. CV. not. b).

C. CXXVIII. 281) *separetur:* Guelph. Vienn. Helmst. Bal. Coll. citt.; *sed contractum matrimonium furore non tollitur:* orig.

C. CXXIX. 282) *contraxerunt:* Goth. Helmst. Bal. 283) quae sequuntur, desunt in orig. 284) *aut a barbaris exsecti fuerint:* add. Grat.

deprehensum fuerit et publicatum, dimittat uxorem, si voluerit, propter fornicationem; illa vero VII annis pnblice poeniteat; vir vero eius, illa vivente, nullatenus aliam accipiat. Quodsi voluerit adulteram sibi reconciliari, licentiam habeat, ita tamen, ut pariter cum illa poenitentiam agat, et exacta poenitentia post VII annos ad communionem uterque accedat. Similis forma et in muliere servabitur, si eam vir eius adulteravit.

### C. CXXXI. *Si non sociati coniugio fornicati fuerint.* 132

Ex eodem, cap. XXII. q).

Si qua mulier non habens virum aut vir non habens uxorem fueriut fornicati, tribus annis poeniteant.

### C. CXXXII. *Quodsi unus absolutus et alter copulatus adulterati fuerint.* 133

Ex eodem r) [285]).

Quodsi vir, non habens uxorem, cum alterius uxore adulteraverit, aut si qua mulier, non habens virum, cum alterius viro, ille, qui foedus violavit coniugii, VII annis, ut supra dictum est, poeniteat; ille, qui lege coniugii non tenetur, V annis poeniteat. Neque enim aequalis poenitentia danda est his, quibus sufficere poterat ad explendam libidinem suam coniugum [286]) amplexus, et illis, qui coniuge carentes, ardore libidinis impellente, in fornicationem ceciderunt.

### C. CXXXIII. *De eadem re.* 134

Ex Poenitentiali s).

Si quis vacans uxore, polluit se cum alterius uxore, annos II poeniteat. Similiter de feminis observandum [287]).

---

C. CXXXI. q) Ibid. c. 13.
C. CXXXII. r) Ibid. c. 14. — Burch. IX. 70. (R.), Decr. VIII. 207. (B.)
C. CXXXIII. s) Poenit. Darmstad. c. 1. (*Beitr.* p. 127.).

C. CXXXII. 285) *item circa finem libri:* add. Helmst. 286) *coniugii:* Bal.

C. CXXXIII. 287) *simil.* — *obs.:* des. in orig.

135 C. CXXXIV. *Si uxoratus ancillam propriam tenuerit* [t]).

Si uxoratus ancillam propriam tenuerit [288]), annum unum poeniteat, et in alio anno tres quadragesimas et legitimas ferias, et tribus mensibus prius se a sua contineat coniuge. Ancilla vero [289]), si vim [290]) passa est, XL dies; si consentiens fuit [291]), tres in anno quadragesimas et legitimas ferias poeniteat.

136 C. CXXXV. *Si laicus cum laica femina fornicatus fuerit.*

Ex eodem [u]).

Si laicus cum laica femina, id est, uterque absolutus a lege coniugii [292]), III annos poeniteat; et quanto saepius et negligentius ea peccata commiserunt, tanto magis et tempus addatur et modus poenitentiae.

137 C. CXXXVI. *De coniugato, qui saepius fornicatur.*

Ex Concilio Eliberitano [v]).

Si quis fidelis habens uxorem, non semel, sed saepe [294]) fuerit moechatus, in fine mortis est conveniendus. Quodsi se promiserit cessaturum, detur ei communio, si resuscitatus rursus fuerit moechatus, placuit ulterius non illudere alios [294]) de communione pacis.

---

C. CXXXIV. t) Ibid.

C. CXXXV. u) Ibid. — Burch. IX. 68. (R.), Decr. VIII. 205. (B.); *Ex Conc. Meldens. c.* 7.

C. CXXXVI. v) Hab. circ. ann. 310., c. 47. — Coll. Vat. c. 55., Dach. I. 82. (fons), Rab. ad H. c. 22., ad O. c. 4. — Burch. IX. 67. (R.), Decr. VIII. 203. (B.).

C. CXXXIV. 288) *suam duxerit:* orig. 289) *illa:* ib. 290) *invita:* ib. 291) *est:* ib.

C. CXXXV. 292) *id est — coni.:* des. i. orig.; *concubuerit:* add. Coll. citt.

C. CXXXVI. 293) *saepius:* Guelph. Vienn. Helmst. Par. 294) *ludere eum:* Vat. Dach. Rab. orig.

## C. CXXXVII. *De eo, qui semel lapsus est.* 138

### Ex eodem Concilio [w]).

Si quis forte habens uxorem semel fuerit lapsus, placuit [295]), per quinquennium agere de ea re poenitentiam, et sic reconciliari, nisi necessitas infirmitatis coëgerit ante tempus dare communionem. Hoc et circa feminas observandum.

## C. CXXXVIII. *Cur non communicant viri cum adulteris uxoribus.* 139

### Ex Epistola Innocentii Papae [x]).

Et illud desideratum est sciri, cur communicantes viri cum adulteris uxoribus non conveniant, cum e [296]) contra uxores in consortium [297]) adulterorum virorum manere videantur? Super hoc Christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat. Sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, et non habent latentia peccata vindictam. Viri autem uxores adulteras liberius apud sacerdotes deferre consueverunt, et ideo mulieribus, prodito earum crimine, communio denegatur. Virorum autem latente commisso non facile quisquam ex suspicionibus abstinetur; qui utique submovebitur, si eius flagitium detegatur. Cum ergo causa par sit, interdum, probatione cessante, vindictae ratio conquiescit.

## C. CXXXIX. *Si conscio marito uxor fuerit moechata.* 140

### Ex Concilio Eliberitano [y]).

Si conscio [298]) marito uxor fuerit moechata, placuit

---

C. CXXXVII. w) Ibid. c. 69. — Coll. Vat. c. 56., Dach. I. 83. (fons). — Decr. VIII. 281.

C. CXXXVIII. x) Epist. ad Exsuper. Tolosan. ep., scr. ann. 405.; Hisp.: Ep. III. c. 4., Dion.: Decret. c. 24. — Coll. Dach. I. 84. (fons), Rab. ad H. c. 21., ad O. c. 3., Ans. ded. VII. 36. — Burch. IX. 77. (R.), Decr. VIII. 214. (B.), c. XXXII. q. 5. c. 23. (D.).

C. CXXXIX. y) Hab. circa ann. 310., c. 70. — Coll. Vat. c. 54., Dach. I. 86. (fons). — Burch. IX. 69. (R.), Decr. VIII. 206. (B.): *Ex Conc. Mogunt. c.* 9.; 264.

C. CXXXVII. 295) *eum:* add. ib.

C. CXXXVIII. 296) deest in omn. Coll. citt. 297) *consortio:* Dion. Hisp. Rab.

C. CXXXIX. 298) *et ipso consentiente:* add.: Burch. Decr. 206.

nec in fine dandam ei [299]) communionem; si vero eam reliquerit [300]), post X annos accipiat communionem.

141 C. CXL. *Si quis cum Iudaea vel gentili moechatus fuerit.*

Ex eodem [z]).

Si quis fidelis habens uxorem, cum Iudaea vel gentili fuerit moechatus, a communione arceatur. Quodsi alius eam duxerit [301]), post quinquennium, acta legitima poenitentia, poterit dominicae sociari communioni.

142 C. CXLI. *De lenocinio.*

Ex eodem [a]).

Mulier [302]) vel parens, vel quaelibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eo quod alienum vendiderit corpus vel potius suum, placuit, eam nec in fine accipere communionem.

143 C. CXLII. *Ne Iudaeus Christianam ducat uxorem.*

Ex Lege Theodosiana, Lib. IX. [b])

Nec Iudaeus Christianam, nec Christianus Iudaeam ducat uxorem. Quodsi fecerit, cuiuslibet accusatione [303]) velut in adulteriis [304]) vindicetur.

---

C. CXL. z) Ibid. c. 78. — Coll. Vat. c. 57., Dach. . 87. (fons), Rab. ad H. c. 26. — Decr. VIII. 282.

C. CXLI. a) Ibid. c. 12. — Coll. Vat. c. 365., Dach. I. 85. (fons). — Decr. VIII. 306.

C. CXLII. b) Interpr. L. 5. Cod. Th. ad L. Iul. de adult. (IX. 7.).

C. CXXXIX. 299) *esse:* add. Vat. Dach. Hisp. Decr. 264. 300) *et separati fuerint et digni poenituerint:* add. Burch. Decr. 206.

C. CXL. 301) *cum detexerit:* Vat. Dach. Decr. orig.; *eum dux.:* Rab.

C. CXLI. 302) *mater:* orig. Vat.

C. CXLII. 303) *accusationis:* omn. Cod. 304) *adulteris:* Guelph. Vienn. Bal., *adulterio:* orig.

C. CXLIII. *De adulteris.* 144

Ex eodem Lib., cap. IV.[c])

In adulterio extraneam mulierem nullus[305]) accuset, sed propinqui, ad quorum notitiam pertinet, id est, frater germanus, patruelis, patruus et consobrinus; reliqui tamen ante inscriptionem, si accusata acquieverit, possunt per satisfactionem veniam promereri.

C. CXLIV. *De maritis accusantibus.* 145

Ex eodem[d]).

Maritis sane etiam ex suspicione[306]) accusare permissum est[307]).

C. CXLV. *Ut familia de adulterio distringatur.* 146

Ex eodem[e]).

De adulterio uxorum maritis per tormenta familiae utriusque, id est, suae et uxoris quaerere permittitur; si tamen illo tempore, quo admissum dicitur, haec ipsa mancipia praesentia aut in eadem domo fuisse probantur, similiter et, si mortem sibi ab uxore adultera maritus paratam fuisse conqueritur[308]). Similiter etiam familiae utriusque poena quaerenda est, si maritus mortem uxoris[309]) qualibet ratione paraverit.

C. CXLVI. *Si ingenua servo proprio se miscuerit.* 147

Ex eodem, cap. VI.[f])

Si qua ingenua mulier servo proprio se occulte miscue-

---

C. CXLIII. c) Interpr. L. 2. ibid.
C. CXLIV. d) Ibid. — Burch. XVI. 37.: *Ex Conc. Paris. c.* 3.
C. CXLV. e) Interpr. L. 4. ibid.
C. CXLVI. f) Interpr. L. un. Cod. Theod. De mul. quae se serv. (IX. 9.).

C. CXLIII. 305) *nemo:* Hild. Bal.

C. CXLIV. 306) *uxores:* add. Burch. 307) *et ipsi plus ceteris de adulterio et accusare possunt et defendere:* add. ib.

C. CXLV. 308) *conquiritur:* omn. Cod., exc. Vienn.; *conqueretur:* orig., ubi haec adduntur: *utriusque familiae discussione quaeri licet.* 309) *uxori:* Goth. Helmst. Bal.

rit, capitaliter puniatur. Servus etiam, qui in adulterio dominae convictus fuerit, ignibus exuratur. Servis etiam hoc crimen accusare licet [310]), et, si probaverint, libertatem consequantur, et si non, puniantur. Hereditas mulieris vel filiis, si sunt ex maritis suscepti [311]), vel propinquis ex lege venientibus tribuatur.

148 C. CXLVII. *Quando permittitur uxorem occidi.*

Pauli sententiarum Libro II., cap. XXVII. [g]).

Inventam in adulterio uxorem [312]) maritus [313]) ita demum occidere potest, si [314]) adulterium domi comprehendat [315]).

149 C. CXLVIII. *De reo lenocinii.*

Ex eodem [h]).

Eum, qui in adulterio deprehensam uxorem non statim dimiserit, reum lenocinii postulare [316]) placuit.

150 C. CXLIX. *De eadem re.*

Unde supra [i]).

In causa adulterii, si manifestum fuerit, dilatio postulata impertiri non potest.

151 C. CL. *De virginibus laicis.*

Ex Concilio Eliberitano [k]).

Virgines, quae virginitatem suam non custodierint, si eosdem, qui eas violaverint [317]), maritos acceperint, eo

---

C. CXLVII. g) L. II. tit. 26. §. 7.
C. CXLVIII. h) Ibid. §. 8.
C. CXLIX. i) Ibid. §. 17.
C. CL. k) Hab. circ. ann. 314., c. 14. — Coll. Dach. I. 79. (fons), Rabb. ad H. c. 23., ad O. c. 4. — Burch. IX. 14. (R.), Decr. VIII. 152.

C. CXLVI. 310) *hoc crimine accusari l.:* Helmst., *servus .... crimen accusat:* Trev. 311) *susceptis:* Trev. Goth.
C. CXLVII. 312) *inventa ... uxore:* orig. 313) *adulterum:* add. ib. 314) *eum:* add. ib. 315) *deprehendat:* ib.
C. CXLVIII. 316) *postulari:* orig.
C. CL. 317) *duxerint vel tenuerint mar.* (om.: *accep.*): orig. Rab.

quod solas nuptias violaverint, post poenitentiam unius anni reconcilientur[318]. Si alios cognoverint viros, eo, quod moechatae sunt, quinquennio poeniteant, et sic ad communionem accedant[319].

### C. CLI. *De his, qui fidem sponsaliorum frangunt.* 152

Ex eodem[l].

Si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum, triennii tempora abstineantur[320]. Si tamen idem sponsus vel sponsa in gravi crimine fuerint deprehensi, excusati erunt parentes.

### C. CLII. *De benediceuda sponsa.* 153

Ex Concilio Carthaginensi[m].

Sponsus et sponsa, cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus suis vel a paranymphis[321] offerantur. Qui[322] cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant.

### C. CLIII. *Ut nullus alterius sponsam accipiat.* 154

Ex epistola Siricii[n].

De coniugali autem violatione requisisti, si desponsa-

---

C. CLI. l) ib. c. 54. — Coll. Dach. I. 60. — Decr. VIII. 46., C. XXX. q. 3. c. 1.

C. CLII. m) Statut. eccles. antiq. c. 101. (Conc. Carthag. IV., quod vulgo dicitur, c. 13.) Coll. Vat. c. 352., Dach. I. 61. (fons); Ans. ded. VII. 27.: *Ex Conc. ap. Valent. hab. c.* 101. — Burch. IX. 5. (Ans. d.), Decr. VIII. 143. (B.), Pan. VI. 20. (D.), citant ut Ans. ded.; Decr. VI. 6., Dist. XXIII. c. 33., c. XXX. q. 5. c. 5. (D. 6.) inscr.: *Ex Conc. Carth. IV. c.* 33.

C. CLIII. n) Epist. ad Himer. Tarraconens. episc., scr. ann. 385., c. 4. (Hisp.). — Coll. Vat. c. 73. Halitg. IV. 15. (fons), Ans. ded. VII. 28. — Burch. IX. 31. (B.), Decr. VIII. 169. (B.), Pan. VI. 18. (D.), Ans. X. 9. (B.), C. XXVII. q. 2. c. 50. (D.).

C. CL. 318) *post annum sine poenitentia reconciliari debebunt:* ib. 319) *sunt, placuit per quinquennii tempora, acta legitima poenitentia, admitti eas ad communionem oportere:* ib. Dach.

C. CLI. 320) *tempore abst.* orig.; *tempore abstineant se a communione:* ex Dach. Coll. citt. *tempore abstineant:* Hild. Bal.

C. CLII. 321) *in ecclesia sacerdoti:* add. Ans. ded., Burch. Decr. 143. 322) *et:* ib.

tam alii puellam alter in matrimonium possit accipere. Hoc ne fiat, modis omnibus inhibemus, quia illa benedictio, quam nupturae sacerdos imponit, apud fideles cuiusdam sacrilegii instar est, si ulla [323]) transgressione violetur.

155 C. CLIV. *De raptis puellis desponsatis.*

Ex Concilio Ancyrano [o])

Desponsatas puellas et post ab aliis raptas placuit erui, et eis reddi, quibus ante fuerant desponsatae, etiamsi eis a raptoribus vis illata constiterit.

156 C. CLV. *De eadem re.*

Ex Capitularium Lib. I., cap. XCIX [p]).

Proinde placuit atque statutum est a sacro conventu, ut [324]) raptor publica poenitentia multetur [325]). Raptam vero, si sponsus recipere noluerit, et [326]) ipsa eidem crimini consentiens non fuit, licentia nubendi alii non negetur. Quodsi et ipsa consensit, simili sententia subiacebit [327]). Quodsi et ipsi post haec se coniungere praesumserint, utrique [328]) anathematizentur.

C. CLVI. *De eadem re.*

157 Ex Concilio Meldensi, cap. LXVIII. [q]).

De his, qui sponsas alienas rapiunt, antiqua et synodalis sententia observetur, quod etsi forte in ecclesia even-

---

C. CLIV. o) Hab. ann. 310., c. 10. — Coll. Vat. c. 72., Dach. I. 71. Hal. IV. 18. (*fons*), Rab. ad H. c. 20., Ans. ded. VII. 27. b, Burch. IX. 38. (R.), Decr. VIII. 176. (B.), Pan. VI. 19. (D.), Ans. X. 10. (B.), c. XXVII. qu. 2. c. 46. (D.).

C. CLV. p) Anseg. Capit. L. I. c. 99. med. (Capit. Aquisgr. ann. 817., c. 24.). — Burch. IX. 37. (R.), Decr. VIII. 175. (B.), c. XXVII. q. 2. c. 34. (D.), omn.: *Ex Concil. Toletano.* — Grat. ib. c. 33.

C. CLVI. q) Hab. ann. 845. — Burch. IX. 32. (R.), Decr. VIII. 170. (B.).

C. CLIII. 323) *illa:* Hild. Bal.

C. CLV. 324) *ut, si aliquis sponsam alterius rapuerit, publ.:* Coll. citt. 325) *et sine spe coniugii maneat:* add. ib. — *Raptam — noluerit:* des. ib. 326) *si:* add. ib. 327) *quodsi — subiac.:* des. ib. 328) *usque ad satisfactionem:* add. ib.

tus talis reperiri dignoscitur, ut pro salutis et religionis competentia humanius quiddam debeant tractare [329]) pontifices, sicut canonica, ut eisdem verbis utamur, docet auctoritas, quia prior, inquiens, definitio durius, posterior autem quiddam tractavit humanius, nullo modo, ut ad maximam indulgentiam descendamus, alterius sponsae acceptor sine publica transeat poenitentia, et sponso legaliter mulctam [330]) componat. Quodsi haec obedire renuerit, sine ulla refragatione anathematizetur; fautores vero illius, iuxta modum culpae, episcopali decreto poeniteant. Si vero, quod non optamus, de gradu ecclesiastico talibus nuptiis se consensorem vel interventorem manifeste prodiderit, a gradu proprio repellatur, et si verisimilibus exinde suspicionibus fuerit propulsatus, canonice se purget [331]).

## C. CLVII. *De non desponsatis.* 158

### Ex Capitularium Lib. I., cap. XCVIII. [r])

De puellis raptis necdum desponsatis in Chalcedonensi concilio scriptum est [s]): *Eos, qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi, cooperantes et conniventes raptoribus, decrevit sancta synodus, si quidem clerici sunt, decidant* [332]) *gradu proprio; si vero laici, anathematizentur.* Quibus verbis datur intelligi, qualiter huius mali auctores damnandi sunt, quando participes et conniventes [333]) tanto anathemate feriuntur, et iuxta canonicam auctoritatem ad coniugia legitima raptas sibi iure vindicare nullatenus possunt.

---

C. CLVII. r) Anseg. Capit. L. 1. c. 98. (Capit. Aquisgr. cit. c. 23.) — Burch. IX. 36. (R.), Decr. VIII. 174. (B.), Pan. VI. 55. (D.), C. XXXVI. q. 2. c. 4., omn.: *Ex Conc. Cabilon.*

s) c. 38.

C. CLVI. 329) *debeat tractari:* Helmst. Bal. 330) *multa:* Trev. Goth. Guelph. Vienn.; *et sp.* — *componat:* des. Coll. citt. 331) *propuls., et canonice nequiverit approbari, secundum sanctorum patrum statuta se purgare cogatur:* orig.

C. CLVII. 332) *a:* add. Guelph. Vienn. Helmst. Par., *de:* Burch. Decr. Pan. 333) *consentientes:* Helmst.

159 *De raptoribus virginum et viduarum.*

Ex Concilio Meldensi.

Raptores virginum vel viduarum, qui etiam postea voluntate parentum etc., *require retro in primo libello de ordinatione clericorum*, cap. CCCCXXVIII.

160 C. CLVIII. *De eadem re.*

Ex eodem, cap. LXV. [t])

Si [334]) autem qui necdum eas, quas rapuerant [335]), cum voluntate parentum sub praefato desponsionis vel dotalitii nomine in coniugium sumtas habent, quando in omnium aures haec fuerit constitutio promulgata, ab earum coniunctione separentur, et publicae poenitentiae subigantur, raptae autem parentibus legaliter restituantur. Post actam vero publicam poenitentiam, si aetas et incontinentia exegerit, legitimo et ex utrisque partibus placito coniugio socientur. Nam in his non regulam constituimus, sed, ut verbis magni Leonis utamur, quid sit tolerabilius, aestimamus. Quodsi unus ex coniugatis obierit, is, qui publicam poenitentiam egerit, et superstes exstiterit, iterare coniugium non praesumat, nisi forte episcopus praeviderit, aliquam concedere indulgentiam, ut graviorem possit amovere offensam.

161 C. CLIX. *De eadem re.*

Ex eodem, cap. LXVI. [u]).

Qui vero deinceps rapere virgines praesumserint vel viduas, secundum synodalem beati Gregorii definitionem ipsi et complices eorum anathematizentur, et raptores sine spe coniugii perpetuo maneant.

---

C. CLVIII. t) Hab. ann. 845. — Burch. IX. 39. (R.), Decr. VIII. 77. (B.), Pan. VI. 56. (D.), c. XXXVI. q. 2. c. 10. (D.).

C. CLIX. u) Burch. IX. 34. (R.), Decr. VIII. 172. (B.).

C. CLVIII. 334) *hi:* orig. 335) *rapuerunt:* Hild. Bal.

### C. CLX. *De eadem re.* 162

Ex Epistola Symmachi Papae [v]).

Raptores igitur viduarum vel virginum ob immanitatem tanti facinoris detestamur, illos vehementius persequendo, qui sacras virgines vel volentes vel invitas matrimonio suo sociare tentaverint; quos pro tam nefandissimi criminis atrocitate a communione suspendi praecipimus.

### C. CLXI. *De his, qui sanctimoniales rapiunt.* 163

Ex Concilio supradicto, cap. LXVII. [w])

Qui sanctimoniales, virgines vel viduas rapiunt et progressu etiam criminis in coniugium sumunt, publicae poenitentiae subigantur. Ipsae vero feminae locis congruis poenitentiae retrudantur et ad habitum religionis redire cogantur [336]). Uterque autem sine ulla spe uxoriae copulationis perenniter maneant. Si vero, quod absit, coniugia iterare praesumserint, acriori subdantur vindictae et amplius propellantur. Qui [337]) si forte obedire monitis salutaribus noluerint, anathematizentur.

### C. CLXII. *De eadem re.* 165

Ex Epistola Gregorii Papae [x]).

Pervenit ad nos, quod quidam vir nequissimus diabolico instinctu de monasterio suaserit exire quandam Deo sacratam, atque a quodam viro, unde exierat, sit revocata, rursusque eam vir nequissimus ille iniqua suasione de monosterio eiiciens, apud se nunc usque retineat impudice.

---

C. CLX. v) Epist. ad Caesar. Arelat. episc., scr. ann. 502., c. 3. — Coll. Vat. c. 70., Dach. I. 69., Hal. IV. 16. (fons). — Ans. X. 65., c. XXXVI. q. 2. c. 2.

C. CLXI. w) Concil. Meldens. hab. ann. 845. — Burch. VIII. 52. (R.), Decr. VII. 70. (B.).

C. CLXII. x) Excerpt. ex ep. Gregor. M. ad Marinian. Ravenn. scr. ann. 597. (Ep. 42. L. 7.). — Coll. Vat. c. 219. (fons). — C. XXVII. q. 1. c. 15.

C. CLXI. 336) Helmst. et Paris. h. l. mutili sunt: *ipsae — cogantur:* des. i. Par., *subigantur — poenitentiae:* des. i. Helmst. 337) *qua:* Helmst., *quod:* Hild. Bal.

Volumus autem, ut episcopatus tui auctoritate in monasterio [338]) revocetur ac retrudatur.

166 C. CLXIII. *De Deo sacratis, si moechatae fuerint.*

Ex Epistola Gelasii Papae [y]).

Virginibus sacratis [339]) se quosdam sociare cognovimus et post dicatum propositum incesta foedera sacrilegaque miscere. Quos protinus aequum est a sacra communione detrudi, et, nisi per publicam privatamque [340]) poenitentiam [341]) non recipi, viaticum [342]) tamen de seculo transeuntibus [343]), si tamen poenituerint, non negari [344]).

164 C. CLXIV. *De eadem re.*

Ex Epistola Siricii Papae [z]).

Impudicas [345]) detestabilesque personas, monachorum scilicet atque monacharum, quae, abiecto proposito sanctitatis, illicita ac sacrilega contagione se miscuerunt [346]), a monasteriorum coetu ecclesiarumque conventibus eliminandas esse mandamus, quatenus retrusae in suis ergastulis tantum facinus continua lamentatione deflentes purificatorio possint poenitudinis igne decoqui [347]), ut eis vel ad mortem saltem, solius misericordiae intuitu, per communionis gratiam possit subveniri [348]).

---

C. CLXIII. y) Ep. ad epp. Lucaniae et cet., scr. ann. 494., c. 22. (Dion. c. 20. inter Decret. Gelas.). — Coll. Vat. c. 220. (fons), Rab. ad H. c. 24., ad O. c. 5., Ans. ded. VI. 47. — Burch. VIII. 32., Decr. VII. 51. (B.), Ans. XI. 95. c. XXVII. q. 1. c. 14.

C. CLXIV. z) Ep. ad Himer. Tarracon. ep. scr. ann. 385., c. 6. — Coll. Vat. c. 218. (fons), Dach. I. 48. — Burch. VIII. 29., c. XXVII. q. 1. c. 11. (B.).

C. CLXII. 338) *monasterium:* Hild. Bal.

C. CLXIII. 339) *temere:* add. orig. Coll. citt. 340) *probatamque:* ib. 341) *omnino:* add. ib. 342) *aut his certe viat.:* add. ib., *tamen:* deest ib. 343) *exeuntibus:* Hild. Bal. 344) *negetur:* ib.

C. CLXIV. 345) *has igitur imp.:* add. orig., *igitur imp.:* Vat. 346) *monachorum — miscuerunt:* des. in orig. Dach. — *misc., et in abruptum conscientiae desperatione perductae, de illicitis complexibus libere filios procreaverunt:* add. Burch. Grat. 347) *decoquere:* orig. Dach. Hild. 348) *indulgentia subvenire:* orig. Dach.

C. CLXV. *Ut episcopus monasterium monachorum vel puellarum introëat.* 167

Ex Concilio Rotomagensi [a]).

Ut episcopus monasterium monachorum et sanctimonialium frequenter introeat, et cum gravibus et religiosis personis in eorum vel earum conventu residens, eorum vitam et conversationem diligenter discutiat, et, si quid reprehensibile invenerit, corrigere satagat; sanctimonialium etiam pudicitiam subtiliter investiget, et, si aliqua invenitur [349]), quae, neglecto proposito castitatis, clerico aut laico impudenter miscetur, acriter verberibus coërceatur, et in privata custodia retrudatur, ubi, quod male commisit, digne poeniteat. Interdicat etiam [350]) ex auctoritate sanctorum canonum, ut nullus laicus aut clericus in earum claustris et secretis habitationibus accessum habeat, neque presbyteri, nisi tantum ad missam. Expleta missa ad ecclesias [351]) suas redeant. Omnibus praeterea publice et privatim denunciet, quantum piaculum sit, qui sponsam Christi vitiare praesumit. Si enim ille reus tenetur, qui sponsam hominis [352]) violat, quanto magis reus maiestatis efficitur, qui sponsam omnipotentis Dei corrumpit.

C. CLXVI. *Ut abbatissa de monasterio non egrediatur.* 168

Ex Concilio Moguneiacensi, cap. XVI. [b])

Abbatissa [353]) nequaquam de monasterio egrediatur, nisi per licentiam episcopi sui [354]), nisi forte regali iussione cogatur [355]). Et si quando foras pergit, de sanctimonialibus, quas secum ducit, curam maximam [356]) habeat, ut nulla eis detur occasio peccandi [357]).

---

C. CLXV. a) Hab. ann. 650., c. 10. — Burch. VIII. 66. (R.), Decr. VII. 84. (B.), Pan. III. 215. (D.).

C. CLXVI. b) Hab. sub Rabano ann. 847. — Burch. VIII. 80. (R.), Decr. VII. 98. (B.), Pan. III. 210. (D.), omn.: *Ex Conc. Gangrens. c. 9.*

C. CLXV. 349) *aliquam invenerit:* Hild. Bal. 350) *autem:* Bal. 351) *cellulas:* Helmst. 352) *Christi — hominis:* des. Hild. Bal.

C. CLXVI. 353) *quae in civitate monasterium habet:* add. orig. 354) *aut qui eius vicem obtinet:* add. ib. 355) *nisi — cogatur:* des. Coll. citt. 356) *et vigilantiam:* add. orig. 357) *det. pecc. licentia sive occ.:* ib.

169 C. CLXVII. *Quid agere debeant sanctimoniales.*

Ex eodem [c]).

Sanctimoniales in monasterio constitutae habeant studium in legendo et in cantando [358]), et horas canonicas [359]) solenniter simul celebrent, et omnes, exceptis, quas [360]) infirmitas tenet, in dormitorio dormiant, et in omnibus diebus ad capitulum et collationes [361]) veniant, et ut regulam [362]) a sanctis patribus illis constitutam diligenter observent [363]).

170 C. CLXVIII. *De cautela sanctimonialium.*

Ex Concilio Hispalensi [d]).

Haec circa omnes cautela servetur, ut remoti a peculiaritate virginum, nec usque ad vestibulum habeant accedendi familiare permissum [364]). Nec ipse, qui praeest, cum sola colloqui debet [365]), sed sub testimonio duarum aut trium sororum, ita ut rara sit accessio, brevis locutio.

171 C. CLXIX. *Ne clerici vel continentes ad virgines ingrediantur.*

Ex Concilio Carthaginensi [e]).

Ut clerici vel continentes ad viduas vel virgines, nisi ex iussu aut permissu episcoporum aut presbyterorum,

---

C. CLXVII. c) Ibid. — Burch. VIII. 77. (R.), Decr. VII. 95. (B.).

C. CLXVIII. d) Excerpt. ex Conc. Hispal. II. hab. ann. 618., c. 11. — Coll. Vat. 48. (fons). — Burch. VIII. 53. (R.), Decr. VII. 71. (B.).

C. CLXIX. e) Excerpt. ex Conc. Carth. III. hab. ann. 397. c. 25., Cod. Afric. c. 38. (5.). — Coll. Vat. c. 51. (fons), Hal. V. 11., Ans. ded. V. 38. — Ans. VII. 153., Dist. LXXXI. c. 32.

C. CLXVII. 358) *in psalmorum celebratione sive oratione:* add. orig. 359) iam ib. harum singulae enumerantur. 360) *excepta quam:* ib. 361) *dieb. ad consolationem ven.:* ib. 362) *et ut cetera servent, quae in regula sanctimonialium continentur et quae:* ib. 363) *patr. illic constituta sunt:* ib.

C. CLXVIII. 364) iam nonnulla add. in orig. Vat. 365) *nec cum sola, qui praeest, frequenter eum colloqui (eis loqui:* orig.*) oportet:* ib.

non accedant, et [366]) hoc non soli [367]), sed nec ipsi episcopi aut presbyteri [368]), sed, ubi clerici praesentes sunt, aut aliqui graves Christiani.

### C. CLXX. *Item de corruptis sanctimonialibus.* 172

### Ex Epistola Innocentii [f]).

Quae in [369]) Christo spiritualiter nubunt [370]), si postea publice nupserint vel se clanculo corruperint, non eas admittendas esse ad agendam poenitentiam, nisi is, cui se iunxerat, de mundo recesserit. Si enim de hominibus haec ratio custoditur, ut, quae vivente viro alteri nupserit, adultera habeatur, nec ei agendae poenitentiae licentia concedatur, nisi unus ex his fuerit defunctus, quanto magis de illa tenenda [371]) est, quae ante immortali se sponso coniunxerat, et postea ad humanos amplexus [372]) transmigravit.

### C. CLXXI. *De secularibus viduis et sanctimonialibus.* 173

### Ex Concilio Meldensi, cap. LXXI. [g]).

Ut illae, quae quasi sanctimoniales sub velamine religionis degere videntur [373]), sed potius in deliciis viventes, mortuae in divinis oculis computantur, per [374]) provincias discurrentes curiose et verbose, si libidinibus ceterisque carnis [375]) voluptatibus inservire accusantur, si manifeste

---

C. CLXX. f) Ep. ad Victric. Rotomag. ep. scr. ann. 404., c. 12. ap. Dionys. inter Decreta: c. 19. — Coll. Vat. c. 46. (fons), Hal. IV. 19., Ans. ded. VI. 48. — Burch. VIII. 13. (R.), Decr. VII. 17. (B.), Ans. XI. 94., c. XXVII. q. 1. c. 10.

C. CLXXI. g) Hab. ann. 845., c. 70. (46.). — Burch. VIII. 50. (R.), Decr. VII. 68. (B.).

C. CLXIX. 366) quae sequuntur, des. ap. Hal. 367) *faciant, sed cum conclericis vel cum his, cum quibus episcopus aut presbyter iusserit:* add. orig. Coll. citt. 368) *soli habeant accessum ad huiusmodi feminas:* add. ib.

C. CLXX. 369) deest in orig. Coll. citt. 370) *et a sacerdote velantur:* add. orig. Vat. Hal. Ans. ded. Grat. 371) *tenendum:* Hild. Bal. 372) *humanas nuptias:* orig. Coll. citt.

C. CLXXI. 373) *cognoscuntur:* orig. 374) deest in orig. Hild. Bal.

detegi potuerint, episcopali auctoritate et regia potestate in talibus locis residere sub testimonio religioso cogantur, ubi poenitentiam si fecerint dignam, assequantur etiam fructuosam; si autem manifeste detegi non valuerint, erga ecclesiam [376]) suae opinionis malam famam legaliter purgare cogantur, et ut religiosius de cetero vivant, et in monasteriis conversentur [377]), episcopali decreto et regia potestate coërceantur. De [378]) his enim Apostolus dicit †): *quae cum fornicatae fuerint in Christo, nubere volunt.*

174 C. CLXXII. *De viduis Apostolus dicit* h).

*Praecipe*, inquit, *ut viduae irreprehensibiles sint. Vidua eligatur non minus LX* [379]) *annorum in operibus bonis testimonium habens, si filios educavit, etc. Adolescentiores viduas evita; cum enim luxuriatae fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul et otiose discunt circumire domos, non solum otiosae, sed et verbosae et curiosae loquentes, quae non oportet. Solo ergo iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia. Iam enim quaedam conversae sunt retro Satanam* [380]).

175 C. CLXXIII [381]). *De eadem re.*

Ex Lege Romana Novellarum Divi Maioriani i).

Viduarum sane obstinationibus permovemur, quae nulla

C. CLXXII. h) 1. Timoth. c. 5. v. 7. 9.—15. — Burch. VIII. 41. (R.), Decr. VII. 59. (B.): *Ex decret. Zepherini*, c. 4.

C. CLXXIII. i) L. 1. Tit. 8. De sanctimon. et vid. in epitom. redacta.

†) *Tim. c. 5. v. 11.*

C. CLXXI. 375) *carnalibus desideriis et vol.:* Bal. 376) *etiam — ecclesiam:* des. in Helmst. 377) *et — conversentur*: des. in orig. 378) quae sequuntur, des. ib.

C. CLXXII. 379) *XL:* Coll. citt. 380) *conversa est .... post S.:* Helmst. Bal.

C. CLXXIII. 381) in Goth. iam sequuntur sine ulla inscriptionn vel summula duo canones Toletani (Tolet. X. c. 5. 6.), quos tamen, quum huc minime pertineant, seriorisque temporis additamentum redoleant, a genuino Reginonis opere alienos ideoque omittendos censuimus.

prole suscepta foecunditatem suam, reparationem[382]) familiae, repudiata coniugii iteratione, condemnant, et solitariam vitam non, ut colligitur, religionis ac pudicitiae amore[383]), sed potentiae lasciviaeque vivendi eligunt libertatem. Quibus ad omnem licentiae usum aut sollicitantium personarum facta religio[384]) aut favore callidi captatores adplaudent[385]). Has ad honestioris vitae tramitem revocantes sancimus, ut maritali obitu destituta mulier quadragenaria, cum adhuc procreare liberos per aetatem potest, intra quinquennium nubat. Emenso quinquennio, si in viduitate persistit, mox cum propinquis suas dividat facultates, aut, si hi fortasse defuerint, cum fisco matrimonium dividat[386]).

## C. CLXXIV. *Unde supra.* 176

### Ex Concilio Nannetensi[k]).

Cum Apostolus dicat †): *Mulieres in ecclesia taceant, non enim permittitur eis loqui; turpe est enim mulieri loqui in ecclesia*[387]), mirum videtur, quod quaedam mulierculae contra divinas humanasque leges attrita fronte impudenter agentes placita generalia et publicos conventus indesinenter adeunt, et negotia regni utilitatesque reipublicae magis perturbant, quam disponant[388]), cum indecens sit, et etiam inter barbaras gentes reprehensibile, mulieres virorum causas discutere, et, quae de lanificiis suis et operibus textilibus et muliebribus inter genitiarias suas residentes debuerant disputare, in conventu publico, ac si in curia

---

C. CLXXIV. k) c. 19.; cf. supra ad L. I. c. CV. not. b) Burch. VIII. 85. (R.), Decr. VII. 103. (B.).

†) 1. *Cor. c.* 14. *v.* 34. 35.

C. CLXXIII. 382) *reparationemque:* orig., *reparatione:* Hild. Bal. 383) *non eligunt, ut religioni pud. am. famulentur:* orig. 384) *ficta:* orig. *ficta religione:* Hild. Bal. 385) *adplaudunt:* ib., *adblandiuntur:* orig. 386) *patrimonium partiatur:* ib.

C. CLXXIV. 387) *turpe — ecclesia:* des. i. Bal. 388) *disponunt:* Hild. Bal.

residentes, senatoriam sibi usurpant auctoritatem. Quae ignominiosa praesumtio fautoribus magis imputanda videtur, quam feminis. Unde, quia divinae leges, ut supra monstratum est, hoc contradicunt, et humanae nihilominus id ipsum prohibent, ut feminae nihil aliud prosequantur in publico, quam suam causam. Ait enim Lex Theodosiana [1]: „Nulla ratione feminae amplius, quam suas causas agendi habeant potestatem, nec alicuius causam a se noverint prosequendam.“ Idcirco ex auctoritate canonica interdicimus, ut nulla sanctimonialis virgo vel vidua conventus generales adeat, nisi a principe fuerit evocata, aut ab episcopo suo, nisi forte propriae necessitatis ratio impulerit, et hoc ipsum cum licentia episcopi sui.

177 C. CLXXV. *Quando virgines velentur.*

Ex Concilio Africano [m]).

Ut virgines non velentur ante XXV annum aetatis, nisi forte necessitate periclitantis pudicitiae virginalis, et, ut Gelasius Papa dicit, nisi in epiphania et in albis paschalibus et in Apostolorum natalitiis non sunt consecrandae, nisi causa mortis urgente.

178 C. CLXXVI. *Ne virgines velentur.*

Gelasius [n]) [389]).

Viduas autem velare pontificum nullus attentet.

---

1) Int. L. 5. De cognitor. (II. 12.).

C. CLXXV. m) Hoc caput conflatum est ex c. 93. African. (Cod. Hadrian.) et c. 12. Decretor. Gelasii P. (eiusdem Cod. Hadr.); cf. Anseg. Capit. L. I. c. 45. — Coll. Vat. c. 222. 223. — Burch. VIII. 18. (R.), Decr. VII. 39. (B.), Pan. III. 190. (D.), c. XX. q. 1. c. 15., omn.: *Ex decr. Pii P.*

C. CLXXVI. n) Ep. ad episcopos per Lucan. et cet. scr. ann. 494., c. 15. (Dionys.: c. 13. inter Decret.). — Coll. Vat. c. 224. Cf. Reg. II. 13. Anseg. Capit. I. c. 57.

C. CLXXVI. 389) tota inscriptio deest in Trev. Goth.; *ex eadem:* Helmst.

### C. CXXVII. *De eadem re.* 178

### Ex Concilio Triburiensi o) [390]).

Virgines, quae ante XII annos insciis mundiburdis suis sacrum velamen capiti suo imposuerint, et illi mundiburdi annum integrum et diem hoc tacendo consenserint, in sancto proposito permaneant [391]). Et si in praedicto anno et die pro illis se proclamaverint, petitioni eorum assensus praebeatur, nisi forte Dei timore tacti cum eorum licentia in religionis habitu perseverent.

### C. CLXXVIII. *De eadem re.* 179 a

### Ex eodem Concilio p).

Viduae, quae spontanea voluntate ab altari sacrae conversationis velamen suscipiunt, decrevit sancta synodus in eodem proposito eas permanere. Non enim fas esse decernimus, ut, postquam se Domino semel sub velo consecraverint et inter velatas oblationes fecerint, iterum eis concedi spiritui sancto mentiri.

### C. CLXXIX [392]). *De eadem re.* 179 b

### Zacharias Papa, cap. VII. q)

Ut virginem aut viduam, nisi is, qui desponsatam habuerit, nullus audeat furari in uxorem. Si quis hoc temerario ausu praesumserit, anathema sit.

---

C. CLXXVII. o) Canon Triburiensis; cf. Concil. Tribur. hab. ann. 895., c. 24. — Coll. Rotgeri c. 241., Burch. VIII. 10. (R.), Decr. VII. 33. (B.). — Reg. App. 41. Vid.: *Beitr.*, p. 175. 176.

C. CLXXVIII. p) Canon item Triburiensis. Cf. Conc. Tribur. c. 25. — Cod. Helmst. nr. 454. fol. 20. eundem citat: *Ex Conc. Tribur. c. XIV.* (*Beitr.* p. 177.) — Burch. VIII. 35. (R.), Decr. VII. 54. (B.), Pan. III. 198. (D.), c. XXVII. q. 1. c. 16., omn.: *Ex Conc. Aurelian.*

C. CLXXIX. q) Caput incertum. — Burch. IX. 13. (R.): *Ex decr. Eusebii.*

C. C.LXXVII. 390) codd. Guelph. Vienn. Helmst. Paris. hoc caput, omissa inscriptione, antecedenti adiungunt. 391) *consens., nec illi mundiburdi, nec illae virgines ulterius hoc mutare poterunt:* Rotg.

C. CLXXIX. 392) additum est hoc caput ex Cod. Helmst.

C. CLXXX. *Item de sanctimonialibus.*

Ex eodem Concilio r).

Sanctimonialis [393]) si pro lucro animae suae [394]) cum licentia abbatissae suae ad aliud monasterium pergere disposuerit [395]) ibidemque commanere, decrevit synodus concedi. Si vero fuga disciplinae alium locum quaerit, redire cogatur.

C. CLXXXI. *De concubinis.*

Ex Epistola Leonis Papae s).

Non omnis mulier viro coniuncta uxor est viri, quia non omnis filius heres est patris. Itaque aliud est uxor, aliud concubina, sicut aliud ancilla, et aliud libera. Ancillam itaque a thoro abiicere, et uxorem certae ingenuitatis accipere, non duplicatio coniugii, sed profectus honestatis est. ' Dubium enim non est, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuisse mysterium [396]), nisi forte illa mulier et ingenua facta et dotata legitime et in [397]) publicis nuptiis honestata videatur.

C. CLXXXII. *Ut de captivitate venientibus maritis uxores propriae reformentur.*

Ex Epistola Leonis t).

Quod debeant feminae, quae, captis viris et in capti-

C. CLXXX. r) Canon Triburiens.; cf. Conc. Tribur. c. 26. — Burch. VIII. 22. (R.), Decr. VII. 42. (B.), c. XX. q. 4. c. 1., omn.: *Ex Conc. Tribur. (Beitr.* p. 177.*).*

C. CLXXXI. s) Excerpt. ex Ep. ad Rusticum Narbonens. ep., scr. ann. 458. vel. 459., c. 4. 5. (ap. Dionys. inter Decreta c. 18. 19.); c. 4.: *Non omnis — libera. — Dubium — honestata videatur*; c. 5.: *Ancillam — honestatis est.* — Coll. Dach. I. 62. 63. (fons), Ans. ded. VII. 29. 30. — Burch. IX. 1. (Ans. d.), Decr. VIII. 139. (B.), Pan. VI. 35. (D.) — C. XXXII. q. 2. c. 12. 11.

C. CLXXXII. t) Inscriptio capitis 1. Epist. Leonis ad Nicetam Aqui-

C. CLXXX. 393) *virgines sacrae:* Coll. citt. 394) *propter districtiorem vitam:* add. ib. 395) *disposuerint:* ib., sic quoque in sequentibus: *decreverint, quaesierint, cogantur.*

C. CLXXXI. 396) *ministerium:* Guelph. Vienn. Helmst. Bal. 397) deest: ib.

vitate ductis[398]), aliis nupserant[399]), putantes interemtos maritos[400]), remeatis[401]) de captivitate prioribus viris copulari, ut cuique id, quod legitime habuit, reformetur, et recipiat unusquisque, quod suum est, et redintegrentur foedera nuptiarum[402]).

## C. CLXXXIII. *De eadem re.*

### Ex eodem[u]).

Quod non probatur esse culpabilis, qui uxorem capti in matrimonio videtur esse sortitus. Et si viri de captivitate regressi intemperantia uxorum offensi non fuerint, et voluerint eas in coniugium recipere, liberam habeant facultatem. Et si mulieres ad priores maritos redire noluerint, posteriorum virorum amore captae, ecclesiastica communione priventur.

## C. CLXXXIV. *De incestuosis.*

### Ex Concilio Ilerdensi, cap. IV.[v]).

De his, qui se incesti[403]) pollutione commaculant, placuit, ut, quousque in ipso detestando et illicito carnis contubernio perseverant, usque ad missam tantum catechumenorum in ecclesia admittantur, cum quibus etiam nec cibum sumere ulli[404]) Christianorum, sicut Apostolus iussit, oportet.

---

leiens., scr. ann. 458., additis quibusdam ex textu (ap. Dionys. inter Decreta c. 42.). — Coll. Dach. I. 64. (fons) exhibet ipsam inscriptionem cum textu; Ans. ded. VII. 54. — Burch. IX. 55. (Ans. d.), Decr. VIII. 190. (B.), Pan. VI. 87. (D.).

C. CLXXXIII. u) Inscr. capitum 2., 3., 4. eiusdem epistolae (ap. Dionys. c. 43., 44., 45.). — Coll. Dach. I. 65—67. (fons) praeter inscriptionem textum quoque continet, Ans. ded. VII. 55—57. — Burch. IX. 56—58. (Ans. d.), Decr. VIII. 191—193. (B.).

C. CLXXXIV. v) Hab. ann. 546. — Coll. Vat. c. 67., Dach. I. 90. (fons), Rab. ad H. c. 20., ad O. c. 2., Ans. ded. VII. 117. — Burch. VII. 3. (R.), Decr. IX. 29. (B.), c. XXXV. q. 2. et 3. c. 9. (D.).

C. CLXXXII. 398) *et—ductis:* des. i. orig. Dach. Ans. 399) *nupserunt:* Hild. Bal. 400) *putant. int. mar.:* des.: orig. Dach. Ans. 401) *reversis:* Hild. Bal. 402) *et—nuptiarum:* des. orig. Dach. Ans.

C. CLXXXIV. 403) *incesta:* Guelph. Vienn. Bal. 404) *ullum:* Hild. Bal.

184 b C. CLXXXV. *De eadem re.*

Ex Concilio Toletano [w]) [405]).

Salubriter praecavenda [406]) sancimus, ne quis fidelium propinquam sanguinis sui, usque quo affinitatis lineamenta successione generis cognoscit, in matrimonio sibi desideret copulari, quoniam scriptum est †): *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, ut revelet turpitudinem eius.*

185 C. CLXXXVI. *De eadem re.*

Ex Concilio Agathensi [x]).

De incestis coniunctionibus nihil prorsus veniae reservamus, nisi, cum adulterium separatione sanaverint [407]). Hos enim esse censemus: si quis relictam fratris, quae pene prius soror exstiterat, carnali coniunctione violaverit, si quis fratris uxoris germanam, si quis novercam, si quis consobrinam, si quis filiam acunculi, vel relictam eius, si quis patrui filiam vel privignam suam duxerit. Sane, quibus coniunctio illicita interdicitur, habebunt sibi post actam poenitentiam ineundi melioris coniugii, id est legitimi, libertatem, id est potestatem [408]).

186 C. CLXXXVII. *De eadem re.*

Ex Concilio Romano [y]).

Gregorius Papa dixit: Si quis Dei ancillam, id est,

---

C. CLXXXV. w) Conc. Tolet. II. hab. ann. 531., c. 5. — Coll. Vat. c. 65., Dach. I. 91. (fons), Hal. IV. 21., Ans. ded. VII. 39. — Burch. VII. 6. (R.), Decr. IX. 42. (B.), Ans. X. 40., c. XXXV. q. 8. c. 2.

C. CLXXXVI. x) Hab. ann. 506., *c.* 61., in epitom. redact. — Coll. Dach. I. 92. (fons), Rab. ad H., ad O. ib. — Burch. VII. 4. (R.), Decr. IX. 40. (B.), 25., Ans. XI. 88. (B.), c. XXXV. q. 2. et 3. c. 8. (D. 25.).

C. CLXXXVII. y) Hab. ann. 721. sub Greg. II., c. 3—11. — Coll. Vat. c. 68., Dach. I. 93. (fons), Hal. IV. 22., Ans. ded. VII. 43—48. — Burch. VII. 22—24. (R.), Decr. IX. 58—60. (B.).

†) *Levit. c.* 18. *v.* 6.

C. CLXXXV. 405) nullam inscriptionem exhibet Trev. Helmst. 406) *praecavendo:* Hild. Bal.

C. CLXXXVI. 407) *et si sanare noluerint, anathematizentur:* add. Burch. Decr. 40. Ans. (rell. desunt ib.) 408) *id est, legit., id est, potestat.:* des. in orig. Coll. citt.

sanctimonialem in coniugio duxerit, anathema sit. Si quis commatrem spiritualem in coniugio duxerit, anathema sit. Si quis fratris uxorem in coniugio duxerit, anathema sit. Si quis[409]) neptem in coniugio duxerit, anathema sit. Si quis novercam aut nurum suam duxerit, anathema sit. Si quis consobrinam duxerit, anathema sit. Si quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, in coniugio duxerit, anathema sit. Si quis viduam furatus fuerit in uxorem, vel consentientibus[410]) ei, anathema sit. Si quis virginem, nisi desponsaverit, furatus fuerit in uxorem, vel consentientibus ei, anathema sit. Et in omnibus his tertio omne concilium respondit: Amen.

### C. CLXXXVIII. *De Iudith*[411]). 187

Ex Concilio ad Confluentes, Karolus ad Ludowicum[z]).

Filiam nostram Iudith viduam secundum leges divinas et humanas[412]) sub tuitione ecclesiastica et regio mundeburde constitutam Balduinus sibi furatus est in[413]) uxorem. Quem post legale iudicium episcopi nostri regni excommunicaverunt secundum sacros canones et definitionem Sancti Gregorii Papae, qui dicit: *si quis viduam furatus fuerit in uxorem, vel consentientibus ei, anathema sit*[414]).

### C. CLXXXIX. *De feminis, quae viros amittunt.* 188

Ex Capitularium Lib. I., cap. XCVI.[a])

De feminis, quae viros amittunt, placet, ne se, sicut hactenus, indiscrete velent, sed triginta dies post deces-

---

C. CLXXXVIII. z) Ludowici, Karol. et Lothar. Convent. ad Sablonarias, hab. ann. 862., c. 5.

C. CLXXXIX. a) Anseg. Capit. L. I. c. 96. (Capitul. Aquisgr. ann. 817. c. 22.). — Burch. VIII. 42. (R.), Decr. VII. 60. (B.): *Ex Conc. Aurelian. c.* 5.

C. CLXXXVII. 409) *fratris — Si quis:* des. Par. Helmst. 410) *cum cons.:* Goth., *vel consentiens:* Dach.

C. CLXXXVIII. 411) *iudicio:* Bal. 412) *mundanas:* orig. 413) deest: Hild. Bal. 414) *ipse et consentientes ei anathema sint:* orig.

sum[415]) viri sui exspectent, et post tricesimum diem per consilium episcopi sui vel, si episcopus absens fuerit, consilio aliorum religiosorum sacerdotum suorumque[416]) amicorum id, quod eligere debent, eligant. Et, quia a sacro conventu rogati[417]), ut hi, qui publicam gerunt poenitentiam, et feminae, quae viros amittunt, nostra[418]) auctoritate, donec deliberent, quid agant, tuerentur, specialiter pro his capitula fieri, et legis mundanae capitulis inserenda decrevimus.

189 C. CXC. *De eadem re.*

Ex Capitularium Lib. IV., cap. XVI. [b])

Qui viduam intra primos XXX dies viduitatis vel invitam vel volentem sibi copulaverit[419]), LX solidos[420]) componat, et, si invitam eam traxerit, legem suam ei componat, illam vero ulterius non attingat.

190 C. CXCI. *Qui hominem publicam poenitentiam agentem interfecerit.*

Ex eodem, cap. XVII. [c])

Qui hominem publicam poenitentiam agentem interfecerit, bannum nostrum in triplo componat et eius weregildum proximis eius persolvat.

191 C. CXCII. *Item de incestis.*

Ex Concilio Aurelianensi[d]).

Ne frater super thorum defuncti fratris adscendat, nec

---

C. CXC. b) Anseg. Capit. L. IV. c. 16. (Capit. Aquisgr. legg. add. ann. 817. c. 4.).

C. CXCI. c) Anseg. Capit. ib. c. 17. (ib. c. 5.) Cf. supra L. II. c. 30.

C. CXCII. d) Conc. Aurelian. I. hab. ann. 511., c. 14. — Rab. ad H. c. 20. (fons), ad O. c. 2.

C. CLXXXIX. 415) *discessum:* Goth. Helmst. Bal. 416) *parentum atque:* add. orig. 417) *et ut rogetur princeps:* Coll. citt. 418) *sua:* ib.

C. CXC. 419) *bannum nostrum, id est:* add. orig. 420) *in triplo:* add. ib.

quisquam amissa uxore sororem [421]) eius sibi audeat sociare.

## C. CXCIII. *De sorore sponsae violata.* 192

### Ex Concilio Ancyrano [e]).

Quidam sponsam habens sororem eius violavit, et gravidam reddidit. Postmodum desponsatam sibi duxit uxorem; illa vero, quae corrupta est, laqueo se peremit. Hi, qui fuerunt conscii, post decennem satisfactionem iussi sunt suscipi secundum gradus poenitentiae constitutos.

## C. CXCIV. *De muliere, quae duobus fratribus nupserit.* 193

### Ex Concilio Neocaesariensi [f]).

Mulier si duobus fratribus nupserit, abiiciatur usque ad mortem, veruntamen in exitu propter misericordiam [422]) communio ei concedatur [423]). Quodsi defecerit vir aut mulier in talibus nuptiis, difficilis erit poenitentia in vita permanenti.

## C. CXCV. *De eadem re.* 194

### Ex Concilio Eliberitano [g]).

Si quis post obitum uxoris suae sororem eius duxerit, et ipsa fuerit fidelis, quinquennium a communione placuit abstineri, nisi mors coëgerit [423 b]).

---

C. CXCIII. e) Hab. ann. 314., c. 24. (Dionys.) — Coll. Dach. I. 57., Rab. ad H. ib. (fons), ad O. ib., Ans. ded. VII. 63. — Decr. IX. 24.

C. CXCIV. f) Hab. ann. 314. c. 2. (Dionys.) — Coll. Vat. c. 66., Dach. I. 89., Hal. IV. 14., Rab. ad H. ib. (fons), ad O. ib., Ans. ded. VII. 58. — Burch. XVII. 1., Decr. IX. 67. (B.).

C. CXCV. g) Hab. ann. 310. c. 61. — Rab. ad H. ib. (fons), ad O. ib.

C. CXCII. 421) *sorori:* orig. Rab.

C. CXCIV. 422) *si promiserit, quod facta incolumis, huius coniunctionis vincula dissolvat:* add. orig. Coll. citt. 423) *fructum poenitentiae consequatur:* ib.

C. CXCV. 423[b]) *nisi forte velocius dari pacem necessitas coëgerit infirmitatis:* orig. Rab.

195 C. CXCVI. *De eadem re.*

Ex Concilio Martini[h]).

Si qua mulier duos fratres aut si quis vir duas sorores duxerit, a communione separentur[424]) usque ad mortem. In morte pro misericordia viaticum accipiant[425]).

196 C. CXCVII. *De filiola et commatre.*

Ex Epistola Rabani ad Heribaldum episcopum Autisiodorensem[i]).

De eo, quod interrogasti, si ille, qui filiolam suam[426]) et de eo, qui concubuit cum commatre sua spirituali, et de illo, qui filium suum baptizavit, et cuius uxor eum de fonte suscepit, si postea in tali copulatione permanere possent, omnino illicitum esse iudicavimus. Nam in Concilio Moguntiacensi[427]) scriptum est[k]): *Nullus proprium filium aut filiam a fonte baptismatis suscipiat, nec filiolam nec commatrem ducat uxorem, nec illam, cuius filium ad confirmationem ante episcopum tenuerit; ubi autem factum fuerit, separentur.*

197 C. CXCVIII.[428]) *Si quis viduam uxorem duxerit.*

Ex eodem[l]).

Si quis viduam uxorem duxerit, et postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus sororibus nupserit,

---

C. CXCVI. h) Capitul. Martini Bracarens. c. 79. — Rab. ad H. ib. (fons), ad O. ib. — Burch. XVII. 2. (R.), Decr. IX. 68. (B.).

C. CXCVII. i) scr. ann. 853., c. 20., Rab. ad O. ib. — Burch. XVII. 24. *(Ex Conc. Mogunt. in claustro s. Albani hab. c. 10).* Decr. IX. 82. (B.), Pan. VII. 66. (D.), C. XXX. q. 1. c. 5. (D.). — Burch. Decr. Pan. Grat. paullo fusius rem tractant, quam in orig. atque hic ap. Reg. exhibetur.

k) Hab. ann. 813. c. 55. — Burch. XVII. 25., Decr. IX. 83. (B.): *Ex Conc. Tribur. c.* 8.

CXCVIII. l) Rab. ib., Conc. Mogunt. id. c. 56. — Burch. XVII. 9. (B.), Decr. IX. 71. (B.). — Cf. infra Reg. II. 226.

C. CXCVI. 424) *abstineantur:* orig. Rab. 425) *communio ..... detur:* ib.

C. CXCVII. 426) *quam de sacro fonte baptismatis suscepit:* add. Rab. 427) *de talibus;* add. ib.

C. CXCVIII. 428) hoc caput deest in Helmst.

aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre et filio fornicata fuerit[429]), tales copulationes anathematizari et disiungi praecipimus, nec unquam amplius coniugio copulari, sed sub magna districtione fieri.

C. CXCIX. *De eo, qui filiolam suam polluit.* 198

Unde supra [m]).

Quam detestabile et execrabile scelus sit unicuique Christiano filiolam suam constuprare[430]), testatur Sanctus Gregorius in dialogis suis, ubi refert, quendam hominem polluisse filiolam suam, et, quia neglexit poenitentiam agere, subito miserabili morbo correptus expiravit, et sepultus, non solum corpus, sed etiam omne sepulchrum ignis invisibilis consumsit.

C. CC. *Item de incestis et eorum ponitentia.* 199

Ex Concilio Moguntiacensi [n]).

Si quis fornicatus fuerit cum duabus sororibus vel noverca sua, vel cum sorore sua[431]), vel cum amita sua, vel cum matertera[432]) sua, vel cum filia patrui sui et avunculi sui, vel cum filia amitae suae sive materterae suae, vel cum nepte sua, vel cum commatre aut filiola sua, sive quam de fonte suscepit, vel ante episcopum tenuit, et si qua mulier simili modo fornicata fuerit, abstineat se ab ingressu domus Dei annum I, et eodem anno, nisi dominicis et festis diebus, solummodo pane et aqua et sale utatur, arma non ferat, osculum nulli praebeat, sacrificium, nisi pro viatico, minime sumat, VI deinde annis ingrediatur quidem domum Dei, sed carnibus et vino ac sicera mi-

---

C. CXCIX. m) Rab. ib. — Burch. XVII. 26. (R.), Decr. IX. 84. (B.): *Ex Conc. Mogunt.*

C. CC. n) Rab. ib. — Ceterum hoc caput in nullo concilio Moguntino repertum est. — Burch. XVII. 8. (R.), Decr. IX. 70. (B.).

C. CXCVIII. 429) *forn. fuer.:* des. Rab.

C. CXCIX. 430) *sibi ad libidinem iungi:* Rab.

C. CC. 431) *vel c. s. s.:* des. Bal. 432) *matre:* Hild. Bal.

nime utatur, nisi festis diebus; de armis vero vel osculo sive sacrificio, sicut supra dictum est[433]. Postea vero duobus annis, quando carne vescitur, a potu omni, qui inebriare potest, se contineat, et, si potum biberit, minime carne vescatur, absque praecipuis festis diebus. De armis vel osculo aut sacrificio modum teneat iam dictum. Inde usque ad obitum suum, nisi praedictis festis diebus, a carne abstineat tres legitimas ferias in omni hebdomada et tres quadragesimas in anno legitime custodiat; de armis vero, ut supra dictum est, et nunquam aliquando[434] coniugio copuletur. Haec eadem poenitentia imponenda est patricidis, fratricidis vel consanguineis, nec non et, qui sponte per fraudem et avaritiam hominem innoxium occidunt, quod[435] morchidum vocant.

200 C. CCI. *In quota generatione copulentur fideles.*

Ex Epistola Rabani ad Humbertum episcopum o).

Igitur de nuptiis vel quomodo consanguinitas honoranda sit, Dominus loquitur in Levitico dicens †): *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, ut revelet turpitudinem eius.* Cum enim Dominus populum suum de contaminationibus gentium voluisset separare, primum generali vocabulo ad proximitatem sanguinis prohibuit quemquam accedere, ne revelaret turpitudinem eius, deinde ipsam generalitatem ferme in XII species subdivisit, quae tamen ultra tertiam vel quartam generationem non procedunt. Unde accidit, ut reor, dominum Gregorium Augustino interroganti tertia vel quarta generatione iam licite connubia iungere spospondisse[436]. Similiter et in Theodori archiepiscopi gentis Anglorum capitulis, quae de necessariis conscripsit rebus, invenimus, quod in tertia propinquitate

---

C. CCI. o) Incerti anni.

†) *Lev. c.* 18. *v.* 6.

C. CC. 433) *faciat:* add. Rab. 434) deest ib. 435) orig. Hild. Bal. *Theodisca lingua:* add. ib. C. CCI. 436) *respondisse:*

carnis secundum Graecos liceret [437]) nubere, in quinta secundum Romanos, qui tamen coniugia in tertia propinquitate facta non solverent, si antea ab inscientibus compacta fuissent, aequaliterque coniungeretur vir in matrimonio his [438]), qui sibi consanguinei sunt, et uxoris suae consanguineis post mortem uxoris. Hunc autem Theodorum, Tharso Ciliciae natum, Vitellianus papa Romae episcopum ordinans ad Britanniam misit, unde tam orientalium, quam etiam occidentalium ecclesiarum consuetudinibus pleniter institutus fuerat. Nec eum aliqua latere potuerunt, quae in observationibus legitimis Graeci vel Romani eo tempore habuerunt, maxime cum in utraque lingua perfecte instructus esset. Quod autem proximis temporibus Romanorum pontificum scripta continent, usque ad sextam vel septimam generationem coniugii usum differendum, magis ex consuetudine humana, quam ex lege divina hoc eos percepisse [439]) credendum est. Nam, quod Isidorus in etymologiis suis usque ad sextam generationem consanguinitatis abstinendum [440]) et sic legitimo connubio coniungendum asseruit, inde reor eum fecisse, quod genealogiae seriem retexens, quousque ordinem numerandi [441]) perduxit, eo cognationem sanguinis servandam aestimavit, sicque ad innovationem [442]) generis et amicitiae ius confirmandum redire ad connubium sancivit, quando iam cognationis ordo numerari desivit. Ceterum ante omnia considerandum est, ut sic censura disciplinae temperetur, ne per immoderationem correptionis peccati cumulus augeatur. Scimus enim [443]), qui in lege cognationis ius observare constituit, in evangelio foedus coniugii non dissolvendum praecepit. Si enim ubicunque aliquid proximitatis vel consanguinitatis, licet longinquae, inter coniugatos inveniri potest, statim matrimonium dissolvatur, vereor, quod adulterium et

---

C. CCI. 437) *liceat:* ib. 438) sic orig.; *coniungeret eas, qui:* omn. Codd. 439) *praecepisse:* orig. Bal. 440) *et — coniungendum:* deest Helmst. 441) *numerando:* orig. 442) *invocationem:* Guelph. Vienn. Helmst. 443) *quod:* add. orig. Hild. Bal.

fornicationis scelus multiplicetur*), quia cum coniugato adolescenti[444]) vel iuveni societas comparis suae denegatur, nec aliquid ei solatii impenditur, unde continentiam salvare possit, libidine inflammatus per diaboli instigationem multiplici fornicatione forsitan polluitur, ac sic in praecipitium mortis aeternae anima demergitur[445]). Igitur, qui a mea parvitate voluisti, quid sentirem de hac re, tibi rescribi, propter fragilitatem praesentis temporis reor hoc, quod Theodorus episcopus inter Gregorium et Isidorum medius incedens in suis capitulis definivit, magis sequendum, ut quinta generatione iam licitum connubium fiat, quia nec lex divina hoc contradicit[446]), nec etiam sanctorum patrum dicta hoc prohibent. Si autem et in quinta ab insciis fuerit copula peracta, melius mihi videtur, ut cum poenitentiae humiliatione, si se uxoratus continere non vult, Deo satisfaciat.

201 C. CCII. *De eadem re.*

Gregorius ad Augustinum[p]).

Unde[447]) necesse est, ut etiam tertia vel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi debeat. Nam[448]) secunda, quam praediximus, a[449]) se omnino debet abstinere.

202 C. CCIII. *De eadem re.*

Ex Epistola Rabani episcopi ad Reginbaldum chorepiscopum[q]).

De eo, quod interrogasti, si pater et filius, vel si duo

---

*) Quae sequuntur, usque ad c. CCXLVII. med., absunt a Par., una deficiente quaternione.

C. CCII. p) Epist. Gregor. M., scr. ann. 601. (Ep. 64. Lib. 11., sec. ed. Maur.). Cf. Ioannis Diac. Vitam Gregor. L. II. c. 38.

C. CCIII. q) Excerpt. ex c. 4. (Mansi, Tom. XVI. col. 863.). — Burch. XVII. 21. (R.), Decr. IX. 79. (B.): *Ex Conc. Mogunt. c.* 5.

C. CCI. 444) *adolescentulo:* Bal. 445) *demergatur:* Hild. Bal. 446) *quia non l. d. huic c.:* Hild. Bal.

C. CCII. 447) *unde:* deest ib. 448) *a sec.:* add. ib. 449) deest ib.

fratres vel si avunculus et nepos cum una muliere fornicati sunt [450]), quid inde faciendum sit? Manifestum est, quod gravi vindicta plectendum est, quod grave facinus esse reperitur. Omnis enim moechia interdicitur, ubi scriptum est: *Non moechaberis;* quanto magis cum cognata vel cum coniuge seu concubina cognati? Hinc in Levitico †) scriptum est: *si moechatus fuerit quis cum uxore alterius, morte moriatur, et moechus et adultera. Qui dormierit cum noverca sua et cum nuru sua, et qui filiam et matrem duxerit, et qui acceperit sororem suam, morte moriatur.* Si enim in lege turpitudinem incestus mortis sententia vindicare iussit, quomodo in evangelio, ubi summa iustitia est, incestuosus poenitentiam peccati evadet? Unde Apostolus ††): *Irritam qui fecerit legem Moysi, sine ulla miseratione sub duobus vel tribus testibus moritur; quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcaverit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, et spiritui gratiae contumeliam fecerit?* Igitur Theodorus iudicavit, eum, qui incestum fecerit, XII annos poenitere debere, alii XV, alii X, alii VII. Sed tu, priscorum patrum vestigia sequens, his solis poenitentiae spatium temperes, qui devote et cum lacrymis poenitentiam egerunt [451]), ceteri definitum tempus servent.

## C. CCIV. *De illo, qui servum se fecerit.* 203

### Ex Concilio Triburiensi, cap. XI [r]).

Perlatum est ad sanctam synodum, quod quidam ingenuus ingenuam acceperit uxorem, et post filiorum procrea-

---

C. CCIV. r) In editis hic canon non exstat, sed desumtus est ex cuiusdam sessionis relatione vel descriptione, quam hodie vulgo Protocollum nuncupamus. In fine canones ex omnibus his capitibus, ut ita dicam, protocollaribus collecti, in breve coacti, regia muniti auctoritate publicabantur. — Cf. *Beitr.* p. 167. 168. — Burch. IX. 75. (R.), Decr. VIII. 212. (B.), Pan. VI. 99. (D.), C. XXIX. q. 2. c. 7.

†) *c.* 20. *v.* 14.
††) *Hebr. c.* 10. *v.* 28. 29.

C. CCIII. 450) *sint:* Hild. Bal., *fornicarentur:* orig. 451) *egerint:* Bal.

tionem occasione divortii cuiusdam servum se fecerit, utrum necessario mulierem tenere debeat, et si tenuerit, utrum illa quoque secundum secularem legem servituti subiici debeat? Iudicatum est, uxorem minime debere dimitti, non tamen ob Christi legem mulierem in servitutem redigi, dum ille non ex consensu coniugis se servum fecit, quem[452] liberum maritum acceperat[453].

204 C. CCV. *Item de incestis.*

Ex eodem[s]).

Item indicatum est, quendam stuprasse quandam feminam, quam postea frater eius accepit uxorem. Statuerunt eum, qui stupravit et a se stupratam fratri celavit, quia geminavit peccatum, poenitentia districtiori castigandum, coniugium tale dissolvi oportere, et mulieri quidem eis viventibus non fore[454] potestatem nubendi, illis autem pro misericordia coniugium indulgere[455].

205 C. CCVI. *Si quis cum filia materterae suae et cet. concubuerit.*

Ex eodem[t]).

Item interrogatum fuit, si quis cum filia materterae suae vel avunculi, amitae vel patrui concubuerit, si coniugatus fuerit, liceatne illi ulterius uti coniugio, aut non coniugato uxorem accipere? Iustum esset, sicut aliqua priorum statuta habentur[456], ut in perpetuum a coniugio tales abstineant. Visum est humanae fragilitatis intuitu, ut post

---

C. CCV. s) Canon Triburiensis eiusdem generis, ut antecedens; cf. Conc. Tribur. hab. ann. 895. c. 44. et *Beitr.* p. 169. — Burch. XVII. 15. (R.), Decr. IX. 75. (B.): *Ex Conc. Matiscens. c.* 5.

C. CCVI. t) Canon Tribur. ut supra; cf. *Beitr.* l. l. — Burch. XVII. 20. (R.), Decr. IX. 78. (D.).

C. CCIV. 452) *qui:* Helmst., *quae:* Hild. 453) *ipsa mar. accepit:* Coll. citt.

C. CCV. 454) *nunquam dare* (*eis viv.*: om.): Coll. citt. 455) *sed cum poenitentia:* add. ib.

C. CCVI. 456) *habeantur:* Hild. Bal.

poenitentiam quidem penitus priventur coniugio, durissime tamen tam immanis fornicatio vindicetur, sicut sanctus papa Nicolaus et alii Romani pontifices statuerunt, ne forte desperata conscientia multiplicius peccent.

### C. CCVII. *De eadem re.* 206

Ex eodem[u]).

In lectum mariti, absente uxore, soror ivit uxoris, quam ille uxorem suam putans, dormivit cum ea. Super hoc visum est, si ipse per securitatem veram hoc[457]) probaverit, quod inscius fecerit hoc scelus, poenitentiam quidem, quae sibi indicata fuerit, agat, legitimum suum coniugium habere permittatur, illam digna vindicta affligi, et in aeternum coniugio privari.

### C. CCVIII. *De eadem re.* 207

Ex eodem[v]).

Quidam fornicatus est cum aliqua muliere. Postea filius, nesciens patris factum, stupravit eandem. Quod cum pater rescisset[458]), de se filioque confessus est. Statuerunt, melius esse, ut taliter lapsis cum digna poenitentia legitima permittantur coniugia, quam forte deterius delinquant; cum fornicaria autem illa gravius agendum[459]).

### C. CCIX. *De eadem re.* 208

Ex eodem[w]).

Si quis cum duabus sororibus fornicatus fuerit, et so-

---

C. CCVII. u) Canon aeque Triburiensis; cf. *Beitr.* l. l. — Burch. XVII. 4. (R.), Poen. Roman. ap. Ant. August. tit. 3. c. 5. (B.), C. XXXIV. q. 1. et 2. c. 6. (B.).

C. CCVIII. v) Canon Tribur. eiusdem notae, ut superiores; cf. Conc. Tribur. c. 43. et *Beitr.* l. l. — Burch. XVII. 16. (R.), Decr. IX. 76. (B.), C. XXXIV. q. 1. et 2. c. 10. (B.).

C. CCIX. w) Hoc caput pertinet ad canones Triburienses proprie sic dictos, i. e. non protocollares. — Cf. Conc. Tribur. c. 45., *Beitr.* p. 179. 180. — Burch. XVII. 5. (R.), C. XXXIV. q. 1. et 2. c. 8. (B.).

C. CCVII. 457) *non:* inepte Hild.

C. CCVIII. 458) *rescisceret:* Burch. Decr., *resciret:* Grat. 459) *fornic. autem sine spe coniugii maneat:* Coll. citt.

ror sororem ab eodem antea stupratam nescierit, vel si ipse sororem eius, quam antea stupravit, non intellexerit, si digne poenituerint, et se continere non valuerint, post annos VII coniugia illis non negentur. Si autem non ignoraverunt, usque ad mortem a coniugio abstineant.

209 C. CCX. *De eadem re.*

Ex eodem [x]).

Si quis cum duabus sororibus fornicatus fuerit, vir diebus vitae suae poeniteat, soror autem, quae de alia sorore nescivit [460]), licentiam habeat nubendi.

210 C. CCXI. *De eadem re.*

Ex eodem [y]).

Si homo fornicatus fuerit cum muliere, et frater eius nesciens duxerit eam uxorem, frater [461]) eo, quod fratri crimen celaverit, poeniteat, et [462]) post poenitentiam nubat. Mulier autem usque ad mortem poeniteat [463]).

211 C. CCXII. *De eadem re.*

Ex eodem [z]).

Si frater cum muliere fornicatus fuerit, et frater nesci-

---

C. CCX. x) Idem canon citatur in Cod. Darmst. a. (IV. 47.): *Item apud Triburias, cap. XXVII.*, sed nihil aliud esse videtur, nisi antecedens ap. Regin. caput in compendium redactum. — Burch. XVII. 6. (R.). — Cf. *Beitr.* I. I.

C. CCXI. y) Canon Tribur., quem Cod. Darmst. a. (IV. 46.) citat: *Item ap. Trib. cap. XXVI.* Cf. Conc. Tribur. c. 44., et *Beitr.* p. 179. — Burch. XVII. 13. (R.), Decr. IX. 73. (B.), C. XXXV. q. 2. et 3. c. 6. (D.), omn.: *Ex Conc. ap. Vermer.*

C. CCXII. z) Cod. Darmst. a. (IV. 48.) eundem exhibet canonem sub inscriptione: *Item ap. Tribur. c. XXVIII.;* cf. Conc. Tribur. c. 43., *Beitr.* p. 180. — Burch. XVII. 14. (R.), Decr. IX. 74. (B.): *Ex Conc. ap. Vermerias.*

C. CCX. 460) *post priorem sciens fornicata est, diebus vitae suae poeniteat, quodsi non rescivit:* Darmst.

C. CCXI. 461) *qui fornicatus est:* add. Darmst. 462) *considerata imbecillitate:* add. ib. 463) *diebus vitae suae p.:* ib.; *et sine spe coniugii maneat:* add. Coll. citt.

ens cum eadem concubuerit [464]), mulier diebus vitae suae poeniteat [465]), post poenitentiam autem frater, ignarus sceleris, coniugium accipiat, si vult.

### C. CCXIII. *De separatione.* 212

Ex Concilio ad Vermeriam temporibus Pippini [a]).

In tertio geniculo separantur [466]); in quarta autem coniunctione [467]) si inventi fuerint, non eos separamus, sed poenitentiam eis indicimus [468]). Et tamen [469]), si factum non fuerit, nullam facultatem coniungendi in quarta generatione damus.

### C. CCXIV. *De eadem re.* 213

Ex eodem [b]).

Si aliquis cum filiastra sua manet [470]), nec matrem nec filiam ipsius potest habere, nec illa nec ille aliis se poterunt coniungere ullo unquam tempore. Attamen uxor eius, si ita voluerit, si se continere non potest, si postea, quam cognovit, quod cum filia sua vir eius fuit in adulterio, carnale commercium cum eo non habuit [471]); si vult, potest alii nubere.

### C. CCXV. *De eadem re.* 214

Ex eodem [c]).

Si quis cum noverca sua dormierit, neuter [472]) pos-

---

C. CCXIII. a) Hab. ann. 753., c. 1.
C. CCXIV. b) Ibid. c. 2. — Burch. XVII. 10. (R.).
C. CCXV. c) Ibid. c. 10. 11. — Burch. XVII. 11. (R.), C. XXXII. q. 7. c. 24.

C. CCXII. 464) *se polluerit:* Darmst. 465) quae sequuntur, Darmst. sic exhibet: *et frater, qui post fratrem se cum muliere polluerit nesciens, post poenitentiam, si se continere non possit, nubat, tamen in Domino.*

C. CCXIII. 466) *separentur:* Hild. Bal. 467) *coniugatione:* ib. 468) *iudicamus:* orig. 469) *attamen:* ib.

C. CCXIV. 470) *si quis c. f. s. fornicatus fuerit:* Burch. 471) *habeat:* Hild. Bal., *habet:* orig.

C. CCXV. 472) *neutiquam:* Hild. Bal., *nec ille, nec illa:* orig.

sunt ad coniugium pervenire, sed vir eius potest, si vult[473]), aliam accipere, si se continere non potest[474]); similiter, qui cum filiastra sua vel cum sorore uxoris suae dormierit, stare potest.

215 C. CCXVI. *De eadem re.*

Ex eodem[d]).

Qui dormierit cum duabus sororibus, et una ex illis antea uxor fuerit, nullam ex ipsis habeat, nec ipsi adulteri unquam coniugio copulentur[475]).

216 C. CCXVII. *De eadem re.*

Ex eodem[e]).

Si quis cum uxore fratris sui dormierit, adulter et moecha diebus vitae suae absque coniugio maneant. Ille vero, cuius[476]) uxor fuit, si vult, aliam coniugem accipiat.

217 C. CCXVIII. *De eadem re.*

Ex eodem[f]).

Si quis sponsam filii sui oppresserit, et postea filius eius eam duxerit, pater postmodum non habeat uxorem, nec ipsa mulier virum. Filius, qui facinus patris ignoravit, aliam accipiat.

---

C. CCXVI. d) Ibid. c. 12. — Burch. XVII. 3. (R.), Decr. IX. 69. (B.), C. XXVII. q. 2. c. 30. (D.), omn.: *Ex Conc. Aurelian. c.* 6., C. XXXII. q. 7. c. 21.: *Ex Conc. Mogunt.*

C. CCXVII. e) Inter Vermerienses non est repertum, similia autem leguntur in Conc. Compend. hab. ann. 757. c. 11. (8.). — Burch. XVII. 17. (R.).

C. CCXVIII. f) Cf. Conc. Compend. c. 13. (10.). — Burch. XVII. 18. (R.), C. XXVII. q. 2. c. 32. (B.).

C. CCXV. 473) *si vir eius sic vult, potest:* Hild. Bal., *sed ille vir:* orig. 474) *si — potest:* des. orig., *sed melius est abstinere:* add. ib.

C. CCXVI. 475) *hab., nec illa adultera soror, nec ille vir, qui cum illa adulteravit, alios unquam accipiant:* orig.

C. CCXVII. 476) *cui:* Hild. Bal.

## C. CCXIX. *De eadem re.* 218

### Ex eodem [g]).

Si quis filiastrum aut filiastram suam ante episcopum ad confirmationem tenuerit, separetur ab uxore sua et aliam nunquam accipiat; similiter et mulier [477]).

## C. CCXX. *De eadem re.* 219

### Ex eodem [h]).

Si quis cum matre et filia fornicatus est, ignorante matre de filia, et filia de matre, ille nunquam accipiat uxorem. Illae vero, si volunt, accipiant maritos; si autem hoc scierint ipsae feminae, absque maritis in perpetuo maneant.

## C. CCXXI. *De eadem re.* 220

### Ex eodem [i]).

Similiter et de duabus sororibus, qui cum una in adulterio mansit, et aliam publice accepit, non habeat mulierem usque in diem mortis, et illa, quae nescivit, accipiat maritum.

---

C. CCXIX. g) Ibid. c. 15. (12.), Bened. Capit. L. I. c. 7.; cf. Conc. Mogunt. hab. ann. 813. c. 55. — Burch. XVII. 22. (R.), Decr. IX. 80. (B.); I. 302.: *Ex Capit. L. V. c.* 7., Pan. VI. 125. (D. I.), C. XXX. q. 1. c. 2. (D. IX.).

C. CCXX. h) Excerpt. ex Conc. Compend. c. 17. (14.). — Omnes illi canones Compendienses, quos Regino ex Concilio Vermeriensi citat, huic quoque adscribendi esse videntur, quum et in canonum defloratione illa, quae vulgo genuinis 44. Concilii Wormatiensis (ann. 868.) capitibus adiungitur, capite 19. (62.) tres canones Vermerienses cum duobus Compendiensibus in unum redacti sint caput, scil., Compend. c. 17, 18., Vermer. c. 10., 11., 12. (Reg. II. 220. 221. 215. 216.), ita ut Vermeriensis Concilii acta mutila tantum ad nostram pervenisse aetatem non sine iure putemus. — Burch. XVII. 12. (R.), Decr. IX. 72. (B.), C. XXXIV. q. 1. et 2. c. 9. (D.).

C. CCXXI. i) Ib. c. 18. (15.). — Burch. XVII. 7. (R.). — Cf. Concil. Worm. ann. 868. append. modo laudat. c. 19. (63.).

C. CCXIX. 477) *sim. et femina* (Ben.: *mul.*) *alterum non accipiat:* orig.

221 C. CCXXII. *Si qui propter faidam fugiunt.*

Ex eodem k).

Si qui propter faidam [478] fugiunt in alias patrias et dimittunt uxores suas, nec illi nec illae alteri copulentur.

222 C. CCXXIII. *Idem de incestis.*

Ex eodem l).

Si quis incestum cum propinqua sua commiserit, peculium suum perdat, si habet; et si se emendare noluerit, nullus eum in domo recipiat, neque ei cibum donet. Quod si fecerit, LX [479] solidos regi componat, et si pecuniam non habet, mittatur, si liber est, in carcerem; si servus est, vapuletur multis plagis.

223 C. CCXXIV. *Item de parricidis.*

Ex Capitularibus m) [480].

Si homo liber patrem aut matrem, fratrem vel avunculum occiderit, hereditatem propriam amittat, et si quis moechatus fuerit cum matre et sorore et amita, hereditatem perdat.

224 C. CCXXV. *Item de incestis.*

Ex Capitularibus n) [481].

Ut episcopi incestuosos investigare studeant [482], et si poenitere noluerint, de ecclesia expellantur, donec ad poe-

---

C. CCXXII. k) Ib. c. 21. (18.). — Bened. Capit. L. I. c. 8.
C. CCXXIII. l) Ib. c. 22. (19.), in compendium redactum. — Bened. ib. c. 9.
C. CCXXIV. m) Caput. incertum.
C. CCXXV. n) Bened. Capit. L. I. c. 165., Conc. Mogunt., h. ann. 813., c. 53., Conc. Turon. III., h. eod. ann., c. 41., Conc. Mogunt., h. ann. 847. c. 28.

C. CCXXII. 478) *vindictam:* Hild. Bal.

C. CCXXIII. 479) sic orig. Ben.; *XL:* omn. codd.

C. CCXXIV. 480) *Ex eodem:* Helmst. Bal.

C. CCXXV. 481) *Ex eodem:* Helmst. Bal. 482) *omnino praecipimus:* add. Bened.

nitentiam revertantur. Quodsi obedire sacerdotibus noluerint, oportet eos per secularem disciplinam coërceri [483]).

## C. CCXXVI. *De eadem re.* 225

### Ex Concilio Moguntiacensi, cap. XXIX. [o]).

Si quis viduam uxorem duxerit, et postea cum filiastra fuerit fornicatus, seu cum duabus sororibus nupserit, aut si qua cum duobus fratribus sive cum patre et filio, si quis relictam fratris, si quis neptem, aut novercam, aut nurum, aut consobrinam, aut filiam avunculi, aut eius relictam aut privignam polluerit, eos disiungi et alterius nunquam coniugio copulari praecipimus.

## C. CCXXVII. *De eadem re.* 226

### Ex eodem [p]).

Contradicimus quoque, ut [484]) quarta [485]) generatione nullus amplius coniugio copuletur. Ubi autem post interdictum factum [486]) fuerit, separetur [487]).

## C. CCXXVIII. *De eadem re.* 227

### Ex Concilio Wormatiensi [q]).

Si quis cum duabus sororibus vel si qua [488]) cum duobus fratribus aut cum his personis, de quibus sacra scriptura prohibet, fornicationem fecerit, si dignam egerit poenitentiam, et se continere non potest, liceat ei legitimam uxorem vel virum accipere.

---

C. CCXXVI. o) Hab. ann. 847. sub Rab.— Regino canonis sententiam multo brevius descripsit. — Burch. XVII. 19. (R.), Decr. IX. 77. (B.), Pan. VI. 121. (D.), C. XXXII. q. 7. c. 20. (B.).

C. CCXXVII. p) Ibid. c. 30., Conc. Mogunt. hab. ann. 813., c. 54. — Burch. VII. 18. (R.), Decr. IX. 54. (B.), Pan. VII. 70. (D.), C. XXXV. q. 2. et 3. c. 21. (D.) omn.: *Ex Conc. Cabilon.*

C. CCXXVIII. q) Hab. ann. 868., c. 33. (14.) in compend. redactus.

C. CCXXV. 483) *quodsi — coërceri:* des. ib., sed similia leguntur in cit. c. 28. Mogunt. ann. 847.

C. CCXXVII. 484) *in:* add. orig. 485) *vel quinta sextaque:* add. Coll. citt. 486) *inventum:* add. orig. Coll. citt. 487) *separentur:* Hild. Bal.

C. CCXXVIII. 488) *soror, seu cum:* Helmst. Bal.

228 C. CCXXIX. *Si quis cum commatre fornicatus fuerit.*

Ex eodem [r]).

Si quis cum commatre spirituali fuerit fornicatus, usque ad dignam poenitentiam anathemate percutiatur. Similiter, si cum ea, quam de fonte suscepit, vel quam ante episcopum tenuit [489]), fornicatus fuerit; legitimam autem si habuerit, non dimittat uxorem.

229 C. CCXXX. *Item de incestis.*

Ex eodem [s]).

Si quis cum filiastra sua fornicatus fuerit, post dissolutum coniugium poenitentiam agat, scilicet per triennii tempus a corpore Domini et sanguine suspendatur, carnem non manducet, et vinum non bibat, et omnibus diebus ieiunet, exceptis festis et dominicis diebus. Similiter autem de mulieribus, quae patri se clanculo in concubitu prostraverunt, et filio observandum est, et qui duabus se absconse sororibus pollutos cognoscunt.

230 C. CCXXXI. *Quod cum sacramento illicita coniugia scindenda sunt.*

Ex Concilio Triburiensi [t]).

Quorum illicita coniugia scindenda sunt, volumus, ut iuramento confirment, ne ad unam mensam, nec sub uno tecto [490]) cohabitent, vel quolibet familiari colloquio perfruantur, nisi in publico aut in ecclesia. Res, quas communes habuerint, dividant, ne aliqua suspicio possit nasci atque increscere [491]).

---

C. CCXXIX. r) Canonis 34. (15.) ibid. epitome. — Decr. IX. 36., Pan. VII. 64. (D.), C. XXXIII. q. 2. c. 17. allegant ex epist. Nicolai P. ad Carol. archiep. Mogunt.

C. CCXXX. s) Eiusd. c. 36. (19.), in compendium redactus.

C. CCXXXI. t) Cf. Conc. Triburiens. hab. ann. 895., c. 23., c. 49. et *Beitr.* p. 180. — Cod. Darmst. IV. 11. similem canonem citat: *Ex synodo Luitberti ap. Wormatiam*, sed vid. *Beitr.* p. 23. seqq.

C. CCXXIX. 489) *tenuerit:* add. Helmst. Bal.

C. CCXXXI. 490) *simul:* Helmst. Bal. 491) *incresci:* omn. Codd.

### C. CCXXXII. *Sacramentum de parentela, quomodo inquirenda sit* u). 231

De illa parentela, quam dicunt esse inter illum et istam eius coniugem, quidquid inde scis aut audisti computare [492]) a tuis vicinis aut tuis antecessoribus [493]), quod tu per nullum ingenium nec proptor amorem, nec propter [494]) timorem aut praemium aut consanguinitatem celabis episcopo tuo aut eius misso, cui hoc inquirere iusserit, quandocunque te ex hoc interrogaverit. Sic [495]) te Deus adiuvet et cet.

### C. CCXXXIII. *Item ceteri* v) [496]). 232

Istud sacramentum [497]), quod iste iuravit de illa parentela, quae inter illum et eius coniugem computatur, quod tu illud observabis in quantum sapis, aut audisti. Sic te Deus adiuvet.

### C. CCXXXIV. *Sacramentum de incestuoso discidio* w). 233

Ab isto die in antea [498]), quod tu per nullum ingenium te sociabis huic tuae consanguineae, nomine illi [499]), quae contra legem et rectam Christianitatem usque in hunc diem tua uxor fuit, nec in coniugio, nec in adulterio vel fornicatione, nec cum illa ad unam mensam manducabis et bibes, aut sub uno tecto manebis, nisi forte in ecclesia, aut in aliquo publico loco, ubi nulla mala suspicio possit esse,

---

C. CCXXXII. u) Haec formula aeque ac sequentes a Reginone procul dubio ex ipsa praxi et foro desumtae sunt. — Burch. VII. 25. (R.), Decr. IX. 61. (B.), Pan. VII. 87. (D.), c. XXXV. q. 6. c. 5. (B.); Grat. citat: *Ex ordine Rom.*

C. CCXXXIII. v) Burch. VII. 26. (R.), Decr. IX. 62. (B.), Pan. ib., c. XXXV. q. 6. c. 6. (B.).

C. CCXXXIV. w) Burch. VII. 27. (R.), Decr. IX. 63. (B.), Pan. VII. 88. (D.), c. XXXV. q. 6. c. 9. (B.).

C. CCXXXII. 492) deest Coll. citt. 493) *antiquioribus propinquis:* ib. 494) *am. nec p.:* des. Hild. Bal. 495) *si:* omn. codd. constanter.

C. CCXXXIII. 496) *de eadem re:* Bal. 497) *iuramentum:* Hild. Bal.

C. CCXXXIV. 498) *iurabis (in ant.:* om.*):* Hild. Bal. 499) *nominaliter:* Hild.

ut ibi coram testibus pro certa necessitate pariter colloquamini. Nec aliam coniugem accipies, nisi forte post peractam[500]) poenitentiam tibi licentia data fuerit ab episcopo tuo aut eius misso. Sic te Deus adiuvet, et istae sanctorum reliquiae.

234 C. CCXXXV. *Invocatio ad iudicium*[x]).

De hoc, quod mihi reputatum est in hac synodo, quod simul cum ista femina adulterium vel fornicationem fecissem, quod ego non ita feci, nec unde me culpabilem recognosco. Sic me Deus adiuvet ad istud iudicium suum.

235 C. CCXXXVI. *Iuramentum post datam poenitentiam de luxuria facta*[y]).

Ab isto die in antea cum ista femina[501]), cum qua adulterium vel fornicationem fecisti, unde disciplinam vel poenitentiam suscepisti, amplius non adulterabis, nec fornicaberis, nec eam in uxorem accipies, nisi forte post peractam poenitentiam tibi licentia data fuerit ab episcopo aut eius misso. Sic te Deum adiuvet.

236 C. CCXXXVII. *De eo, qui vivente marito coniugem illius adulterasse accusatus perhibetur.*

Ex Synodo Meldensi[z]).

Is, qui vivente marito coniugem illius adulterasse accusatur et, eo in proximo defuncto, eandem sumsisse dignoscitur, omnimodis publicae poenitentiae subigatur, de quo etiam post poenitentiam praefata, si expedierit, servabitur regula, nisi forte idem aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidisse notentur, aut propinquitas vel alia quaelibet

---

C. CCXXXV. x) Burch. IX. 79. (R.), Decr. VIII. 215. (B.), Pan. VII. 39. (D.).

C. CCXXXVI. y) Burch. IX. 80. (R.), Decr. VIII. 216. (B.), Pan. VII. 40. (D.).

C. CCXXXVII. z) Hab. ann. 845. c. 69. (45.). — Burch. IX. 65. (R.), Decr. VIII. 201. (B.), Pan. VII. 12. (D.), c. XXXI. q. 1. c. 5.

C. CCXXXIV. 500) *actam:* Guelph. Vienn. Helmst. Bal.

C. CCXXXVI. 501) *in ant.:* des. Hild. Bal., *ista*: des. ib.

actio criminalis impediat. Quod si probatum fuerit, sine ulla spe coniugii cum poenitentia perpetuo maneant. Si autem negaverit, se eandem feminam vivente viro nequaquam [502]) adulterasse, et praefati homicidii nemo eorum reus exstiterit, et probatis testibus neuter[503]) convinci potuerit, purgent legaliter famam suae opinionis, et sumto utantur coniugio, si alia, ut diximus, non impedierit ratio.

## C. CCXXXVIII. *De eadem re.* 237

### Ex Concilio Triburiensi [a]).

Relatum est auribus sanctorum sacerdotum, quendam alterius uxorem stupro violasse, insuper et moecham, vivente viro suo, iuramentum dedisse, ut post legitimi mariti mortem, si supervixisset, duceret in uxorem, quod et factum est. Tale igitur connubium prohibemus, et anathematizamus.

## C. CCXXXIX. *Invocatio de morte mariti vel uxoris* [b]). 238

De hoc, quod tu accusata es in praesentia istius episcopi in hac synodo, quod per tuum factum et per tuum consilium tuus maritus ille [504]) vel tua coniux illa mortem recepisset et vitam perdidisset, omnino non est ita, nec tu in eius vita aut membris quidquam fecisti, aut cum aliis consiliatus es, unde merito secundum ecclesiasticum iudicium poenitentiae remedia suscipias, aut secundum mundanam legem mortem aut aliquod damnum sustineas. Sic te Deus adiuvet ad istud iudicium.

## C. CCXL. *Iuramentum vel invocatio de homicidio imputato* [c]). 239

De hoc, quod tibi imputatum est in praesentia tui

---

C. CCXXXVIII. a) Cf. Conc. Tribur. hab. ann. 895., c. 40., et *Beitr.* p. 178. — Burch. IX. 66. (R.), Decr. VIII. 202. (B.), Pan. VII. 9. (D.), c. XXXI. q. 1. c. 4.

C. CCXXXIX. b) Cf. supra ad c. CCXXXII. not. u). — Coll. Savin. X. 104. (R.).

C. CCXL. c) Coll. Savin. X. 103. (R.).

C. CCXXXVII. 502) deest Hild. Bal. 503) *neutiquam*: ib.

C. CCXXXIX. 504) *illius*: (bis) Hild. Bal.

episcopi, cuius parochianus es, quod tu illum hominem cum aliis hominibus sequacibus tuis occidisses, propter hanc causam, ut bona illius diriperes et eius uxorem tibi in matrimonium sociares, in veritate non est ita, nec tu solus nec cum aliis hominibus illum hominem occidisti, nec, ut suam vitam aut membra perderet, cum aliis consiliatus es, nec in eius morte quidquam habes factum, unde merito aut poenitentiam suscipias, aut faidam sustineas [505]), aut pretium aliquod persolvas. Sic te Deus adiuvet.

240 C. CCXLI. *Iuramentum de reconciliatione coniugatorum* d).

Ab isto die in antea istam tuam coniugem, nomine illam, quam iniuste dimiseras, ita tenebis, sicut per rectum maritus suam debet habere coniugem in dilectione et debita disciplina, nec eam per ullum malum ingenium a te separabis, nec ea vivente aliam accipies. Sic te Deus adiuvet.

241 C. CCXLII. *Femina sic iuret* e) [506]).

A modo in antea istum tuum maritum, quem iniuste dimiseras, ita tenebis et amplexaberis, et ei in servitio, in amore et in timore ita eris subiecta et obediens, sicut per rectum uxor suo debet subiecta esse marito, nec unquam ab eo te separabis, nec illo vivente alteri viro te sociabis in coniugio aut adulterio. Sic te Deus adiuvet.

242 C. CCXLIII. *De his, qui matrimonio iuncti sunt et nubere non possunt.*

Ex Epistola Rabani ad Heribaldum Episcopum, cap. XXIX. f)

Quod autem interrogasti de his, qui matrimonio iuncti

---

C. CCXLI. d) Burch. IX. 81. (R.), Decr. VIII. 217. (B.), Pan. VII. 41. (D.), c. XXXV. q. 6. c. 11.

C. CCXLII. e) Burch. IX. 82. (R.), Decr. VIII. 218. (B.), Pan. VII. 42. (D.).

C. CCXLIII. f) Scr. ann. 853. — Burch. IX. 40. (R.), Decr. VIII. 178. (B.), Pan. VI. 115. (D. 178.), Ans. X. 26. (B.), c. XXVII. q. 2. c. 29., c.

C. CCXL. 505) *vindictam suscipias:* Hild. Bal.

C. CCXLII. 506) *de eadem re:* Bal.

sunt et nubere [507]) non possunt, si [508]) ille aliam vel illa alium ducere possit, non cum auctoritate, sed de quorundam statutis respondemus, in [509]) quibus scriptum est: *Vir et mulier si se coniunxerint, et postea dixerit mulier de viro, quod non possit coire cum ea* [510]), *si potest probare per iustum iudicium, quod verum sit, accipiat alium* [511]).

### C. CCXLIV. *De eadem re.* 243

Ex Concilio ad Vermeriam, temporibus Pippini Regis, cap. XVII. [g])

Si qua mulier se proclamaverit [512]), quod vir suus nunquam cum ea coisset [513]), exeant inde ad crucem, et, si verum fuerit, separentur, et illa faciat, quod vult.

### C. CCXLV. *De eadem re.* 244

Ex Concilio ad Compendium [h]) [514]).

Si quis accepit uxorem et habuit ipsam aliquo tempore, et ipsa femina dicit [515]), quod non coisset [516]) cum ea, et ille vir dicit, quod sic fecit, in veritate viri consistat, quia vir caput est mulieris.

### C. CCXLVI. *De eadem re.* 245

Ex Concilio Triburiensi [i]).

Vir si duxerit uxorem, et concumbere cum ea non

---

XXXIII. q. 1. c. 1. (P.), omnes: *Ex Ep. Gregor. ad Ioann. Ravenn.;* Decr. VIII. 80.: *Ex Capit. L. VI. c.* 55.

C. CCXLIV. g) Hab. ann. 753. — Burch. IX. 41. (R.), Decr. VIII. 179. (B.), Pan. VI. 118. (D.).

C. CCXLV. h) Hab. ann. 757., c. 20. (17.) — Burch. IX. 42. (R.), Decr. VIII. 180. (B.), Pan. VI. 119. (D.), c. XXXIII. q. 1. c. 3. (P.).

C. CCXLVI. i) Idem canon citatur in Cod. Darmst. a. (IV. 43.): *Item ap. Triburias, cap. XIX.* Cf. Conc. Tribur. hab. ann. 895., c. 41., et *Beitr.* p. 178. — Burch. IX. 43. (R.), Decr. VIII. 181. (B.), Pan. VI. 120. (D.).

C. CCXLIII. 507) *coire;* Hild. Bal. 508) *an:* ib. 509) *non — in:* des. Helmst. Bal. Guelph. Vienn. Coll. citt. 510) *eo:* Hild. Bal., *ei nubere:* orig. 511) *si autem ille aliam acceperit, separentur:* add. Burch. eiusque sequaces.

C. CCXLIV. 512) *reclamaverit:* orig. 513) *mansisset:* ib.

C. CCXLV. 514) tota inscriptio deest Helmst. — *De e. r.:* Bal. 515) *dicat:* Hild. Bal. 516) *mansisset:* orig.

valens, frater eius clanculo eam vitiaverit et gravidam reddiderit, separentur. Considerata autem imbecillitate, misericordia eis impertiatur ad coniugium, tantum in Domino.

246 C. CCXLVII. *De diversarum personarum fornicatione.*

Ex Poenitentiali Romano Theodori Episcopi et Bedae Presbyteri[k]).

Adolescens si cum virgine peccaverit, annum I poeniteat. Si semel et fortuitu casu[517]), levigetur ei poenitentia, et tamen[518]) usque ad annum plenum poeniteat. Si infra XX annos puella et[519]) adolescens fornicationem faciunt, tres quadragesimas et legitimas ferias. Si propter hoc peccatum servitio humano addicti sunt, XL dies poeniteant. Si uxoratus cum virgine fornicatus fuerit, II annos poeniteat ita primum omnium, ut a sua se contineat, si ei consenserit uxor; alioquin[520]) addatur modus poenitentiae. Si laicus cum laica fornicatus fuerit, III annos poeniteat, et, quanto saepius, tanto magis et tempus addatur. Laicus maculans se cum ancilla Dei, II annos poeniteat; si genuerit ex ea filium, III annos poeniteat. Si sine coniugio est, tres quadragesimas et legitimas ferias. Qui canonici sunt et fornicantur, annum I; si frequenter, II. Qui in gradu est, annos III poeniteat. Monachus sine gradu vel canonicus gradum habens, si cum puella laica fornicati sunt, annos III poeniteant. Si cum sanctimoniali, annos VII poeniteant. Monachi cum gradu fornicationem facientes VII annos poeniteant. Si monachus laicam duxerit, III annos poeniteat; illa duos et legitimas ferias; si usque ad generationem filii, IV annos poeniteat. Si occiderint, VII annos poeniteant. Si episcopus fornicatus fuerit, VIII annos poeniteat: alii iudicaverunt, XII annos; post annos

---

C. CCXLVII. k) Ex Poenit. Darmst. c. 1.: *De fornicatione divers. pers.* Egbert. c. 2. 7. 8. — Vid. *Beitr.* p. 127. seqq.

C. CCXLVII. 517) *fortuitu:* orig. 518) *tantum:* Hild. Bal.; *ei — tamen, poeniteat:* des.: orig. 519) *infra XXX (puella et:* om.): Helmst. Bal. 520) *uxori etiam:* Hild. Bal. (*alioq.:* deest ib.)

III levius poeniteat. Presbyter cum puella fornicans, annos IV et III quadragesimas in anno et ferias quartam et sextam in pane et aqua. Si cum ancilla Dei fornicatus fuerit, VII annos poeniteat. Ut[1]) episcopus, presbyter et diaconus, si in fornicatione, in periurio vel furto captus est, deponatur, non tamen communione privetur, quia non iudicat[521]) Dominus bis in id ipsum.

### C. CCXLVIII. *Item de incestis*[m]). 247

Si adolescens sororem suam duxerit, V annos poeniteat; si matrem, VII annos, et quamdiu vixerit, nunquam sit sine continentia.

### *Item alii.*

Qui cum matre fornicatus fuerit, XV annos poeniteat. Qui cum filia vel sorore fornicatus fuerit, ab omni carne se abstineat XV annos. Si mater cum filio suo parvulo fornicata fuerit, III annos abstineat se a carne, et diem I in unaquaque hebdomada ieiunet usque ad vesperam. Qui habet matrem et filiam, duas sorores, uxorem patris et fratris, patruelis aut avunculi, neptem aut consobrinam, aut qui in prima, secunda vel tertia generatione iuncti sunt, istis volumus indicare, ut separentur, et propter novellam plantationem ecclesiae, ut VII annos agant poenitentiam, tres primos annos tres dies in hebdomada, id est, feria secunda et quarta et sexta, XL dies ante Pascha, XX ante missam Sancti Iohannis, XX ante natalem Domini. Quatuor vero reliquos annos feria quarta et sexta et XIV noctes ante missam Sancti Iohannis et alias ante natalem Domini. Si se redimere vult, donet unum denarium aut pretium unius denarii pro uno die. Si pauper, donet dimidium denarium.

### C. CCXLIX. *De sordidatione puerorum*[n]). 248

Pueri se manibus invicem coinquinantes, XL dies

---

1) c. 25. Apostolor.
C. CCXLVIII. m) Poen. Darmst. c. 2.; Egb. ib.
C. CCXLIX. n) Ibid. c. 3.; Egb. c. 2.

C. CCXLVII. 521) *vindicabit:* Hild., *vindicat:* Bal.

poeniteant, maiores vero C dies. Pueri se inter femora sordidantes, C dies, maiores III quadragesimas et legitimas ferias. Parvulus a maiore oppressus, VII dies poeniteat; si consenserit, XX dies. Puer voluntarie se polluens, XXX dies, iuvenis vero XL dies poeniteat.

249 C. CCL. *De menstruis abstinendis* [o]).

Qui cum muliere menstruata nupserit, XL dies poeniteat. Si quis cum uxore sua retro nupserit, XL dies poeniteat. Si in terga nupserit, III annos poeniteat, quia sodomiticum est scelus. Viri inter femora fornicantes annum I poeniteant. Si in terga, III annos poeniteant. Si pueri sunt, duos annos.

250 C. CCLI. *De mulieribus* [p]).

Mulier quocunque molimine aut in se ipsa aut cum altera fornicans III annos poeniteat. Si sanctimonialis cum alia sanctimoniali per aliquod machinamentum fornicatur, VII annos poeniteat.

251 C. CCLII. *De illecebroso amplexu* [q]).

Qui per illecebrosos amplexus feminae vel per osculum polluitur, XXX dies poeniteat. Qui tetigerit inverecunde carpem eiusdem feminae, III menses poeniteat. Qui per turpiloquium polluitur, VII dies poeniteat. Presbyter si osculatus fuerit feminam per immundum desiderium, XX dies poeniteat. Si inquinatus fuerit, XL dies poeniteat. Qui in ecclesia per somnium polluitur, III dies poeniteat. Qui in somnis voluntate pollutus est, surgat et cantet VII psalmos poenitentiales et in die XXX. Qui peccare voluerit in somnis, et non fuerit pollutus, XXIV [522]) psalmos cantet.

---

C. CCL. o) Ibid. c. 6. 8.; Egb. ib.

C. CCLI. p) Ib. c. 9.; Egb. ib. — Burch. XVII. 27. 28. (R.), Decr. IX. 85. 86. (B.): *Ex Poen. Theodori.*

C. CCLII. q) Ib. c. 5. 11.; Egb. ib. — Burch. XVII. 42. (R.): *Ex Poenit. Bedae.*

C. CCLII. 522) *XXXIV*: Hild. Bal.

### C. CCLIII. *De clericis*[r] [523]). 252

Clericus si semen fuderit non tangendo, VII dies poeniteat; si tangit cum manu, XX dies poeniteat; si diaconus, XXX dies[524]); si presbyter, hebdomadas IV[525]). Presbyter si semen fuderit per cogitationem, VII dies poeniteat, monachus similiter. Qui voluntarie semen fudit[526]) in ecclesia, si clericus est, XIV dies; si monachus aut diaconus, XXX dies; si presbyter, XL; si episcopus, L dies poeniteat.

### C. CCLIV. *De quadrupedum fornicatione*[s]). 253

Qui cum pecude peccat, annum I; quidam iudicant annos X, quidam VII, quidam III[527]), quidam C dies[528]).

*Item.*

Si quis clericus cum quadrupede fornicatus fuerit, annos II, subdiaconus III, diaconus et monachus V, presbyter VII, episcopus X poeniteat.

### C. CCLV. *De sodomitis*[t]). 254

Qui fornicatus fuerit[529]) sicut sodomitae, quidam iudicaverunt X annos, quidam VII, alii I, pueri C dies.

*Item.*

Alii iudicaverunt, si in consuetudine est, laicus annos V, clericus VII, subdiaconus et monachus VIII, diaconus X, presbyter XII, episcopus XIV[530]) poeniteat.

---

C. CCLIII. r) Ib. c. 11.; Egb. ib. — Burch. XVII. 43. (R.): *Ex Poenit. Romano.*

C. CCLIV. s) Ib. c. 12.; Egb. c. 2., 8., 6. — Burch. XVII. 32. (R.), Decr. IX. 90. (B.): *Ex Poenit. Theodori.*

C. CCLV. t) Ib. c. 10.; Egb. c. 8. 6. — Cf. Hal. VI. 25.

C. CCLIII. 523) *de fundendo semen:* Bal. 524) *duas ebdomadas:* orig. 525) *III:* ib. 526) *fundit:* Helmst. Guelph. Vienn. Burch.

C. CCLIV. 527) *IV:* Bal. 528) *iuxta qualitatem personae poenitere:* add. Coll. citt. (Rell. des. ib.)

C. CCLV. 529) sic Goth.; rell. Codd.: *fornicaverit.* 530) *XIII:* Hild. Bal.

255 ## C. CCLVI. *De eadem re.*

### Ex Concilio Ancyrano [u]).

De his, qui irrationabiliter versati sunt, sive versantur, quotquot ante vicesimum annum [531]) tale crimen commiserint [532]), XV annis exactis in poenitentia communionem mereantur orationum. Post quinquennium, id est, post XX annos [533]) oblationis sacramenta contingant [534]). Quotquot autem post XX annos [535]) uxores habentes in hoc peccato [536]) prolapsi sunt, XXV annos poenitentiam gerentes [537]), ad orationis communionem recipiantur, et post quinquennium, id est [538]), post XXX annum communicent. Quod si post quinquagesimum annum prolapsi sunt, in fine vitae communicent [539]).

256 ## C. CCLVII. *De eadem re.*

### Ex eodem Concilio [v]).

Eos, qui irrationabiliter vixerunt, et lepra iniusti [540]) criminis alios polluerunt, praecepit sancta synodus, inter eos orare, qui spiritu periclitantur immundo.

---

C. CCLVI. u) Hab. ann. 314., c. 15. (Dionys.) — Coll. Vat. 89. (fons), Dach. I. 53., Hal. IV. 7., Rab. ad H. c. 32., ad O. c. 6., Ans. ded. VII. 104. — Burch. XVII. 30. (R.), Decr. IX. 88. (B.).

C. CCLVII. v) Ibid. c. 16. (Dionys.) — Coll. Vat. c. 80. (fons), Dach. I. 54., Hal. IV. 8., Rab. ib., Ans. VII. 105. — Burch. XVII. 31. (R.), Decr. IX. 89. (B.).

C. CCLVI. 531) *XX annos aetatis:* Bal. 532) *commiserunt:* Hild. Bal. 533) *deinde quinquennio in hac communione durantes, tunc demum:* orig. Coll. citt. omn. 534) iam plura add. ib. 535) *peracta viginti annorum aetate:* ib. 536) *peccatum:* Hild. Bal., *in:* deest: orig. Coll. citt. 537) *agentes:* Helmst. Guelph. Vienn. Bal., *poenitudinem:* orig. Vat. Dach. Hal. Rab. Ans. 538) *iidem:* Hild. Bal. 539) *quodsi — communicent:* des. Helmst. Guelph. Vienn. Bal. — Versus finem capitis Regino sententiam canonis paullo brevius descripsit.

C. CCLVII. 540) *inusti:* Bal.

### C. CCLVIII. *De eadem re.* 257

Ex Lib. I. Capitularium, cap. XIX.[w])

Si inventi fuerint, qui cum[541]) quadrupedibus vel masculis contra naturam peccant, dura et districta poenitentia coërcendi sunt. Quapropter episcopi vel presbyteri, a quibus iudicium poenitentiae iniungitur, conentur omnimodis hoc malum[542]) radicitus abscidere.

### C. CCLIX. *De eadem re.* 258

Ex dictis S. Basilii[x]).

Clèricus vel monachus adolescentium vel parvulorum insectator, vel qui osculo, vel aliqua occasione turpi reprehensus*) fuerit, publice verberetur, et coronam amittat, decalvatusque turpiter sputamentis obliniatur in facie vinculisque arctatus ferreis, carcerali sex mensibus angustia maceretur, et triduo per hebdomadas singulas ex pane hordeaceo advesperam reficiatur. Post haec aliis sex mensibus sub senioris spiritualis custodia segregata in curticula degens, operi manuum et orationi sit intentus, vigiliis et fletibus subiectus et sub custodia semper duorum fratrum spiritualium ambulet, nulla privata locutione vel consilio deinceps iuvenibus coniungendus.

### C. CCLX. *De eadem re.* 259

Ex dictis Isidori[y]).

Si quis ex iuvenibus vel aliqua suspiciosa persona

---

C. CCLVIII. w) Anseg. Capit. I. c. 48. (Capit. ecclesiast. ann. 789., c. 49.). — Burch. XVII. 33. (R.), Decr. IX. 91. (B.): *Ex Poenit. Romano.*

C. CCLIX. x) Regul. Fructuosi, c. 16. — Excerpt. ex Coll. Vat. c. 81. (fons), ubi auctor nullus allegatur, sed Coll. tr. p. II. 50. c. 12. hunc canonem citat: *Ex dictis Fructuosi.* — Burch. XVII. 35. (R.), Decr. IX. 93. (B.): *Ex dictis Basil.*

C. CCLX. y) Caput incertum. — Coll. Vat. 82. (fons.) *Isidori epi.* — Burch. XVII. 36. (R.), Decr. IX. 94. (B.).

C. CCLVIII. 541) *quicunque:* add. orig.; *radicitus:* deest ib. Trev. Guelph. Vienn. 542) *a consuetudine prohibere vel:* Vat. 1352.

C. CCLIX. *) *deprehensus:* Vat. 1352.

cum parvulis iocatus fuerit[543]), diuturna poenitentia maceretur *).

260 C. CCLXI. *Unde supra* [z]).

Si deprehensus fuerit aliquis frater ludere cum pueris et habere amicitias aetatis infimae, tertio commoneatur, ut memor sit honestatis atque timoris Dei; si non cessaverit, severissime corripiatur.

261 C. CCLXII. *De eadem re.*

Ex Lege Theodosiana, Lib. IX. [a]).

Omnibus flagitiosum est, viri corpus muliebriter constitutum [544]) alieni sexus damnare patientiam; nihil enim discretum habere videntur cum feminis. Huiusmodi scelus, spectante populo, flammis vindicibus expiabis.

262 C. CCLXIII. *De copulatione fidelium.*

Ex Concilio Wormatiensi [b]).

In copulatione fidelium generationum numerum non definimus, sed statuimus, ut nulli liceat Christiano de propria consanguinitate seu cognatione uxorem accipere, usque dum generatio recordatur, cognoscitur, aut memoria retinetur.

Haec [c]) de multimoda fornicatione ex diversis opusculis perstrinximus [545]), sacerdotum iudicio relinquentes, quid salubrius et utilius esse in dandis poenitentiis decernant.

---

C. CCLXI. z) Caput incertum. — Coll. Vat. c. 83. (fons), Burch. XVII. 37. (R.), Decr. IX. 95. (B.): *Ex dictis eiusdem* (Isid.).

C. CCLXII. a) Brev. L. 6. Cod. Theod. De adult. (IX. 7.).

C. CCLXIII. b) Hab. ann. 868., c. 32. (8.) — Burch. VII. 2. (R.), Decr. IX. 39. (B.), c. XXXV. q. 2. et 3. c. 18. (D.).

c) Haec sunt ipsius Reginonis verba.

C. CCLX. 543) *iocaverit:* Helmst. Guelph. Vienn. Bal. *) *expurgetur:* Vat.

C. CCLXII. 544) *constituere:* Helmst.

C. CCLXIII. 545) *cognoscimus:* Helmst.

### C. CCLXIV. *Ne in domibus fidelium adulteria perpetrentur.* 263

Ex Concilio Meldensi[d]).

Provideant viri potentes et maxime potentes feminae, ut in suis domibus adulteria et luxuriae[546]) concubinaticae et incesta adulteria non vigeant, et suos presbyteros, qui cum eis in capella[547]) vadunt, huiusmodi virtutem habere faciant, quatenus in domibus suis omnia vitia resecent, et orationem dominicam ac symbolum cunctos tenere et frequentare compellant, quia parochiani presbyteri et episcoporum ministri de minoribus et levioribus personis hoc providere studebunt.

### C. CCLXV. *De eadem re.* 264

Ex Capitularium Lib. III.[e])

Dictum est nobis, quod in quibusdam locis episcopi et comites ab incestuosis et ab his, qui decimas non dant, wadios accipiant, et a presbyteris pro quibusdam negligentiis, et inter se pecuniam dividant, quod penitus abolendum decrevimus, ne forte avaritiae locus detur.

## ABHINC DE FURTO ET RAPINA.

### C. CCLXVI. *Ex Poenitentiali*[f]). 265

Qui cupiditate captus furtum fecerit, quod abstulit, reddat et annos V poeniteat.

---

C. CCLXIV. d) Hab. ann. 853., c. 74. (50.).

C. CCLXV. e) Anseg. Capit. L. II. c. 37. (Excerpt. Ingelheim. ann. 826., c. 9.); Conc. Cabilon. hab. ann. 813., c. 18.

C. CCLXVI. f) Coll. Vat. c. 119. (fons), Hal. IV. 29.

C. CCLXIV. 546) *et:* add. 547) *capellam:* orig. Trev. Guelph. Vienn. Helmst.

266 C. CCLXVII. *De eadem re.*

Ex Lege Romana [g]).

Pecunia ecclesiastica furata sive rapta, solvatur quadruplum, popularia dupliciter.

267 C. CCLXVIII. *De eadem re.*

Ex Poenitentiali [h]).

Qui saepe furtum fecerit, VII annos poeniteat.

268 C. CCLXIX. *De eadem re.*

Ex eodem [i]).

Si quis furtum capitale commiserit, id est, quadrupedia tulerit vel casas effregerit, VII annos poeniteat, et quod furatum est, reddat. Si quis vero de minoribus semel aut bis furtum fecerit, quod tulit, reddat, et annum I poeniteat in pane et aqua. Et si reddere non potuerit, annos III poeniteat [548]). Si *) quis sepulcrum violaverit, VII annos poeniteat, tres ex his in pane et aqua.

269 C. CCLXX. *De eadem re.*

Ex Concilio Toletano [k]).

Si quis clericus in demoliendis sepulcris fuerit deprehensus [549]), oportet in tali scelere proditum a clericatus ordine submoveri, et poenitentiae triennio deputari.

---

C. CCLXVII. g) Inter Capp. Theodori apud d'Achery (Spicil. T. I. p. 488.) est c. 73. Coll. Vat. c. 120. (fons). — Coll. Savin. X. 132. eundem canonem citat: *Iudicium Theodori de furibus*; Ans. XI. 114.: *Ex Poenit. Theodori*, c. XVII. q. 4. c. 16. (Ans.). — Cf. Excerpt. Egberti, c. 73.

C. CCLXVIII. h) Coll. Vat. c. 121. (fons).

C. CCLXIX. i) Columb. c. 19.; Poenit. Merseb. I. c. 7., II. c. 23.; Darmst. c. 31. — Coll. Vat. c. 122. 123. 124. (fons). — Burch. XI. 58. (R.), Decr. XIII. 44. (B.), Ans. XI. 116., c. XVII. q. 4. c. 17.: *Ex Poenit. Romano.*

*) Excerpt. Egbert. c. 75.

C. CCLXX. k) Conc. Toletan. IV. hab. ann. 633. c. 46. — Coll. Vat. c. 125. (fons), Dach. III. 66., Ans. ded. V. 147. — Burch. XI. 63. (R.), Decr. XIII. 49. (B.). — Cf. Excerpt. Egb. c. 75.

C. CCLXIX. 548) Bal. iam novum incipit caput cum inscr.: *Unde supra.*

C. CCLXX. 549) *quia facinus hoc pro sacrilegio legibus publicis sanguine vindicatur:* add. orig. Coll. citt. omn.

## C. CCLXXI. *De eadem re.* 270

### Ex Concilio Agathensi[1]).

Si quis clericus furtum ecclesiae fecerit, peregrina ei communio tribuatur.

## C. CCLXXII. *De eadem re.* 271

### Ex eodem[m]).

Si quis clericus aut monachus furtum fecerit, quod potius sacrilegium dici potest, id censuimus ordinandum, ut iunior virgis caesus tanti criminis reus nunquam officium ecclesiasticum excipiat[550]); si vero iam ordinatus in hoc facinore fuerit deprehensus, nominis ipsius dignitate privetur, cui sufficere potest, pro actus sui levitate, impleta poenitentiae satisfactione, sola communio.

## C. CCLXXIII. *De eadem re.* 272

### Ex dictis Hieronymi ad Titum[n]).

Fur autem non solum in maioribus, sed etiam in minoribus iudicatur. Non enim, quod[551]) furto ablatum est, sed mens furantis attenditur, quomodo in fornicatione non idcirco diversa fit[552]) fornicatio, si mulier pulchra aut deformis, ancilla aut ingenua, pauper aut opulenta, sed qualiscunque illa fuerit, una est fornicatio. Ita in furto, quantumcunque quis abstulerit, furti crimen incurrit.

---

C. CCLXXI. l) Hab. ann. 506., c. 5. — Coll. Vat. c. 126. (fons), Dach. III. 49., Ans. ded. V. 97., X. 72.

C. CCLXXII. m) Immo ex Regula Ferreoli. Coll. Vat. c. 127: *Ferreoli.* Causa falsae inscriptionis ap. Reg. ea esse videtur, quod in Coll. Vat. canon Agath. antecedit, atque in eo, quo Regino utebatur, eiusdem collectionis Codice, huius capitis omissa erat inscriptio. Hinc item inscriptio in Excerpt. Egb. c. 69: *Ex Conc. Agath.* originem ducit. — Burch. XI. 64. (R.), Decr. XIII. 50. (B.).

C. CCLXXIII. n) Coll. Vat. c. 128. (fons): *Hieronymi presb. in explanatione epistolae ad Titum.* — Burch. XI. 55. (R.), Decr. XIII. 41. (B.), Ans. XI. 108. (B.), c. XIV. q. 6. c. 14.

C. CCLXXII. 550) *accipiat:* Hild. Bal.

C. CCLXXIII. 551) *quid:* Hild. Bal. 552) *est:* ib.

273 C. CCLXXIV. *De eadem re.*

Augustini dicta o).

Dixit Dominus ad Moysen †): *Accipiat unusquisque a proximo suo et proxima vasa argentea et aurea, et vestes* etc. Non hinc quisquam exemplum sumendum putare debet ad exspoliandum proximum. Hoc enim Deus iussit, qui noverat, quid quemque pati oporteret, nec Israëlitae fecerunt, sed Deo iubente ministerium praebuerunt, quemadmodum cum minister occidit eum, quem iudex iussit occidi. Profecto si id sponte faciat, homicida est, etiamsi eum occidat, quem scit a iudice occidi debuisse.

273 b C. CCLXXV. *De eadem re.*

Item Augustinus p).

Poenale est, occulte auferre; multo maioris poenae est, visibiliter eripere. Auferre ergo nolenti sive occulte sive palam habet praeceptum suum; furti enim nomine bene intelligitur omnis illicita usurpatio rei alienae. Non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit, sed utique sub furti nomine et rapinam intelligi voluit; aperte [553]) enim totum significavit, quidquid proximo aufertur.

274. Vid. infra c. 281. C. CCLXXVI. *De eadem re.*

275 Ex Poenitentiali q).

Si aliquis de ministerio ecclesiae quolibet modo aliquid furatus fuerit, VII annos poeniteat.

---

C. CCLXXIV. o) In libr. quaest. Exod. 39. — Coll. Vat. c. 129. (fons). — Burch. XI. 53. (R.), Decr. XIII. 2. (B.), Ans. XI. 107., c. XIV. q. 5. c. 12.

C. CCLXXV. p) Ibid. qu. 71. — Coll. Vat. c. 130. (fons). — Burch. XI. 54. (R.), Decr. XIII. 3. (B.), Ans. XI. 109, c. XIV. q. 5. c. 13.

C. CCLXXVI. q) Poenit. Darmst. c. 32. — Burch. XI. 65. (R.), Decr. XIII. 51. (B.), Ans. XI. 114. c. XVII. q. 4. c. 16.

†) *Exod. c. 11. v. 2.*

C. CCLXXV. 553) *a parte:* omn. Codd. Coll. citt.; nos Vat. sequimur.

## C. CCLXXVII. *De eadem re.* 276

### Ex Concilio Wormatiensi [r]).

Saepe contingit, ut in monasteriis furta perpetrentur, idcirco statuimus, ut, quando ipsi fratres de talibus se expurgare debeant [554]), missa ab abbate celebretur, vel ab aliquo praesentibus fratribus, et sic expleta missa omnes communicent in haec verba: corpus Domini sit tibi ad probationem hodie [555]).

## C. CCLXXVIII. *De causa criminali.* 277

### Ex eodem [s]).

Si episcopo aut presbytero causa criminalis, homicidium, adulterium et maleficium reputatum fuerit, in singulis missam tractare debet et secretam publice dicere, et communicare, et de singulis sibi reputatis innocentem se ostendere [556]). Quod si non fecerit, quinquennio a liminibus ecclesiae extraneus habeatur.

## C. CCLXXIX. *De rapina et violentia.* 278

### Ex Capitulari [t]).

Episcopi evangelicae et apostolicae, nec non et propheticae auctoritatis sententias de rapina et vi, et decreta canonica et apostolica breviter debent habere adnotata [557]), et haec omnibus publice relegant. Missi quoque legationis legales sententias et praedecessorum nostrorum et nostra

---

C. CCLXXVII. r) Hab. ann. 868. c. 15. (42.). — Burch. XI. 66. (R.), c. II. q. 5. c. 23.

C. CCLXXVIII. s) Ibid. c. 9. (41.). — Burch. II. 199. (R.), Decr. VI. 272. (B.), c. II. q. 5. c. 26.

C. CCLXXIX. t) Excerpt. ex c. 3. et 4. Convent. Karoli II. ap. Carisiac. ann. 857.

C. CCLXXVII. 554) *purgare debent:* Hild. Bal. 555) *et sic in ultima missae celebratione pro expurgatione sua corpus et sanguinem Domini nostri Iesu Christi percipiant, quatenus ita inde innocentes se esse ostendant*: orig.

C. CCLXXVIII. 556) *reddere:* orig.

C. CCLXXIX. 557) *adnotatatas:* omn. Codd.

de hac causa capitula omnibus nota faciant. Et episcopi Dei et episcopali auctoritate depraedationes et rapinas omnibus interdicant. Et missi et comites nostri cunctis ex nostro banno prohibere firmiter studeant, ut cognoscant omnes, quod, si tale aliquis[558]) facere praesumserit, secundum divinas sententias episcopalem excipiet sententiam, et secundum leges et capitula regia emendare cogetur[559]), et secundum iudicium fidelium nostrorum condignam vindictam excipiet.

279 C. CCLXXX. *De eadem re.*

Ex eodem[u]).

Quod si, quod absit, talis emerserit, qui Dei timorem postponat, et ecclesiasticam auctoritatem contemnat, et regiam potestatem refugiat, sciat, quicunque ille fuerit, quia et secundum canonicam auctoritatem ab omnium Christianorum coetu et a sanctae ecclesiae consortio in coelo et in terra alienus efficietur[560]), et regali potestate atque omni regni[561]) fidelium unanimitate, sicut Dei[562]) inimicus et regni devastator persequetur, usque[563]) a regno exterminetur.

274 C. CCLXXXI. *De eadem re.*

Ex eodem[v])[564]).

Si quis infra regnum rapinam fecerit, aut cuiquam nostro fideli, aut eius homini aliquid vi abstulerit, in triplo,

---

C. CCLXXX. u) Ibid. c. 7.
C. CCLXXXI. v) Ex eod. conventu Carisiac. (Pertz. Monum. T. III. p. 454.); Bened. Capit. L. II. c. 97.

C. CCLXXIX. 558) *aliquid:* Hild. Bal. 559) *cogatur:* ib. C. CCLXXX. 560) *efficitur:* Guelph. Vienn. 561) *omnium:* Bal., *regno:* Helmst. 562) *et ecclesiae:* add. orig., *et:* add. Trev. Goth. 563) *dum:* add. orig.

C. CCLXXXI. 564) *Ex Capit.:* omn. Codd., qui interpolatam exhibent recensionem, scil. Guelph. Vienn. Helmst. Paris.; ibidem enim hoc caput non h. l., sed paullo ante, medium inter c. 275 et 276 huius editionis collocatum est.

cui tulit [565]), legibus componat, et insuper bannum nostrum [566]) persolvat. Postmodum vero ante nos a comite adducatur, ut in bastiniaco retrusus, usque dum nobis placuerit, poenas luat [567]). Nam, si publice actum fuerit, publicam inde agat poenitentiam iuxta sanctorum canonum sanctiones. Si vero occulte, sacerdotum consilio exinde agat poenitentiam, quoniam raptores, ut Apostolus ait, nisi inde veram egerint poenitentiam, regnum Dei non possidebunt. Qui vero de rebus ecclesiarum aliquid abstulerint, gravius inde iudicentur, quia sacrarum rerum ablatio sacrilegium est, et sacrilegus vocatur, qui exinde aliquid abstulerit [568]). Extorres namque a liminibus sanctae Dei ecclesiae tales personae usque ad satisfactionem ecclesiae, quam laeserunt, sunt habendae atque firmiter denotandae.

## C. CCLXXXII. *De eadem re.* 280

### Unde supra [w]).

Audiant rapaces, quid Dominus per Esaiam dicit †): *Rapina pauperis in domo vestra.* Et per Apostolum ††): *Neque rapaces, neque homicidae, neque adulteri regnum Dei possidebunt.* Unde intendant, quale quantumque est peccatum rapina, quam cum adulterio et homicidio sanctus comparavit Apostolus. Item ipse dicit †††): *Si quis fornicator, aut adulter, aut rapax, aut homicida est, cum huiusmodi nec cibum sumere Christiano licet ante satisfactionem.* Et beatus Apostolus Iohannes talem hominem salutare vetat dicens ††††): *Nec ave ei dixeris, neque in domum receperis; qui enim ave ei dicit, communicat operibus eius malignis.* Audiant, quid in Toletano Concilio scriptum est: *Si quis,* inquiunt, *de potentioribus clericum*

---

C. CCLXXXII. w) Ibid. (Pertz. p. 453.); cap. in compend. redactum.

†) *Ies. c.* 3. *v.* 14.
††) 1. *Cor. c.* 6. *v.* 10.
†††) 1. *Cor. c.* 5. *v.* 11.
††††) 2. *Ioh. v.* 10. 11.

C. CCLXXXI. 565) *c. aliquid abstulit:* orig. 566) *i. e. LX. solidos nobis:* add. ib. 567) *postmodum — luat:* des. Helmst. 568) *tulerit:* Helmst. Bal., *extulerit:* Guelph. Vienn.

*aut pauperem exspoliaverit* (require retro cap. XXXVI, ubi de homicidiis continetur). Audiant raptores et praedones rerum ecclesiasticarum, quid sanctus Anacletus, a Petro apostolo ordinatus, dicat:

282 C. CCLXXXIII. *De eadem re.*

Anacletus [x]).

Qui abstulerit [569]), *inquit*, aliquid patri [570]), homicidae particeps est. Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creavit. Mater vero nostra ecclesia, quae nos in baptismo spiritualiter genuit; ergo, qui Christi pecunias ecclesiae aufert, rapit aut fraudatur, homicida est, atque ante Deum [571]) homicida deputatur. Qui enim res ecclesiae abstulerit, sacrilegium facit, et ut sacrilegus iudicandus est.

283 C. CCLXXXIV. *De eadem re.*

Item Urbanus Papa et martyr dicit [y]).

Res et facultates ecclesiasticae oblationes appellantur, quia Domino offeruntur [572]), et vota sunt fidelium ac pretia peccatorum, atque patrimonia pauperum. Si quis illa rapuerit, reus est damnationis Ananiae et Saphirae, et oportet huiusmodi tradere satanae, ut spiritus salvus sit in diem [573]) Domini.

284 C. CCLXXXV. *De eadem re.*

Item Lucius Papa [z]).

Rerum ecclesiasticarum et facultatum raptores a limi-

---

C. CCLXXXIII. x) Ibid. Cap. Pseudoisidor. — Tungerens. episc. Controvers. ann. 820. c. 3. — Burch. XI. 18. (R.), Decr. XIV. 88. (B.), c. XII. q. 2. c. 6. (D.).

C. CCLXXXIV. y) Ibid. Cap. Pseudoisid. — Cf. Burch. III. 143.

C. CCLXXXV. z) Ibid. Cap. Pseudoisidor. — Burch. XI. 19. (R.), Decr. XIV. 89. (B.), III. 140., Ans. XII. 4., c. XVII. q. 4. c. 5.

C. CCLXXXIII. 569) *abstulit:* Guelph. Vienn. Helmst. Bal. Coll. citt. 570) *vel matri:* add. orig. 571) *ante conspectum iusti iudicis:* ib. C. CCLXXXIV. 572) *offerantur:* Trev. Helmst. 573) *die:* orig.

nibus sanctae ecclesiae anathematizantes [574]) apostolica auctoritate pellimus et damnamus, atque sacrilegos esse iudicamus, et non solum eos, sed etiam omnes [575]) consentientes eis, quia non solum, qui faciunt, sed etiam, qui consentiunt, rei iudicantur [576]).

### C. CCLXXXVI. *De eadem re* [a]). 285

Augustinus dicit, qui aliquid de ecclesia furatur et rapit, Iudae proditori comparatur.

### C. CCLXXXVII. *Dc eadem re.* 286

In Canonibus scriptum [b]).

Si quis oblationes ecclesiae extra ecclesiam rapere [577]) vel dare voluerit praeter conscientiam episcopi vel eius, cui huiusmodi officia commissa sunt [578]), anathema sit.

### C. CCLXXXVIII. *De eadem re.* 287

Ex Concilio Meldensi, cap. LXI. [c]).

Ut pervasores rerum ecclesiasticarum, qui easdem res contra auctoritatem non solum retinere [579]), verum et crudeliter depopulari noscuntur, quidam et facultates etiam ecclesiae in diversa collaboratione et reditibus eas exspoliant, sed et pauperes et vicinos et circummanentes immisericorditer exspoliant [580]), devastant, et opprimunt ut ra-

---

C. CCLXXXVI. a) Ibid. — Coll. citt. ib.

C. CCLXXXVII. b) Ibid. — Concil. Gangrens. hab. circ. ann. 355., c. 7. — Burch. XI. 21. (R.), Decr. XIV. 91. (B.): *Ex Conc. ap. s. Medard.* — Reg. App. II. c. 1. — Burch. III. 144., Decr. III. 209. (B.), Ans. V. 45., c. XVI. q. 1. c. 55. (A.).

C. CCLXXXVIII. c) Hab. ann. 845. — Burch. XI. 16. (R.), Decr. XIV. 86 (B.).

C. CCLXXXV. 574) *anathematizatos:* orig. 575) *omnibus:* Helmst. Guelph. Vienn. 576) *fac., rei iudicantur, sed et, qui cons., par enim poena et agentes et consentientes comprehendit:* orig.

C. CCLXXXVII. 577) *accipere:* orig. 578) *nec cum eius voluerit agere consilio:* add. ib.

C. CCLXXXVIII. 579) *retineri:* omn. Codd. 580) *sed et paup. — exspol.:* des. orig.

paces, qui secundum Apostolum a regno Dei excluduntur, ex criminali et publico peccato publica poenitentia satisfaciant. Quodsi hoc agere noluerint, et potestate regia ad hoc exhortati vel coacti non fuerint, proferatur contra eos apostolica terribilis sententia, qua dicitur †): *Si quis frater nominatur, et est rapax, cum huiusmodi nec cibum quisquam sumere praesumat*, quia iniquum et sacrilegum est, ut Symmachus*) papa et post eum beatus Gregorius**) Sabino subdiacono scribit, et contra leges est, si quis, quod venerabilibus locis relinquitur, pravae voluntatis studiis suis compendiis tentaverit retinere. Secundum statuta canonum ab omni ecclesiastica communione ut sacrilegus debet arceri, donec studeat digna satisfactione, quod amisit, corrigere.

288 C. CCLXXXIX. *De his, qui sacra loca infringunt.*

Ex eodem [d]).

Ut hi, qui monasteria et loca Deo sacrata et ecclesias infringunt et deposita vel alia quaelibet exinde abstrahunt et sacerdotes ac viros ecclesiasticos non solum dehonorant, verum diverso modo affligunt, velut [581]) sacrilegi canonicae sententiae [582]) subigantur atque excommunicentur [583]).

289 C. CCXC. *Quomodo episcopus ad synodum vocet praedatores.*

Unde supra [e]).

Episcopus, in cuius parochia aliquis consistens aliquid

---

*) Concil. Roman. VI., hab. ann. 513., c. 5.

**) Gregor. M. Lib. X. Ind. 3. ep. 5. (Maur.).

C. CCLXXXIX. d) Ibid. c. 60. (36.) — Burch. XI. 22. (R.), Decr. XIV. 92. (B.), Ans. V. 40., c. XVII. q. 4. c. 21. §. 4., omn.: *Ex Decretis Ioannis.*

C. CCXC. e) Karlomanni Capitul. ap. Vernis Palat. ann. 884., c. 5.;

†) 1. *Cor. c. 5. v. 11.*

C. CCLXXXIX. 581) *abstrah., damnum novies componant et emunitatem tripliciter, velut:* Coll. citt. 582) *quae ex his decreta esse dignoscitur:* add. orig. 583) *atq. e.:* des. orig. Coll. citt.

depraedatus fuerit [584]), semel et bis atque tertio, si necesse fuerit, vocabit illum sua admonitione per suum presbyterum [585]) canonice ad emendationem sive compositionem et ad poenitentiam, ut Deo et ecclesiae satisfaciat, quam laesit. Si autem contemserit atque despexerit eius admonitionem et saluberrimam invitationem, feriat illum pastorali virga, hoc est, sententia excommunicationis, ut a communione sanctae ecclesiae omniumque Christianorum sit separatus usque ad congruam satisfactionem, et dignam emendationem; quam excommunicationem debebit idem episcopus seniori illius notam [586]) facere, et omnibus suis coëpiscopis [587]), ne eum recipiant usque ad dignam satisfactionem.

### C. CCXCI. *De his, qui alterius parochiani sunt.* 290

Ex eodem [f]).

De illis autem, qui infra parochiam beneficium aut hereditatem habent, et alterius episcopi parochiani sunt, et, dum de loco ad locum iter faciunt, rapinas et depraedationes peragunt, placuit nobis et fidelibus nostris [*]), ut excommunicentur, ne [588]) ante ex parochia exeant, quam, quae perpetrarunt, digne emendent. Quorum excommunicatio seniori eorum et proprio episcopo significanda est, ne eos recipiant, antequam illuc redeant, ubi rapinam fecerunt, et omnia pleniter emendent.

---

cf. Capitul. ecclesiast. c. ann. 804., c. 1. (Pertz, p. 129.). — Burch. XI. 13. (R.), Decr. XIV. 83. (B.): *Ex Conc. Meldens. c.* 3.; causa falsae inscriptionis est antecedens ap. Regin. caput.

C. CCXCI. f) Excerpt. ex c. 6. eiusd. — Burch. XI. 45. (R.), Decr. XIV. 109. (B.), c. VI. q. 3. c. 5. (D.), omn.: *Ex Conc. Meldens. c.* 2.; de falsa inscr. cf. not. e).

C. CCXC. 584) *aliquid iniuste fecerit:* Guelph. Vienn. Helmst. Paris. Coll. citt. 585) *nuncium:* ibid. 586) *notum:* omn. Codd. 587) *et omnibus suis parochianis:* add. Coll. citt.

C. CCXCI. 588) *nec:* Hild. Bal. *) *et f. n.:* des. Coll. citt.

291 C. CCXCII. *De eadem re.*

Unde supra [g]).

Placuit nobis et fidelibus nostris [589]) pro communi utilitate et instanti necessitate, ut nullus episcoporum graviter ferat, si eius parochianum pro huiusmodi depraedationis causa alter episcopus excommunicaverit.

292 C. CCXCIII. *De eadem re.*

Ex eodem [h]).

Si aliquis autem regiam potestatem et episcopalem auctoritatem pro nihilo duxerit, et rebellis existens in rapina occisus fuerit, nulli fidelium nostrorum, qui eum occiderit, aliquis faidam portet, neque pro eius morte aliquid componat.

293 C. CCXCIV. *Si non excommunicat episcopus praedatores.*

Ex Concilio ad Pistas [i]).

Episcopus autem secundum Toletani concilii [k]) capitulum septimum, ad quem pertinere noscuntur illi, qui talia contra Deum et ecclesiae pacem faciunt, si eos quolibet munere vel favore aut negligentia admonere aut excommunicare distulerit [590]), ut aut revertentes suscipiat aut contemnentes de ecclesia eiiciat, excommunicatus a collegio ceterorum [591]) habebitur, quousque emendationis vel damnationis eorum ab eo sententia promulgetur, quoniam nisi communiter certaverimus, ut in omnibus iustitia omnibus [592]) conservetur, nec rex, pater patriae, nec episcopi,

---

C. CCXCII. g) Ibid. c. 8. — Burch. XI. 12. (R.), Decr. XIV. 82. (B.), c. VI. q. 3. c. 4. (D.), omn.: *Ex Conc. ap. Compend. c.* 5.

C. CCXCIII. h) C. 10. eiusd. in compend. redactum.

C. CCXCIV. i) Karoli II. Synod. Pistens., hab. ann. 862., c. 4.

k) Conc. Tolet. VI. hab. ann. 639.

C. CCXCII. 589) *et f. n.:* des. Coll. citt.

C. CCXCIV. 590) *admon. noluerit:* orig. (*aut exc. dist.:* des. ib. add. ib. Bal.

591) *episcoporum:* add. ib. 592) deest Hild.

propitiatores et reconciliatores populi, nec qui participatione nominis Christi Christiani vocamur, hoc, quod humano ore dicimur, in divinis oculis esse valemus.

## C. CCXCV. *Item de rapacibus.* 294

### Ex Concilio Moguntiacensi [l]).

Quisquis fastu superbiae elatus domum Dei ducit contemtibilem et possessiones Deo sacratas, atque ob [593]) honorem Dei sub regia immunitatis defensione constitutas inhoneste tractaverit vel infringere praesumserit, aut incendia vel vastationes ausu temerario perpetraverit [594]), quasi invasor et violator ecclesiae Dei, quae est domus Dei vivi, a communione omnium fidelium abscidatur [595]). Decet etiam, ut indignationem domini regis sentiat, cuius benevolentiae contemtor et constitutionis praevaricator exstitit.

## C. CCXCVI. *Quod episcopi protegere et defendere populum debent.* 295

### Ex Concilio Toletano [m]).

Episcopi in protegendis populis ac defendendis impositam [596]) sibi curam non ambigant, ideoque, dum conspiciunt iudices ac potentes pauperum oppressores existere, prius eos sacerdotali commonitione [497]) redarguant, et, si contemserint emendari [598]), eorum insolentiam regiis auribus intiment, ut, quos sacerdotalis admonitio non flectit ad iustitiam, regalis potestas ab improbitate coërceat.

---

C. CCXCV. l) Hab. sub Rabano ann. 847., c. 6.; Conc. Mogunt. hab. sub eod. ann. 852., c. 4. — Burch. XI. 23. (R.), Decr. XIV. 93. (B.), III. 125. (B.), Pan. II. 71. (D. III.).

C. CCXCVI. m) Conc. Tolet. IV. hab. ann. 633., c. 32. — Coll. Dach. I. 115. (fons), Ans. ded. II. 219. — Burch. XV. 1. (R.), Decr. XVI. 2. (B.).

C. CCXCV. 593) *ad:* Guelph. Vienn. Helmst. Bal. Coll. citt. 594) *aut incend. — perpetr.:* des. orig. 595) *dom. Dei, excommunicetur:* orig. *(vivi — abscid.:* des. ib.

C. CCXCVI. 596) *a Deo:* add. orig. Coll. citt. 597) *communione:* Helmst. Paris. Vienn., *admonitione:* orig. Coll. citt. 598) *emendare, anathematizentur:* Burch. Decr. (rell. des.).

296 C. CCXCVII. *Item de malefactoribus.*

Ex Concilio Triburiensi, cap. VIII [n]) [599]).

Conquesti sunt quidam de quibusdam malefactoribus, quorum tam nimia improbitas est, ut admonitionem sacerdotum non curent, bannum episcoporum contemnant, ad synodum ter quaterque vocati venire despiciant, ad extremum excommunicati [600]) pro nihilo ducant. De talibus et in Capitulari statutum est, regiae cognitioni suaderi debere, et devoto regi Arnulpho cum sancta synodo placuit, ut, quicunque post excommunicationem debitam sic parvi aestimant Deum et Christianitatem, seculari potestate persequendos, et, si interficiantur, iaceant absque compositione.

297 C. CCXCVIII. *De eadem re.*

Ex Concilio apud Suessiones [o]).

Obtentum est etiam a devotissimo principe Karolo, ut incesti quilibet aliique perditi, examen episcoporum refugientes, per iudices publicos ad eorum praesentiam deducantur, ne ulterius illecebram peccandi nutriat impunitas vitiorum.

298 C. CCXCIX. *De eadem re.*

Ex Concilio apud Laureacum, in pago Andegavensi, anno DCCCXLIV, indictione VI, mense Octobri, cap. I [p]).

Si quis publicus divinae legis praevaricator, vel pro manifestis criminibus [601]) ecclesiastica, iusta, et rationabi-

---

C. CCXCVII. n) Vide supra ad c. CCIV. not. r.); cf. Conc. Tribur. hab. ann. 895. c. 3. c. 8. — (*Beitr.* p. 168.).

C. CCXCVIII.* o) Karoli II. Synod. Suession., hab. ann. 853. c. 11.

C. CCXCIX. p) Hab. ann. 843. — Burch. XV. 7. (R.), Decr. XVI. 8. (B.).

C. CCXCVII. 599) *cap. VIII.:* des. Trev. Goth. Helmst.
600) *excommunicari:* Hild. Bal.

C. CCXCIX. 601) *erga:* add. orig.

lia iudicia contemtor repertus fuerit [602]) ac sanctorum patrum constitutionibus contradictor, si monitionibus episcopalibus obtemperare distulerit, anathematizetur.

### C. CCC. *De eadem re.* 299

### Ex eodem, cap. II.

Si quis contra regiam dignitatem dolose ac callide et perniciose agere comprobatus fuerit, nisi dignissime satisfecerit, anathematizetur.

### C. CCCI. *De eadem re.* 300

### Ex eodem, cap. III. q).

Si quis potestati regiae, quae non non est iuxta Apostolum, nisi a Deo, contumaci et inflato [603]) spiritu [604]) contradicere vel resistere praesumserit, et eius iustis et rationabilibus imperiis secundum Deum et auctoritatem ecclesiasticam ac ius civile [605]) obtemperare [606]) noluerit, anathematizetur.

### C. CCCII. *De eadem re.* 301

### Unde supra, cap. IV.

Quicunque superbiae facibus accensi, vel protervia stomachati haec, quae pro sanctae matris ecclesiae tranquillitate sacerdotalique rigore [607]) a nobis unanimiter definita manibusque propriis violaverint [608]), placet eos omnes anathematizari.

---

C. CCCI. q) Burch. XV. 22. (R.), Decr. XVI. 23. (R.).

C. CCXCIX. 602) *vel inflatus ac tumidus monitis ecclesiasticis:* add. ib.

C. CCCI. 603) *inflatu:* omn. Codd. 604) *contra auctoritatem et rationem pertinaciter:* add. orig. 605) *ac i. c.:* des. Coll. citt. 606) *irrefragabiliter:* add. orig.

C. CCCII. 607) *et regia dignitate:* add. orig. 608) *rob. sunt, violare aut quolibet argumento irrumpere tentaverit:* orig.

302 C. CCCIII. *Si homo accusatur et negaverit.*

Ex Concilio Triburiensi[r]).

Nobilis homo vel ingenuus, si in synodo accusatur et negaverit, si eum fidelem esse sciunt, iuramento se expurget[*]). Si autem[609]) deprehensus fuerit in furto atque periurio[610]), ad iuramentum non admittatur, sed, sicut, qui ingenuus non est, ferventi aqua et candenti ferro se expurget.

. 251. a. C. CCCIV. *Ne quis alienam parochiam usurpet.*

Ex Epistola Calixti Papae[s]).

Nemo alterius terminos usurpet, nec alterius parochianum iudicare aut excommunicare praesumat, quia talis diiudicatio[611]) aut excommunicatio nec rata erit, nec vires ullas habebit, quoniam nullus alterius iudicis, nisi sui sententia tenebitur aut damnabitur. Nullus autem primas vel metropolitanus dioecesanei ecclesiam vel parochiam usurpet, aut aliquem de eius parochia praesumat excommunicare aut iudicare absque consilio vel iudicio eiusdem episcopi, sed hoc observet, quod ab apostolis et patribus ac praedecessoribus nostris est constitutum et a nobis confirmatum.

. 251. b. C. CCCV. *De eadem re.*

Item ex eadem Epistola[t]).

Si quis metropolitanus episcopus, nisi quod ad suam propriam pertinet parochiam, sine consilio et voluntate omnium comprovincialium episcoporum extra aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subiacebit, et, quod[612]) egerit, irritum habeatur et vacuum.

---

C. CCCIII. r) Cf. Conc. Tribur. c. 22.; Coll. Rotgeri c. 173. b. (R.), Burch. XVI. 19. (R.), c. II. q. 5. c. 15. (B.).

C. CCCIV. s) Caput Pseudoisidor. — Decr. V. 236., XIV. 72., Ans. VI. 126., c. IX. q. 2. c. 1.

C. CCCV. t) Caput item Pseudoisid. — Ans. VI. 185.

C. CCCIII. 609) *antea:* Helmst. *) *cum XII ingenuis se exp.:* Burch. Grat. 610) *aut falso testimonio:* add. ib.

C. CCCIV. 611) *iudicatio:* Hild. Bal.

C. CCCV. 612) *ita:* add. Hild. Bal.

C. CCCVI. *Ut nullus alterius parochianum excommunicet.* 303

Ex Epistola Zepherini Papae [u]).

Nemo absens iudicetur, quia humanae et divinae hoc prohibent leges. Nullum namque eorum, id est, accusatorum sententia non a suo iudice dicta constringat, quia et seculi leges id ipsum fieri praecipiunt.

C. CCCVII. *De eadem re.* 304

Ex Lege Theodosiana [v]).

In causis privatorum talis ratio observetur, ut nullus alterius iudicis, nisi sui sententia teneatur.

C. CCCVIII. *De eadem re.* 304 b.

Ex eadem [w]).

Nullus penitus audiatur, qui unius causae propositionem apud duos iudices partire [613]) voluerit.

C. CCCIX. *De eadem re.* 305

Ex Capitularibus [x]).

Ut nemo episcoporum hominem peccantem ab ecclesia et Christiana religione vel communione alienet, donec illum secundum evangelicum praeceptum, ut ad emendationem et poenitentiam redeat, commonitum habeat. Quodsi incorrigibilis permanserit, regiae potestati episcopus notum faciat, ut constringatur [614]). Quodsi nec sic correxerit, tunc secundum leges canonicas a communione ecclesiastica segregetur.

---

C. CCCVII. u) Caput Pseudoisidor. Coll. Ans. ded. III. 185. — Burch. XVI. 13. (B.), c. III. q. 9. c. 13.

C. CCCVII. v) Int. L. 2. Cod. Theod. De re iud. (IV. 16.).

C. CCCVIII. w) Int. L. 2. Cod. Theod. De iud. (II. 18.).

C. CCCIX. x) Excerpt. ex c. 6. Convent. Ludow., Karol. et Lothar. in basil. S. Castoris ap. Confluent. ann. 860.

C. CCCVIII. 613) *partiri:* Hild. Bal.

C. CCCIX. 614) *confringatur:* Helmst.

306 C. CCCX. *De eadem re.*

In Synodo Meldensi, cap. LV [y] [615]).

Ut nemo episcoporum quemlibet sine certa et manifesta peccati causa communione privet ecclesiastica. Anathema autem sine consensu [616]) archiepiscopi aut coëpiscoporum, praelata etiam evangelica admonitione [617]) nullum ponat [618]), nisi, unde canonica docet auctoritas, quia anathema aeterna est mortis damnatio, et non nisi pro mortali debet imponi crimine, et illi, qui aliter non potuerit corrigi.

307 C. CCCXI. *Ut non cito ira commotus episcopus aliquem excommunicet.*

Ex Epistola Evaristi Papae [z]).

Deus omnipotens, ut nos a praecipitata [619]) prolatione sententiae compesceret, cum omnia nuda et aperta sint oculis eius, mala tamen sodomae audita noluit iudicare, priusquam manifeste agnosceret, quae dicebantur. Unde ait †): *Descendam et videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, annon est ita, ut sciam.* Cuius exemplo monemur, ne ad proferendam sententiam unquam praecipites simus, aut temere indiligenterque indiscussa quoquo modo iudicemus.

308 C. CCCXII. *De eadem re.*

Ex dictis Gregorii [a]).

Beatus Iob dicit ††): *Causam, quam nesciebam, diligen-*

---

C. CCCX. y) Hab. ann. 845., c. 56. (32.). — Burch. XI. 10. (R.), Decr. XIV. 80. (B.), Pan. V. 93. (D., c. XI. q. 3. c. 41. (D.).

C. CCCXI. z) Caput Pseudoisidor. — Cf. Conc. Tribur. c. 22. Coll. Ans. ded. III. 190. — Burch. XI. 9. (R.), Decr. V. 240., Pan. IV. 116. (D.), Ans. III. 72., c. II. q. 1. c. 20.

C. CCXII. a) Lib. 19. Moral. c. 23. — Burch. XVI. 1. (R.), Ans. XIII. 23., c. XI. q. 3. c. 70. (B.).

†) *Gen. c. 18. v. 21.*
††) *Ioh. c. 29. v. 16.*

C. CCCX. 615) *cap. LV:* des. Trev. Goth. Helmst. 616) *conscientia:* Coll. citt. 617) *prael. — admon.:* des. ib. 618) *nulli imponat:* orig.

C. CCCXI. 619) *praecipitantis:* Burch., *praecipitante:* Decr. Pan., *praecipitatae:* orig. Grat.

*tissime investigabam* [620]): Summopere praecavere debent rectores ecclesiarum, et, qui publica iudicia exercent, ut in dictandis sententiis nullatenus levitate aut furore ducti sint praecipites, sed causis prius diligenter ventilatis, cum res, quae ignorabatur, pleniter ad notitiam venerit, tunc divina et humana lex revolvatur, et secundum quod ibi constitutum est, remota personarum acceptione, definitiva proferatur sententia. Hinc est, quod Moyses querelas populi semper ad Dominum [621]), tabernaculum ingressus, referebat, et iuxta quod Dominus imperabat, iudicia proponebat, nimirum nos instituens, ut non ex corde nostro, sed ex oraculo [622]) divino condemnationis vel iustificationis sententiam proferamus.

### C. CCCXIII. *De eadem re.* 309

Ex Lege Theodosiana Lib. II., cap. XVIII. b).

Iudex cum causam audire coeperit, litigatorum assertiones vel responsiones patienter accipiat, et omnia plena discussione perquirat, nec prius litigantibus sua sententia velit obviare, nisi quando ipsi, peractis omnibus, iam in contentione vel [623]) concione non habuerint, quod proponant [624]). Frequenter interrogari oportet, ne aliquid praetermissum fortasse remaneat.

### C. CCCXIV. *Ut, quod in Dominum quis peccat, nullus donare possit.* 310

Ex dictis S. Hieronymi c).

Attendendum est, quo Dominus dicit [625]) †): *Si pec-*

C. CCCXIII. b) Int. L. 1. Cod. Theod. De iudic. (II. 18.).
C. CCCXIV. c) Hieron. in Matth. c. 18. — Burch. XI. 15. (R.), Decr. XIV. 85. (B.): *Ex dictis Augustini.*

†) *Matth. c.* 18. *v.* 15.

C. CCCXII. 620) *beatus — investigabam:* des. Coll. citt. 621) *Domini:* Goth. 622) *praecepto:* Coll. citt.
C. CCCXIII. 623) *in cont. vel:* des. orig. 624) *quousque rei veritas perveniatur:* add. ib.
C. CCCXIV. 625) *quid D. dicat:* Hild. Bal.

*caverit in te frater tuus;* aliud est peccare in nos, aliud peccare in Deum. Si in nos aliquis peccaverit, habemus potestatem dimittere ei; si autem in Deum quis peccaverit, non est nostri arbitrii. Scriptum quippe est †): *Si peccaverit vir in virum, placari potest ei Deus; si autem in Deum peccaverit, quis orabit pro eo?* Nos e contrario in Dei iniuria benigni et misericordes sumus, et Dei offensam, quasi in nostra potestate sit eius velle et eius nolle, impune absque congruenti poenitentiae vindicta donamus, cum tamen, quod in nos commissum est, nec saltem verbum contumeliosum leviter prolatum sine vindicta pertransire patiamur [625]). Dimittamus ergo propter Deum, quod in nos perpetratum est, et, quod in Deo commissum est, quia dimittere non possumus iuxta constitutionem [626]) sanctorum patrum, secundum canonicam auctoritatem vindicemus.

## ABHINC DE PERIURIO.

311 C. CCCXV. *Ex Capitularibus* [d]).

Habemus in lege Domini scriptum ††): *Non peierabis in nomine meo, nec pollues nomen Domini Dei tui, et ne assumes nomen Demini Dei tui in vanum.* Ideo admonendi sunt omnes, ut diligenter caveant periurium non solum [627]) in altari seu sanctorum reliquiis, sed et in communi loquela. Item cavendum est, ne aliquis plus aurum honoret, quam altare, ne ei Dominus dicat †††): *Stulte, quid est magis, aurum aut altare, quod sanctificat aurum?*

---

C. CCCXV. d) Anseg. Capit. L. I. c. 61. (Capit. eccles. ann. 789., c. 63.). — Burch. XII. 2. (R.), Decr. XII. 59. (B.), c. XXII. q. 1. c. 12. (D.), omn.: *Ex dictis Hieronymi;* causa falsae inscript. antecedens est Reginonis caput.

†) 1. *Reg. c.* 2. *v.* 25.
††) *Levit. c.* 19. *v.* 12.
†††) *Matth. c.* 23. *v.* 17.

C. CCCXIV. 625) *patimur:* Coll. citt. 626) *consuetudinem:* Helmst. Bal.

C. CCCXV. 627) *in sancto evangelio vel:* add. orig.

## C. CCCXVI. *De eadem re.* 312. 313

### Item [e] [628]).

Sed et nobis honestum [629]) videtur, ut, qui in sanctis audet iurare, hoc ieiunus faciat cum omni honestate et timore Dei, et ut parvuli, qui sine rationabili aetate sunt [630]), non cogantur iurare, et [f]) qui [631]) semel periuratus fuerit, nec testis sit posthaec, nec ad sacramentum accedat, nec in sua causa vel alterius iurator existat.

## C. CCCXVII. *De eadem re.* 314

### Ex Capitularium Lib. III., cap. VIII. [g]) [632]).

Ut nulli alteri per sacramentum permittatur fidelitas, nisi nobis, et unicuique proprio seniori ad nostram utilitatem et sui senioris, excepto his sacramentis, quae iuste secundum legem alteri ab altero debentur.

## C. CCCXVIII. *De eadem re.* 314 b

### Ex eodem, cap. X. [h]).

De periuriis, ut caveantur, et non admittantur testes ad iuramentum, antequam discutiantur, et si aliter discuti non possunt, separentur ab invicem et singulariter inquirantur, et non soli [633]) accusatori liceat testes eligere ab-

---

C. CCCXVI. e) Anseg. ib. — Burch. XII. 12. (R.), Decr. XII. 69. (B.), c. XXII. q. 5. c. 16. (D.), om.: *Ex dictis Cornelii;* Decr. XII. 33., Pan. VIII. 120. (D.): *Ex Capit. L. II. c.* 60.

f) Decr. XII. 23., Pan. VIII. 103. (D.), c. XXII. q. 5. c. 14. (D.).

C. CCCXVII. g) Anseg. Capit. L. III. c. 8. (Capit. II. in Theodon. villa hab. ann. 805. c. 9.).

C. CCCXVIII. h) Anseg. ib. c. 10. (Capit. id. c. 11.); cf. Lothar. Constitution. Papiens. ann. 832., c. 17.

C. CCCXVI. 628) *unde supra:* add. Guelph. Vienn. Bal. 629) *etiam et iustum:* add. Burch. Decr. 69. Grat. 630) *pueri ante XIV annos:* ib. 631) in Guelph. Vienn. Paris. Helmst. novum hic incipit caput (*et:* om.) cum inscriptione: *De eadem re. Item.* Ceterum, quae sequuntur, des. ap. Burch. Decr. c. 69. Grat. c. 16.

C. CCCXVII. 632) Hild. inscriptionem: *Ex Concilio ad Pistas*, finxit, eamque Bal. recepit.

C. CCCXVIII. 633) *solum:* Guelph. Vienn. Bal.

sente suo causatore, et omnino nullus, nisi ieiunus, ad sacramentum vel testimonium admittatur, et de ipso pago et de vicinis centenis eligantur, et si quis convictus fuerit periurii, perdat manum, aut redimat.

315 C. CCCXIX. *De eadem re.*

Ex eodem, cap. LVIII. i)

Ut sacramenta, quae ad palatium fuerint adramita [634]), in palatio perficiantur, et si sacramentales homines venire renuerint, iussione dominica aut indiculo aut sigillo venire cogantur.

315 b C. CCCXX. *De eadem re.*

Ex Lib. IV., cap. XXVI. k)

Ubi antiquitus consuetudo fuerit, et ubi [635]) mallum habetur, ibi sacramenta iurentur.

316 C. CCCXXI. [636]) *Ut episcopus super sacra non iuret.*

Ex Concilio Meldensi, cap. XXXVII. l)

Ut nullus deinceps episcopus super sacra iurare praesumat, quod mysterii causa sancti quaesierint patriarchae et fecerint [637]); non enim in haesitatione et malitia exigentis, sed in caritate non ficta fides servatur. Quod qui transgredi ausu temerario praesumserit, quolibet modo illectus, gradus sui periculo subiacebit [638]).

---

C. CCCXIX. i) Anseg. ib. c. 58. (Capit. Aquisgr. ann. 709. c. 14.).
C. CCCXX. k) Anseg. Lib. IV. c. 26. (Capit. Aquisgr. legg. add. ann. 817., c. 14.).
C. CCCXXI. l) Hab. ann. 845., c. 38. (14.).

C. CCCXIX. 634) *adrimata:* Helmst.
C. CCCXX. 635) *fuit de libertate sacramenta adhramire vel iurare, ibi:* orig.
C. CCCXXI. 636) in Cod. Goth. iam unum deest folium, in quo descripta erant capp. CCCXXI — CCCXXX. 637) *quaesierunt*, *fecerunt:* ℔ Bal. 638) *censurae ecclesiasticae sine retractione subiaceat:* orig.

C. CCCXXII. *Item de periurio.* 317

Ex eodem, cap. XXXVIII.[m])

Ut multiplex iuramentorum et periuriorum confusio, per quam multae fidelium animae in toto hoc regno perditae esse noscuntur, quam sit detestanda, et Deo odibilis, attentius omnibus adnuncietur. Tantum namque hoc malum est, ut ad sanctuaria martyrum, ubi diversorum aegritudines sanantur, ibi periuri, licet manifeste interdum vexari non videantur, iusto Dei iudicio a daemonibus arripiantur, et sicut sanctus dicit Gregorius †): *Ad horum corpora aegri veniunt et sanantur, daemoniaci veniunt, et*[639]) *curantur, periuri veniunt et*[640]) *a daemonio vexantur.*

C. CCCXXIII. *Quo tempore sacramenta iurentur.* 318

Ex Concilio ad Pistas [n]).

Constituimus una cum consensu et cum consilio fidelium nostrorum, ut ab ipso die, quo sacramentum accipitur, post XL dies et XL noctes, id est, quadragesimo secundo die de sex septimanis, ipsa feria, qui illud sacramentum accepit, legaliter in locis constitutis iuret. Et si ipsa dies intra quadragesimam[641]) evenerit, nemo iurare praesumat. Et si quis praesumserit, bannum nostrum componat, et inde poenitentiam episcopali iudicio faciat, ipsam autem quadragesimam a capite ieiunii cum ipsa feria quarta usque ad illud die lunis post octavas Paschae observari praecipimus.

C. CCCXXIV. *Ut feria quarta ante quadragesimam sacramenta non iurentur.* 319

Ex Concilio apud Medardum [o]).

Ut missi nostri comitibus et omnibus reipublicae mini-

---

C. CCCXXII. m) c. 39. (15.). — Burch. XII. 1. (R.), Decr. XII. 58. (B.).

C. CCCXXIII. n) Excerpt. ex Karoli II. Edict. Pistens. ann. 864., c. 33. med.

C. CCCXXIV. o) Synod. ap. Suession. civit. in monast. s. Medardi, ann. 853., c. 8. — Burch. XII. 20. (R.), c. XXII. q. 5. c. 17. (B.). — Burchardus suo more verba Reginonis valde immutavit.

†) *Homil.* 32. *in Evang.*

C. CCCXXII. 639) *sanantur et:* des. ib. — *et:* des. Guelph. Vienn. Helmst. Paris. 640) *veniunt et:* des. ib. C. CCCXXIII. 641) *quadragesima:* omn. Codd.

stris firmiter ex verbo nostro denuncient, ut a feria quarta ante initium quadragesimae[642]) usque post octavas Paschae mallum publicum nisi de concordia et pacificatione, tenere praesumant, neque aliquis iuret.

319 C. CCCXXV.[643]) *De eadem re.*

Item[p]).

Similiter etiam a quarta feria ante nativitatem Domini usque post consecratos dies observent, nec non in ieiuniis quatuor temporum et in rogationibus. Nullus etiam in dominica die placitum teneat, aut sacramentum iuret[644]).

320 C. CCCXXVI. *De clerico, si periuraverit.*

Ex Concilio Aurelianensi[q]).

Si[645]) quis clericus praebuerit[646]) iuramentum, et post rebus evidentibus detegitur periurasse, biennii temporis excommunicatione plectatur.

321 C. CCCXXVII. *De his, qui sacramento se obligant, ne ad pacem redeant.*

Ex Concilio Ilerdensi[r]).

Qui sacramento se obligaverit, ut[647]) ad pacem nullo modo redeat[648]), pro periurio uno anno a corpore et sanguine[649]) Domini segregetur, et reatum suum ieiuniis et

C. CCCXXV. p) Ibid. — Burch. Grat. l. l.
C. CCCXXVI. q) Conc. Aurel. II. hab. ann. 537., c. 9. (8.).
C. CCCXXVII. r) Hab. ann. 546., c. 7. — Coll. Vat. c. 108. (fons), Dach. I. 111., Hal. IV. 33., Ans. ded. VII. 26. — Burch. XII. 17. (R.), Decr. XII. 74. (B.), c. XXII. q. 4. c. 11. (D.).

C. CCCXXIV. 642) *nec in ipsa quarta feria:* add. orig. *in causis quae sub iureiurando faciendae sunt:* add. ib.

C. CCCXXV. 643) Bal. hoc caput antecedenti adiungit, omissa quavis inscriptione. 644) *nullus — iuret:* des. orig. Coll. citt.

C. CCCXXVI. 645) *de periurio vero id censuimus observandum, ut, si:* add. orig. 646) *in causis quae sub iureiurando faciendae sunt:* add. ib.

C. CCCXXVII. 647) deest Helmst., *ut litigans in quolibet:* add. orig. Vat. Dach. Hal. Ans. d.; *ut litiget cum quolibet, ne:* Burch. Decr. 648) *sed:* add. Helmst. 649) *a communione corporis et sanguinis:* orig. Vat. Dach. Hal. Ans. d.

eleemosynis [650]) absolvat. Ad caritatem vero, quae operit multitudinem peccatorum, celeriter veniat [651]).

## C. CCCXXVIII. *Item de periurio.* 322

### Ex dictis Hieronymi [s]).

Cum iuramento pollicitus est Herodes saltatrici [652]) dare, quodcunque postulasset ab eo, si ob iusiurandum fecisse se dicit, si [653]) patris matrisque postulasset interitum, facturus esset an non? Quod in suis ergo repudiaturus fuit, contemnere debuit et in propheta.

## C. CCCXXIX. *De eadem re.* 323

### Ex dictis Bedae Presbyteri [t]).

Si aliquid forte nos incautius iurasse contigerit, quod observatum peiorem vergat in exitum, illud consilio salubriori mutandum noverimus, ac magis instante necessitate periurandum nobis, quam pro vitando [654]) iuramento in aliud crimen maius esse divertendum.

---

C. CCCXXVIII. s) Inter Hieronymi Opp. non est repertum. Coll. Vat. c. 110. (fons). — Burch. XII. 16. (B.), Decr. XII. 73. (B.).

C. CCCXXIX. t) Homil. XLIV. in decoll. S. Ioann. Coll. Vat. c. 111. (fons). — Burch. XII. 18. (R.), Decr. XII. 75. (B.), Pan. VIII. 118. (D.), Ans. XI. 72. (B.), c. XXII. q. 4. c. 16. (D.), omn.: *Ex decret. Lother. c.* 3. — Cf. Decr. XII. 13., Pan. VIII. 95. (D.), c. XXII. q. 4. c. 6. (D.), omn.: *Ex Bedae Libr. Homel.* 44.

C. CCCXXVII. 650) *et fletibus ac quantis potuerit ieiuniis:* add. ib. 651) *venire festinet:* orig. Vat. Hal. Ans. d. Grat.; *redire festinet:* Dach.; *redeat:* Burch. Decr.

C. CCCXXVIII. 653) *incestaeque puellae:* add. Vat. 653) *alioquin:* add. ib., *quid:* add. Hild. Bal.

C. CCCXXIX. 654) *perfecto:* male omn. Codd.; nostram lectionem exhibent Vat. 1352., Decr. c. 13. et seqq. Coll. citt. — *Prophetando* (in marg.: *pro perpetrando*) Vat. 1347.; *profecto:* Burch. Decr. c. 75., Pan. c. 118.; *pro facto:* Ans. Grat. c. 16.

324 C. CCCXXX. *De eadem re.*

Ex Poenitentiali [u]).

Quicunque sciens periuraverit, VII annos poeniteat [655]), et post haec communionem percipiat [656]).

325 C. CCCXXXI. *De eadem re.*

Unde supra [v]).

Si quis periuraverit [657]), ultra ad sacramentum non admittatur [658]).

326 C. CCCXXXII. *De eadem re.*

Ex eodem [w]).

Si quis suspicatur, quod ad periurium inducitur [659]), et tamen per consensum [660]) iurat, II annos poeniteat [661]).

---

C. CCCXXX. u) Coll. Vat. c. 112. (fons), Hal. IV. 28., Rab. ad H. c. 18. — Burch. XII. 8. (R.), Decr. XII. 65. (B.), c. VI. q. 1. c. 18. (D.), omn. *Ex decretis Fabiani.*

C. CCCXXXI. v) Coll. Vat. c. 113. (fons).

C. CCCXXXII. w) Coll. Vat. c. 115. (fons): *Item in Romano Poenit.* — Rab. ad H. c. 18.: *Ex Poen. Egbert.;* Poenit. Darmstad. c. 18. i. f. Egbert. c. 9. — Burch. XII. 11. (R.), Decr. XII. 68. (B.), Ans. XI. 56. (B.); *Ex Poenit. Theodori.*

C. CCCXXX. 655) *periurium perpetraverit, annos VII se poenitentiae subdat:* Vat. Hal. Rab.; *quadraginta dies in pane et aqua et septem annos sequentes poeniteat:* Burch. Decr. Grat. 656) *et ita deinceps ad communionem revertatur:* Vat. Hal. Rab.; *et nunquam sit sine poenitentia, et nunquam in testimonium recipiatur, et p. h. c. p.:* Burch. Decr. Grat. — *accipiat:* Guelph. Vienn. Helmst. Bal.

C. CCCXXXI. 657) *VII annos poeniteat:* add. Vat. 658) *et ultra non iuret:* ib.

C. CCCXXXII. 659) *quod periuriis in iuramentum ducitur:* Vat. Rab.; *quod in periurium ducatur:* Poen. Darmst. 660) *ex consensu:* Guelph. Vienn. Helmst. Bal. 661) *XL dies poeniteat et VII sequentes annos et nunquam sit sine gravi poenitentia:* Burch. Decr. Ans.

## C. CCCXXXIII. *De eadem re.* 327

### Ex eodem [x]).

Si quis per cupiditatem periuraverit, omnes res suas vendat, et pauperibus distribuat [662]), et monasterium ingressus, iugi poenitentiae [663]) se subdat [664]).

## C. CCCXXXIV. *De eadem re.* 328 329. Vid. c. 343

### Unde supra [y]).

Si quis periurium fecerit, laici annos III, clerici annos V, subdiaconi VI, diaconi VIII, presbyteri X, episcopi XII annos poeniteant.

## C. CCCXXXV. *De eadem re.* 330

### Ex eodem [z]).

Qui compulsus a domino periurat, si sciens, III quadragesimas et legitimas ferias poeniteat.

## C. CCCXXXVI. *De eadem re.* 331

### Ex eodem [a]).

Qui periurat se in manu episcopi vel presbyteri aut in cruce consecrata, III annos poeniteat.

## C. CCCXXXVII. *De eadem re.* 332

### Ex eodem [b]).

Si vero in cruce non consecrata, annum unum poeni-

---

C. CCCXXXIII. x) Coll. Vat. c. 116. (fons): *Item in Romano Poenitent. ecclesiae.* — Cf. Commean. c. 5., Hal. VI. (Canis. pag. 136.), Poen. Merseb. I. c. 47. — Burch. XII. 3. (R.), Decr. XII. 60. (B.), Ans. XI. 77.

C. CCCXXXIV. y) Coll. Vat. c. 117. (fons); uterque Cod. Vat. falsam exhibent inscriptionem: *Ex Concil. Carthagin.*

C. CCCXXXV. z) Poenit. Darmst. c. 18. Egbert. c. 3. — Burch. XII. 4. (R.), Decr. XII. 61. (B.), c. XXII. q. 5. c. 1. (D.), omn. *Ex decret. Pii P.;* Ans. XI. 62.: *Ex Poen. Theodori.* Ap. Burch. et cett. coll. plura add.

C. CCCXXXVI. a) Ibid., Egb. c. 9. — Rab. ad H. c. 18.: *Ex Egbert.* Burch. XII. 5. (R.), Decr. XII. 62. (B.) Ans. XI. 63. (B.), omn.: *Ex Poenit. Theodori;* c. XXII. q. 5. c. 2. (D.).

C. CCCXXXVII. b) Ibid., Egb. Rab. ib. — Coll. l. l.

C. CCCXXXIII. 662) *det:* Vat. 663) *poenitentia:* Goth. Trev. Guelph. 664) *et tondeatur et intret in monasterium et ibidem Deo ieiuniis, fletibus et orationibus serviat:* Vat.

teat; si autem in manu hominis, apud Graecos nihil est *). Qui autem seductus fuerit, et ignorans iuraverit, et postea cognoscit, tres quadragesimas poeniteat.

332 b C. CCCXXXVIII. *De eadem re.*

Ex eodem [c]).

Si quis coactus pro vita redimenda **), vel pro qualibet causa necessitatis ***) periurat, III quadragesimas, alii iudicant III annos, unum ex his in pane et aqua poeniteat.

333 C. CCCXXXIX. *De falso testimonio.*

Ex Concilio Aurelianensi [d]).

Si quis clericus furtum fecerit, aut falsum testimonium dixerit [665]), quia capitalia crimina sunt, communione concessa ab ordine degradetur.

334 C. CCCXL. *De eadem re.*

Ex Capitularium Lib. IV., cap. XXII. [e])

Si quis cum altero de qualibet causa contentionem habuerit, et testes contra eum per iudicium producti fuerint, si ille falsos eos esse suspicatur, liceat ei alios testes, quos meliores potuerit, contra eos opponere. Quodsi ambae partes [666]) ita inter se dissentiunt, ut nullatenus ulla pars alteri cedere velit, eligantur duo ex ipsis, qui cum scutis et fustibus in campo decertent, et campioni, qui

---

C. CCCXXXVIII. c) Ibid., Egb. Rab. ib. — Burch. XII. 6. (R.), Decr. XII. 63. (B.): *Ex Poen. Romano;* Ans. XI. 64., c. XXII. q. 5. c. 3: *Ex Poenit. Theodori.*

C. CCCXXXIX. d) Hab. ann. 537., c. 9. (8.). — Coll. Vat. c. 266. (fons).

C. CCCXL. e) Excerpt. ex Anseg. Capit. L. IV. c. 22. (Capit. Aquisgr. legg. add. ann. 817., c. 10.) cf. Capit. Ticin. ann. 801., c. 9.

C. CCCXXXVII. *) *si autem — est:* des. Burch. et rell. Coll.

C. CCCXXXVIII. **) *pro vit. red.:* des. Darmst. Egb. Rab. ***) *causa vel necessitate:* Guelph. Vienn. Helmst. Bal.

C. CCCXXXIX. 665) *aut falsitatem admiserit*: orig. Vat.

C. CCCXL. 666) *testium:* add. orig.

victus fuerit, propter periurium dextra manus amputetur. Ceteri vero falsi testes manus suas redimant; duae partes ex hoc persolvantur, qui calumniatus est, tertia pro fredo [667]). Et hoc in seculari causa. In ecclesiasticis vero, ubi de una parte seculare, de altera ecclesiasticum negotium [668]), idem modus servetur. Ubi autem ex utraque parte ecclesiasticum, si se rectores pacificare non possunt, advocati eorum in mallo coram comite causas suas prosequantur, testes autem de ipso comitatu esse debent.

### C. CCCXLI. *De eadem re.* 335

### Unde supra, cap. XXXII. f).

Optimus quisque in pago vel civitate in testimonium assumatur et cui is, contra quem testimoniare debet, nullum crimen possit inferre.

### C. CCCXLII. *De eadem re.* 336

### Ex eodem, cap. LII. g).

Ut testes ad testimonium dicendum praemio non conducantur, et nullus testimonium dicat [669]), nisi ieiunus, et ut testes, priusquam iurent, separatim discutiantur, quid dicere velint de illa re, unde testimonium reddere debent.

### C. CCCXLIII. *De eadem re.* 329

### Ex Capitularibus titulo XIV. h)

Quicunque comprobatus fuerit, quod scienter testes in periurium induxisset, sub fideiussoribus [670]) ad palatium

---

C. CCCXLI. f) Anseg. Capit. L. III. c. 32. (Capit. leg. Sal. add. ann. 803. c. 11.).

C. CCCXLII. g) Anseg. L. III. c. 52. (Capit. Aquisgr. ann. 809., c. 6.) Burch. XVI. 35. (R.), conflatum ex hoc et antecedenti capite), c. IV. q. 2. et 3., c. 2. (B.): *Ex Conc. Matisc.* c. 6.

C. CCCXLIII. h) Capitul. Wormat. II. hab. ann. 829., c. 6.

C. CCCXL. 667) hic desinit Cod. Goth., rell. omnia ibi deperdita sunt. 668) *est:* add. Hild. Bal.

C. CCCXLII. 669) *aut sacramentum iuret:* add. orig.

C. CCCXLIII. 670) *fideiussione:* orig.

adducatur[671]), ubi[672]) cum fidelibus nostris consideremus, quid de talibus faciendum sit. Episcoporum autem erit, de poenitentia cogitare[673]).

337 C. CCCXLIV. *De eadem re.*

Ex Concilio Agathensi [i]).

Eos, qui false fratribus suis capitalia crimina obiecisse convicti fuerint, placuit eos usque ad exitum non communicare, nisi digna satisfactione poenituerint[674]).

338 C. CCCXLV. *De eadem re.*

Ex Concilio Eliberitano [k]).

Si quis episcopum aut presbyterum vel diaconum falsis criminibus appetierit, et probare non potuerit, nec in finem dandam ei communionem.

339 C. CCCXLVI. *De eadem re.*

Ex Concilio Hispalensi [l]).

Si quis clericus in[675]) falso testimonio convictus fuerit, reus capitalis criminis[676]) censeatur[677]).

340 C. CCCXLVII. *De eadem re.*

Ex Concilio Agathensi [m]).

Ut episcopus accusatores fratrum excommunicet, et si

---

C. CCCXLIV. i) Immo Concil. Arelat. II., hab. non serius ann. 460. c. 24., nisi forte cum Ballerin. privatam illud esse canonum collectionem contendas. — Coll. Vat. 173. (fons), Dach. II. 20. — Burch. XVI. 34. (R.): *Ex Conc. Agath.;* c. III. q. 10. c. 2.: *Ex Conc. Arelat.*

C. CCCXLV. k) Hab. non serius ann. 310., c. 75. — Burch. II. 195. (R.), Decr. VI. 240. (B.): *Ex eodem* (Carth.) *Concilio;* Ans. L. III. i. f., c. II. q. 3. c. 4. (Ans.): *Ex Capit. Hadriani* (c. 56.).

C. CCCXLVI. l) Immo ex Conc. Epaunens., hab. 517., c. 9. — Coll. Vat. c. 329. (fons). — Burch. XVI. 24. (R.): *Ex Concil. Epaun. c.* 76.

C. CCCXLIII. 671) *pal. nostrum venire compellatur:* ib. 672) *ut ibi:* ib. 673) *episcopi — cogitare:* des. ib.

C. CCCXLIV. 674) *sicut magna synodus ante constituit:* add. orig. Vat. Dach. Grat.

C. CCCXLVI. 675) *de:* Hild. Bal. 676) *capitali crimine:* Burch. 677) *et officii ordine degradetur:* add. ib.

emendaverint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum.

### C. CCCXLVIII. *De eadem re.* 341

### Ex Concilio Eliberitano[n]).

Falsus testis, prout crimen est, abstinebitur; si tamen non fuerit mortis, quod abiecit, et probaverit, quod diu tacuit, biennii tempore abstinebitur. Si autem non probaverit, in conventu clericorum[678]) placuit, per quinquennium abstineri.

### C. CCCXLIX. *De eadem re.* 342

### Ex Concilio Agathensi[o]).

Falsos[679]) testes a communione ecclesiastica submovendos, nisi poenitentiae satisfactione crimina admissa diluerint.

### C. CCCL. *Unde supra*[p]). 343

Noverint falsi testes, quod, si falsum testimonium capitale crimen non esset, nequaquam Dominus in evangelio inter principalia crimina hoc[680]) enumerasset. Ait enim: *De corde exeunt homicidia, adulteria, furta, falsa testimonia.* Et ideo similiter debet poenitere et excommunicari falsus testis, sicut adulter et fur et homicida.

---

C. CCCXLVII. m) Statut. eccl. ant. c. 17. (Conc. Carthag., quod vulgo dicitur IV. c. 55.). — Coll. Dach. II. 21. (fons). — Burch. XVI. 33. (R.): *Ex Conc. Aurelian.;* Dist. XLVI. c. 4.

C. CCCXLVIII. n) Hab. non serius ann. 310.. c. 74. — Coll. Vat. c. 174., Dach. II. 25. (fons). — Burch. XVI. 18. (R.).

C. CCCXLIX. o) Hab. ann. 506., c. 37. — Coll. Vat. c. 131. (fons), Hal. IV. 30. — Burch. XVI. 17. (R.): *Ex Conc. Aurelian.*

C. CCCL. p) Caput incertum. — Burch. XVI. 16. (R.): *Ex Conc. Agath.*

C. CCCXLVIII. 678) *convento clero:* orig. Vat.

C. CCCXLIX. 679) *itaque censuimus, homicidas et:* add. orig.

C. CCCL. 680) deest Guelph. Vienn. Helmst. Bal.

344 C. CCCLI. *De eo, qui hominem furatus fuerit.*

Ex Epistola Rabani Episcopi ad Reginbaldum Chorepiscopum [q]).

Primo interrogasti, quid de eo faciendum esset, qui hominem Christianum sollicitando fuerit furatus, et ad paganam gentem tradendo vendiderit. Ad quod tunc respondi, homicidii reatum ipsum hominem sibi contrahere mihi videri. Quod et postea, legens divinam legem in Deuteronomio †) ita reperi, animam pro anima homicidam reddere debere, oculum pro oculo, dentem pro dente, etc. Et rursum ††): *Si quis deprehensus fuerit, sollicitasse fratrem suum de filiis Israel, et vendidisse, accipiendo pretium, interficiatur;* unde [681]) mihi videtur, sicut par sententia in lege divina est constituta de homicida et fure hominem vendente, sic et canonica auctoritate pari modo plectendum esse [682]), qui fratrem suum furando atque sollicitando vendiderit, et illum, qui proximum suum, hoc est, Christianum hominem, iniuste peremerit.

345 C. CCCLII. *De eadem re.*

Ex Lege Theodosiana, cap. IX. [r])

Hi, qui filios alienos furto abstulerint, et ubicunque transduxerint, sive ingenuus sive servus sit, morte puniatur.

346 C. CCCLIII. *De eadem re.*

Ex eadem [s]).

Convenit diligenter observare, ut nulli Iudaeo servum Christianum habere liceat, nec ad suam legem transferre praesumat.

---

C. CCCLI. q) Excerpt. ex c. 1. (Mansi, Tom. XVI. col. 863.).
C. CCCLII. r) Int. L. 1. Cod. Theod. ad Leg. Fab. (IX. 18.).
C. CCCLIII. s) Cf. Concil. Tolet. IV. c. 66.

†) *Deut. c.* 19. *v.* 21.
††) *Deut. c.* 24. *v.* 7.

C. CCCLI. 681) *ut:* add. Helmst. 682) *plectendus est:* ib.

## DE INCANTATORIBUS; MALEFICIS ET SORTILEGIS.

C. CCCLIV. *Ex Conc. Ancyrano* t). 347

Qui divinationes expetunt, et more gentilium subsequuntur, aut in domos suas huiusmodi homines introducunt exquirendi aliquid arte malefica aut expiandi causa, sub regula quinquennii iaceant, secundum gradus poenitentiae definitos.

C. CCCLV. *De eadem re.* 348

Ex Concilio Bracarensi u).

Si quis paganorum consuetudinem sequens divinos et sortilegos in domum suam introduxerit, quasi ut malum foras mittant, aut maleficia inveniant [683]), V annorum poenitentiam agat.

C. CCCLVI. *De eadem re.* 349

Ex decretis [684]) Gregorii Papae v).

Si quis ariolos, aruspices vel incantatores observaverit, aut philacteriis usus fuerit, anathema sit.

C. CCCLVII. *De eadem re.* 350

Ex Concilio Carthaginensi w).

Auguriis vel incantationibus servientem a conventu

---

C. CCCLIV. t) Hab. ann. 314., c. 23. (Dion.). — Coll. Vat. c. 138. (fons), Dach. I. 94., Hal. IV. 25., Rab. ad. H. c. 30., ad O. c. 23., Ans. ded. VII. 106. — Burch. X. 5. (R.), Decr. XI. 2. (B.), Pan. VIII. 62. (D.), C. XXVI. q. 5. c. 2. (P.).

C. CCCLV. u) Capit. Martini Bracar. c. 71. — Coll. Vat. c. 139. (fons), Dach. I. 95. — Burch. X. 6. (R.), Decr. XI. 34. (B.), C. XXVI. q. 5. c. 3. §. 2.

C. CCCLVI. v) Conc. Roman., sub Gregor. II. hab. ann. 721., c. 12. — Coll. Vat. c. 137. (fons), Dach. I. 93. — Burch. X. 23. (R.), Decr. XI. 1. (B.), Pan. VIII. 61. (D.), C. XXVI. q. 5. c. 1. (D.).

C. CCCLVII. w) Stat. eccl. ant. c. 83. (Conc. Carth. IV. c. 89.). —

C. CCCLV. 683) *vel lustrationes paganorum faciant:* add. orig. Vat. Dach.

C. CCCLVI. 684) *dictis:* Bal.

ecclesiae separandum. Similiter et Iudaicis superstitionibus vel feriis [685]) inhaerentem.

351 C. CCCLVIII. *De eadem re.*

Gregorius Papa [x]).

Pervenit ad nos, quod quosdam incantatores atque sortilegos fueris insecutus [686]), et omnino sollicitudinem et [687]) zelum tuum gratum nobis fuisse cognoscas; studii enim tui sit, sollicite quaerere, et, quoscunque huiusmodi Christi inimicos inveneris, distracta ultione corrigere.

352 C. CCCLIX. *De eadem re.*

Ex Concilio Toletano [y]).

Si quis episcopus, presbyter aut diaconus, vel quilibet ex ordine clericorum magos, aruspices aut ariolos, aut certe augures vel sortilegos vel eos, qui profitentur sortem aliquam [688]), consulere fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suae depositus, monasterii censuram excipiat, ibique perpetuae poenitentiae deditus [689]) scelus admissi sacrilegii luat.

---

Coll. Vat. c. 136. (fons), Dach. I. 99., Hal. IV. 27., Ans. ded. XII. 84. — Burch. X. 7. (R.), Decr. XI. 35. (B.), Pan. VIII. 72. (D.), C. XXVI. q. 5. c. 11. (D.).

C. CCCLVIII. x) Ep. Hadriano Notar. scr. ann. 601. (Lib. IX. ep. 47; Maur.: Lib. XI. c. 53.). — Coll. Vat. c. 141. (fons). — Burch. X. 4. (R., nonnullis insuper additis), Decr. XI. 33. (B.), C. XXVI. q. 5. c. 8. (D.).

C. CCCLIX. y) Conc. Tolet. IV., hab. ann. 633., c. 29. — Coll. Vat. c. 142. (fons), Dach. III. 59., Ans. ded. IV. 123. — Burch. X. 48. (Ans. d.), Decr. XI. 73. (B.), 5., Pan. III. 169. (D. c. 5.), VIII. 64. (D. c. 73.), Ans. XI. 130. (B.), C. XXVI. q. 5. c. 5. (D.).

C. CCCLVII. 685) *v. f.*: des. Hild. Bal.

C. CCCLVIII. 686) *insectatus*: Guelph. Vienn. Helmst., *sectatus*: Hild. Bal. 687) *et cum omni sollicitudine. Et*: ib.

C. CCCLIX. 688) *vel aliquos eorum similia exercentes*: add. orig. Coll. citt. 689) *perpetua poenitentia* (*deditus*: om.): Hild. Bal.

## C. CCCLX. *De eadem re.* 353

### Ex Lege Romana [z]).

Malefici vel incantatores, vel immissores tempestatum, vel qui per invocationem daemonum mentes hominum turbant, omni poenarum genere puniantur [690]).

## C. CCCLXI. *De eadem re.* 354

### Ex eadem [a]).

Quicunque pro curiositate futurorum vel invocatorem daemonum, vel divinos, quos ariolos appellant, vel aruspicem, qui auguria colligit, consuluerit, capite puniatur [691]).

## C. CCCLXII. *De eadem re.* 355

### Item [b]) [692]).

Quicunque nocturna sacrificia daemonum celebraverint, vel incantationibus daemones invocaverint, capite puniantur [693]).

## C. CCCLXIII. *De eadem re.* 356

### Ex Poenitentiali [c]).

Qui auguriis vel divinationibus inserviunt [694]), V. an-

---

C. CCCLX. z) Int. L. 3. Cod. Theod. De malef. (IX. 16.). — Burch. X. 28. (R.), Decr. XI. 53. (B.): *Ex Poenit. Roman.*

C. CCCLXI. a) Int. L. 4. ib. — Burch. X. 30. (R.), Decr. XI. 55. (B.): *Ex Poenit. Bedae.*

C. CCCLXII. b) Int. L. 5. ib. — Burch. XI. 31. (R.), Decr. X. 56. (B.): *Ex Poen. Roman.*

C. CCCLXIII. c) Poenit. Darmstad. c. 30.; Egb. c. 7. — Burch. X. 8. (R.), Decr. XI. 36. (B.): *Ex Poenit. Romano.*

C. CCCLX. 690) *perturbant, anathematizati abiiciantur, et si emendare noluerint, clerici III annos, laici I annum poeniteant:* Coll. citt.

C. CCCLXI. 691) *consul., clerici, ab omni officio remoti, III annos, laici II annos poeniteant:* Coll. citt.

C. CCCLXII. 692) *ex Poenitentiali:* Bal.; *item ex Poen.:* Helmst. 693) *daem. quacunque arte ad sua vota invitaverint, III ann. poeniteant:* Coll. citt.

C. CCCLXIII. 694) *auguria vel divinationes perpetrant:* Darmst. Egb.

nos poeniteant. Immissores tempestatum VII annos poeniteant.

357 C. CCCLXIV. *De eadem re* [d]).

Mulier si divinationes vel incantationes diabolicas fecerit, annum unum poeniteat, vel III quadragesimas, vel XL dies secundum qualitatem delicti.

358 C. CCCLXV. *De eadem re.*

Ex eodem [e]).

Auguria vel sortes, quae dicuntur false sanctorum vel divinationes, qui eas observaverit, vel quarumcunque scripturarum [695]), vel vota voverit vel persolverit ad arborem vel ad lapidem vel ad quamlibet rem, excepto ad ecclesiam, omnes excommunicentur. Si ad poenitentiam venerint, clerici annos III, laici unum annum et dimidium poeniteant.

359 C. CCCLXVI. *Unde supra.*

Ex Concilio Nannetensi [f]).

Summo decertare debent studio episcopi et eorum ministri, ut arbores daemonibus consecratae [696]), quas vulgus colit, et in tanta veneratione habet, ut nec ramum, vel [697]) surculum inde audeat amputare, radicitus excidantur atque comburantur. Lapides quoque, quos in ruinosis locis et sylvestribus daemonum ludificationibus decepti venerantur, ubi et vota vovent et deferunt, funditus effodiantur, atque in tali loco proiiciantur, ubi nunquam a cultoribus suis ve-

---

C. CCCLXIV. d) Poen. Darmst. ib., Egb. c. 10., Rab. ad H. c. 30.: *Ex Theodoro.* — Burch. X. 24. (R.), Decr. XI. 50. (B.): *Ex Poenit. Romano.*

C. CCCLXV. e) Poen. Darmst. ib., Egb. c. 11. — Burch. X. 9. (R.), Decr. XI. 37. (B): *Ex Poenit. Romano.*

C. CCCLXVI. f) c. 20.; cf. supra ad L. I. c. CV. not. b). — Burch. X. 10. (R.), Decr. XI. 38. (B.).

C. CCCLXV. 695) *inspectione promittit:* add. Darmst. Egb.

C. CCCLXVI. 696) *consecratas:* omn. Codd. 697) *nec:* Bal.

nerari possint. Et omnibus adnuncietur, quantum scelus sit idololatria, et qui haec veneratur et colit, quasi Deum suum negat, et Christianitati abrenunciat, et talem poenitentiam inde debet suscipere, quasi idola adorasset, omnibusque interdicatur, ut nullus votum faciat, aut candelam vel aliquod munus pro salute sua rogaturus alibi deferat, nisi ad ecclesiam Domino Deo suo. Scriptum est enim: *Vovete et reddite Domino Deo vestro.* Novimus siquidem, quanta Dominus antiquo populo per prophetas suos interminatus est, qui in lucis sacrificabant, et in excelsis immolabant. Si quis haec transgressus fuerit, fidem perdidit, et est infideli deterior. Et idcirco omnimodo sanctae ecclesiae consortio abscidatur, et, nisi digne poenituerit, non recipiatur.

### C. CCCLXVII. *De eadem re.* 360

Rabanus [g]).

Nam de his, qui daemonibus immolant, Theodori episcopi constitutiones habemus, in quibus scriptum est: *Qui immolant daemoniis in minimis, annum poeniteant. Qui vero in magnis, X annos poeniteant.*

### C. CCCLXVIII. *De eadem re.* 361

Ex eodem [h]).

Mulier si qua filium suum ponit supra tectum aut in fornacem pro sanitate febris, VII [698]) annos poeniteat [699]). Qui ardere facit grana, ubi mortuus est homo, pro sanitate viventium et domus, V annos poeniteat.

---

C. CCCLXVII. g) Rabani Ep. ad Heribald. scr. ann. 853., c. 30. — Burch. X. 12. (R.), Decr. XI. 39. (B.): *Ex Poenit. Theodori;* cf. Burch. XIX. 152.

C. CCCLXVIII. h) Ibid. — Burch. X. 14. (R.), Decr. XI. 41. (B.): *Ex Poenit. Bedae.*

C. CCCLXVIII. 698) *unum:* Coll. citt. 699) quae sequuntur, des. ib.

362 C. CCCLXIX. *De menstruo sanguine.*

Rabanus ad Heribaldum [i]).

De his etiam, super quibus interrogasti, hoc est, de illa femina, quae menstruum sanguinem suum immiscuit cibo vel potui, et dedit viro suo, ut comederet, et de illa, quae semen viri sui in potu [700]) bibit, et de ea, quae testam hominis combussit igni et viro suo dedit pro infirmitate vitanda, quali poenitentia sint plectendae, ut nobis videtur, tali sententia feriendi [701]) sunt, sicut magi et arioli, qui magicam artem exercuisse noscuntur [702]).

363 C. CCCLXX. *De eadem re.*

Ex Concilio Anquirensi [k]).

Mulier si cum muliere fornicata fuerit, annos III poeniteat. Sic et illa, quae semen viri sui [703]) cibo miscens [704]), ut inde plus eius accipiat amorem, poeniteat.

364 C. CCCLXXI. *De mulieribus, quae cum daemonibus se dicunt nocturnis horis equitare.*

Unde supra [l]).

Episcopi episcoporumque ministri omnibus viribus ela-

---

C. CCCLXIX. i) Ibid. — Burch. XIX. 152. (R.): *Ex eod.* (Tolet.) *Conc. c.* 17.

C. CCCLXX. k) Ex eadem Ep. l. l., ubi hoc caput item ex Concilio Ancyrano laudatur, in quo tamen non exstat. Haud dubie Rabanus ex ea hausit collectione, quam Martene et Durand in Novo Thes. anecd. Tom. IV. p. 21. seqq. publici iuris fecerunt. In hac enim canones poenitentiales Ancyrensibus saepe ita adiunguntur, ut eidem tribuendos esse eos Concilio facile putare quis possit; vid. nostrum cap. ibid. pag. 52. — Cf. *Beitr.* p. 159. — Burch. XVII. 29. (R.), Decr. IX. 87. (B.): *Ex Conc. Anquir. c.* 8.

C. CCCLXXI. l) Caput incertum, sumtum fortasse ex Capitulari quodam hactenus inedito. Verba: *quaedam sceleratae* usque ad: *in corpore accidere arbitretur* item leguntur in Aurel. Augustin. De spiritu et anima, c. 28. — Burch. X. 1. (R.), Decr. XI. 30. (B.), Pan. VIII. 75. (D.), C. XXVI. q. 5. c. 12. (D.), omn.: *Ex Conc. Anquirensi*, cuius quidem inscriptionis

C. CCCLXIX. 700) *potum:* Guelph. Helmst. 701) *feriendae:* Coll. citt. 702) adhaeret ibid. aliud fragmentum eiusdem Rabani epistolae supra c. CCCLXVII. allatum.

C. CCCLXX. 703) *in:* add. Rab. 704) *miscet:* Coll. citt.

borare studeant, ut perniciosam et a diabolo inventam sortilegam et maleficam artem penitus ex parochiis suis eradant[705]), et si aliquem virum aut feminam huiuscemodi sceleris sectatorem invenerint turpiter de honestatum, de parochiis suis eiiciant. Ait enim Apostolus †): *Hereticum post unam et secundam admonitionem devita, sciens, quia subversus est, qui eiusmodi est.* Subversi sunt et a diabolo capti tenentur, qui derelicto creatore suo, a diabolo suffragia quaerunt. Et ideo a tali peste mundari debet sancta ecclesia. Illud etiam non omittendum, quod quaedam sceleratae mulieres retro post satanam conversae, daemonum illusionibus et phantasmatibus seductae, credunt se et profitentur nocturnis horis cum Diana paganorum Dea[706]) et innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, et multa terrarum spatia intempestae noctis silentio pertransire, eiusque iussionibus velut dominae obedire, et certis noctibus ad eius servitium evocari. Sed utinam hae solae in perfidia sua perissent, et non multos secum in infidelitatis interitum pertraxissent. Nam innumera multitudo hac falsa opinione decepta haec vera esse credit, et credendo a recta fide deviat, et in errorem paganorum revolvitur, cum aliquid divinitatis aut numinis extra unum Deum esse arbitratur. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi commissas populo omni[707]) instantia praedicare debent, ut noverint haec omnimodis falsa esse, et non a divino, sed a maligno spiritu talia phantasmata mentibus infidelium irrogari, siquidem ipse satanas, qui transfigurat se in angelum lucis, cum mentem cuiuscunque mulierculae ceperit, et hanc sibi per infidelitatem et incredulitatem subiugaverit, illico transformat se in diversarum personarum species atque similitudines, et mentem, quam captivam

---

ansam dedit Burchardo illud Reginonis: *Unde supra*, quod quidem ad Concilium Ancyranum, in praecedenti capite citatum referendum esse putabat.

†) *Tit. c.* 3. *v.* 10. 11.

C. CCCLXXI. 705) *eradicent:* Coll. citt. 706) *vel cum Herodiade:* add. ib.

tenet, in somnis deludens, modo laeta, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas personas ostendens, per devia quaeque deducit, et cum solus eius spiritus hoc patitur, infidelis mens haec non in animo, sed in corpore evenire opinatur. Quis enim non in somnis et nocturnis visionibus extra se ipsum educitur, et multa videt dormiendo, quae nunquam viderat vigilando? Quis vero tam stultus et hebes sit, qui haec omnia, quae in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur? Cum Ezechiel propheta visiones Domini in spiritu, non in corpore vidit [708]), et Iohannes apostolus Apocalypsis sacramenta in spiritu, non corpore vidit et audivit, sicut ipse dicit †): *Statim fui in spiritu.* Et Paulus non audet se dicere raptum in corpore. Omnibus itaque publice adnunciandum est, quod, qui talia et his similia credit, fidem perdidit, et, qui fidem rectam in Deo non habet, hic non est eius, sed illius, in quem credit, id est, diaboli. Nam de Domino nostro scriptum est ††): *Omnia per ipsum facta sunt.* Quisquis ergo aliquid credit posse fieri, aut aliquam creaturam in melius aut in deterius immutari aut transformari in aliam speciem vel similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, et per quem omnia facta sunt, procul dubio infidelis est [709]).

365 C. CCCLXXII. *De observatione mensium et dierum.*

Ex dictis Ambrosii [m]).

Apostolus dicit †††): *Dies observatis et menses et tempora et annos, timeo, ne sine causa laboraverim in vobis.* Dies observant, qui dicunt, puta crastino proficiscendum non est, post crastinum enim non debet aliquid inchoari, et sic solent magis decipi. Hi autem colunt menses,

---

C. CCCLXXII. m) Ambr. in c. 4. Ep. ad Galat. — Coll. Vat. c. 140. (fons). — Burch. X. 11. (R.).

†) *Apocal. c. 4. v. 2.*
††) *Ioh. c. 1. v. 3.*
†††) *Gal. c. 4. v. 10. 11.*

C. CCCLXXI. 707) *cum* Bal. 708) *viderit:* Hild. 709) *et pagano deterior:* add. Coll. citt.
*o.:* Bal.

qui cursum lunae perscrutantur dicentes: Septima luna strumenta confici non debent, nona iterum luna emtum servum domum duci non oportet, et per haec facilius solent adversa provenire. Tempora vero observant, cum dicunt: Hodie veris initium est, et ideo festivitas est; post cras Vulcanalia sunt. Et rursum: Posterum [711]) est, domum ingredi non licet. Annos sic colunt, cum dicunt: Kalendis Ianuariis novus est annus, quasi non quotidie anni impleantur. Haec superstitio longe debet esse a servis Dei.

### C. CCCLXXIII. *De eadem re.* 366

Ex Concilio Bracarensi [n]).

Non licet Christianis traditiones [712]) gentilium observare vel colere elementa aut lunam [713]) aut stellarum cursum et inanem signorum fallaciam considerare pro domo facienda vel segetes vel arbores plantandas [714]), aut coniugia socianda. Scriptum est enim †): *Omnia, quaecunque facitis in verbo aut in opere, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo* [715]).

### C. CCCLXXIV. *De collectione herbarum.* 367

Ex eodem [o]).

Non licet in collectione herbarum medicinalium [716])

---

C. CCCLXXIII. n) Capit. Martini Bracar. c. 72. — Coll. Vat. c. 144. (fons), Dach. I. 96., Hal. IV. 26. — Burch. X. 13. (R.), Decr. XI. 40. (B.), C. XXVI. q. 5. c. 3. pr.

C. CCCLXXIV. o) c. 74. ibid. — Coll. Vat. c. 145. (fons), Dach. I. 97., Hal. ib. — Burch. X. 20. (R.), Decr. XI. 47. (B.), C. XXVI. q. 5. c. 3. §. 1.

†) *Coloss. c. 3. v. 17.*

C. CCCLXXII. 710) *puto:* Helmst.; deest Hild. Bal. 711) *posterius:* Helmst.

C. CCCLXXIII. 712) *traditionem:* Guelph. Vienn. Helmst. Bal. 713) *lunae:* orig. Vat. Dach. Hal. 714) *seg. vel arb. pl.:* des. Burch. Decr. Grat. 715) *si quis autem fecerit, severissime corripiatur et canonice corripiat:* add. ib.

C. CCCLXXIV. 716) *quae medicinales sunt:* orig. Vat. Dach. Hal.

aliquas observationes vel incantationes attendere, nisi tantum cum symbolo divino et oratione dominica, ut Deus et Dominus noster honoretur.

368 C. CCCLXXV. *De lanificiis feminarum.*

Ex eodem[p]).

Non licet mulieres Christianas vanitatem in suis lanificiis observare, sed Deum invocent adiutorem, qui eis sapientiam texendi donavit.

369. 370 371 C. CCCLXXVI. *De morticinis.*

Ex Poenitentiali[q]).

Qui manducat carnem immundam, aut morticinum aut dilaceratum[717]) a bestia, XL dies poeniteat. Si quis necessitate famis cogente manducavit, multo levius poeniteat. Qui[718]) fraudatum, raptum, vel furatum sciens manducat, si pauper est, VII dies; si potens, XL dies. Infirmi vero, si sciunt, XV dies poeniteant. Qui comedit et bibit contaminatum[719]) a bestia domestica[720]), id est, a cane vel catto[721]), II dies poeniteat.

---

C. CCCLXXV. p) c. 75. ibid. — Coll. Vat. c. 146. (fons), Dach. I. 98., Hal. ibid. — Burch. X. 19. (R.), Decr. XI. 46. (B.), VIII. 330., C. XXVI. q. 5. c. 3. §. 3.

C. CCCLXXVI. q) Poenitential. Darmstad. c. 22., Egb. c. 4. 18. — Burch. XIX. 88., Decr. XV. 100. (B.): *Ex Poenit. Theod.*, et alteram partem exhibet. — Burch. XIX. 106., Decr. XV. 118. (B.): *Ex Poenit. Romano*.

C. CCCLXXVI. 717) *morticinam, dilaceratam:* orig. Coll. citt. 718) *qui — XV. d. poeniteat:* des. Coll. citt. 719) *intinctum:* orig. Coll. citt. 720) *familiari:* ib. 721) *et scit, si potest psallere, C psalmos per semet ipsum cantet vel:* add. orig.; *et scit, C psalmos cantet, si nescit, duos dies ieiunet, vel, si redimere voluerit, L psalmos cantet:* add. Coll. citt.

## C. CCCLXXVII. *De liquore.* 372

### Ex eodem [r]).

Si quis dederit alicui liquorem aliquem, in quo mus vel mustela mortui [722]) sunt, si laicus est, VII dies poeniteat; si autem in coenobio sunt, CC Psalmos cantet. Qui postea noverit, quod talem potum bibit [723]), unum psalterium [724]) cantet.

## C. CCCLXXVIII. *De sanguine* [s]). 373

Si quis sanguinem alicuius animalis manducaverit, XL dies poeniteat.

## C. CCCLXXIX. *Item ut nullus sanguinem comedat* [t]). 374

Admonendi sunt fideles, ut nullus praesumat sanguinem manducare. Nam in principio, quando homini licentia data est a Deo carnem manducandi, sanguinem interdictum legimus. Ait enim Dominus ad Noë et filios eius †): *Omne, quod movetur et vivit, erit vobis in cibum, excepto quod carnem cum sanguine non comedetis. Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum, et de manu hominis.* Quod non solum in lege veteri saepissime inhibetur, verum etiam in novo testamento Apostoli primitivae ecclesiae ex gentibus sub magna deliberatione scribunt, ut abstineant se a contaminationibus simulacrorum et fornicatione, et suffocatis et sanguine. Quod exponens Hieronymus dicit: *Et iuxta litteram*, inquit, *haec praecepta conveniunt omni Christia-*

---

C. CCCLXXVII. r) Poen. Darmst. ib., Egb. c. 18. — Burch. XIX. 106. i. f., Decr. XV. 108. i. f.

C. CCCLXXVIII. s) Ex Poenitentiali hactenus inedito.

C. CCCLXXIX. t) Caput incertum. Darmst. a. (V. 26.) citat hoc caput ex Reginone, cum inscriptione: *Ambrosius de sanguine*, sed inter Ambrosii Opp. non est repertum.

†) *Genes. c. 9. v. 3—5.*

C. CCCLXXVII. 722) *mortua inveniatur:* orig., *mortua inventa sunt:* Coll. citt. 723) *biberit:* orig. Coll. citt. 724) *CL psalmos:* Coll. citt.

*no, ut morticinum non comedat tam de avibus, quam de pecoribus, quorum nequaquam sanguis effusus est.* Quae necessario observanda Apostolorum de Hierusalem missa epistola †) monet, et captum a bestia, quia et ipsum similiter suffocatum est, et sanguine, id est, non manducando cum sanguine. Si ergo de gentili vita venientibus pro ipsis fidei rudimentis et inveterata consuetudine gentilitatis haec, quasi sibi ad salutem sufficerent, scripta sunt, quis transgressor haec parvi pendat? Simul et hoc considerandum, quod idololatriae et fornicationi suffocatum et sanguis aequiparatur. Unde omnibus adnuncietur, quantum piaculum sit, sanguinem comedere, quod idolis et fornicationi [725]) comparatur. Si quis haec dominica et apostolica praecepta violaverit, a communione ecclesiastica suspendatur, usque digne poeniteat.

375 C. CCCLXXX. *De discordantibus.*

Ex Concilio Carthaginensi [u]).

Oblationes dissidentium fratrum neque in sacrario neque in gazophylacio recipiantur.

376 C. CCCLXXXI. *De eadem re.*

Ex Concilio Agathensi [v]).

Placuit etiam, ut, sicut plerumque fit, ut, quicunque odio aut longinqua inter se lite discesserint [726]), et ad pacem revocari diuturna intentione nequiverint, de ecclesiae coetu iustissima excommunicatione pellantur.

---

C. CCCLXXX. u) Stat. eccl. ant. c. 49. (Conc. Carth. IV. 93.). — Coll. Vat. c. 147. (fons), Dach. I. 112., Hal. IV. 31. — Burch. V. 38. (R.), Decr. II. 47. (B.), Dist. XC. c. 2.

C. CCCLXXXI. v) Hab. ann. 506., c. 31. — Coll. Vat. c. 148. (fons), Dach. I. 110., Hal. IV. 32. — Burch. X. 61. (R.), Decr. XIII. 62. (B.), Dist. XC. c. 9.

†) *Act. Apost. c.* 15. *v.* 29.

C. CCCLXXIX. 725) *fornicatione:* omn. Codd.

C. CCCLXXXI. 726) *dissenserint:* orig. Dach.

## C. CCCLXXXII. *De eadem re.* 377

### Ex dictis Isidori[w]).

Si quis discors et litigans, et per odium dissidens exstiterit, quousque ad concordiam redeat, a conventu et societate ecclesiae, ut canones iubent, alienus existat.

## C. CCCLXXXIII. *De eadem re*[x]). 378

Si quis odio habens[727]) aliquem[728]), ad pacem non revertitur[729]), sicut sancti patres statuerunt, in pane et aqua excommunicetur, et ab ecclesia separetur.

## C. CCCLXXXIV. *De eadem re.* 379

### Ex Concilio Carthaginensi[y]).

Dissidentes episcopos, si non timor Dei, synodus reconciliet.

## C. CCCLXXXV. *De eadem re.* 380

### Ex eodem[z]).

Studendum est episcopo, ut dissidentes fratres, sive clericos sive laicos, ad pacem magis, quam ad iudicium hortetur.

## C. CCCLXXXVI. *De Dei iudicio*[a]). 381

Si aliquis manducat aut bibit, aut portat super se, un-

---

C. CCCLXXXII. w) Caput incertum; inter Isidori Opp., unde citatur a Coll. Vat., non est repertum. — Coll. Vat. c. 150. (fons): *Isidori episcopi.* — Burch. X. 57. (R.), Decr. XIII. 58. (B.).

C. CCCLXXXIII. x) Caput incertum. — Coll. Vat. c. 151. (fons): *Item Isidori.* — Burch. X. 58. (R.), Decr. XIII. 59. (B.).

C. CCCLXXXIV. y) Stat. eccl. ant. c. 47. (Conc. Carth. IV. c. 25.). — Coll. Dach. I. 109. (fons). — Burch. I. 62. (R.), Decr. V. 172. (B.), Dist. XC. c. 6.

C. CCCLXXXV. z) c. 54. ibid. (Conc. Carth. IV. c. 26.). — Coll. Dach. ib. (fons). — Burch. I. 102. (R.), Decr. V. 203. (B.), Dist. XC. c. 7.

C. CCCLXXXVI. a) Caput incertum. — Cf. Legg. Longob. L. III.

C. CCCLXXXIII. 727) *habet:* Coll. citt., *odium h. adversus:* Vat. 728) *ita, ut:* Coll. citt. 729) *reverti non velit:* ibid.

de existimat Dei iudicium pervertere posse, et exinde comprobatus fuerit, eadem sententia feriatur, qua magi et arioli et incantatores feriuntur, scilicet VII aut V annorum poenitentia plectatur.

382 C. CCCLXXXVII. *De oblationibus defunctorum.*

Ex Concilio Vasensi [b]).

Hi, qui oblationes defunctorum retinent, et ecclesiis tradere demorantur [730]), ut infideles ab ecclesia eiiciantur [731]).

383 C. CCCLXXXVIII. *De eadem re.*

Ex eodem [c]).

Si qui oblationes aliorum fraudant, admonendi sunt, ut reddant, quod fraudulenter abstulerunt; si vero reddere noluerint, usque quo reddant, sicut sancta synodus constituit, ab ecclesiae separentur consortio.

384 C. CCCLXXXIX. *De eadem re.*

Ex Concilio Agathensi [d]).

Clerici etiam vel seculares, qui oblationes parentum, aut donatas aut testamento relictas, retinere praesumserint, aut id, quod ipsi donaverint, ecclesiis aut monasteriis crediderint auferendum [732]), velut necatores pauperum, quousque reddant, ab ecclesiis excludantur.

---

tit. 27. — Burch. X. 25. (R.), Decr. XI. 51. (B.): *Ex Concilio Tribur. c.* 4. — Vid. supra L. II. c. 5. §. 50.

C. CCCLXXXVII. b) Conc. Vasens. I. hab. ann. 442., c. 4. — Coll. Vat. c. 179. (fons), Dach. II. 59., Ans. ded. X. 71. — Decr. III. 155., C. XIII. q. 2. c. 10. — Cf. Conc. Aurel. II. c. 25.

C. CCCLXXXVIII. c) Caput incertum. — Coll. Vat. c. 180. nullum allegat fontem.

C. CCCLXXXIX. d) Hab. ann. 506., c. 4. — Coll. Vat. c. 181. (fons), Dach. II. 60., Ans. ded. V. 135., X. 70. — Burch. III. 140. (Ans. d.), Decr. III. 206. (B.), Pan. II. 5. (D.), c. XIII. q. 2. c. 11.

C. CCCLXXXVII. 730) *morantur:* Bal. 731) *abiiciantur:* Vat.; *sunt abiiciendi:* orig. Dach. Coll. citt.

C. CCCLXXXIX. 732) *sicut sancta synodus constituit:* orig. Coll. citt.

C. CCCXC. *De communione.* 385

Ex eodem [e]).

Si quis clericus damnum ecclesiae voluntarie fecerit, de propriis facultatibus reddat, et communione privetur.

Si aliquis super mortuum nocturnis horis carmina dia- 386
bolica cantaverit et cet., require in primo libello cap. CCCXCVIII.

C. CCCXCI. *Ut pricipuae festivitates in civitatibus celebrentur.* 387

Ex Concilio Agathensi [f]).

Seculares vero, qui Natali Domini, Pascha et Pentecoste non communicaverint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur. Require in Lib. I. cap. CXCV.

C. CCCXCII. *De eadem re.* 388

Ex Concilio Aurelianensi [g]).

Ut nulli civium Paschae, Natalis Domini vel Pentecostes [733]) solemnitates in villa liceat celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse.

C. CCCXCIII. *De eadem re.* I. 182

Ex Concilio Eliberitano [h]).

Si quis in civitate positus per tres dominicas ad ecclesiam nec accesserit, excommunicetur, quousque correptus videatur [734]).

---

C. CCCXC. e) Excerpt. ex c. 26. eiusd. Conc., aut fortasse inscriptio vel summula huius canonis. — Coll. Vat. c. 182. (fons).

C. CCCXCI. f) c. 18. ibid. – Coll. Dach. I. 118. (fons). — Burch. V. 23. (R.), Decr. II. 33. (B.), D. II. De cons. c. 19.

C. CCCXCII. g) Conc. Aurel. I. hab. ann. 511., c. 21. — Coll. Dach. I. 116. (fons). — Burch. II. 75. (R.), Decr. IV. 12. (B.), D. III. De cons. c. 5.

C. CCCXCIII. h) Hab. non serius ann. 310., c. 21. — Coll. Dach. I. 117. (fons).

C. CCCXCII. 733) *quinquagesimae:* orig. Dach.

C. CCCXCIII. 734) *pauco tempore abstineatur, ut correpł. esse vid. (excomm.:* om.) orig. Dach.

389 C. CCCXCIV. *De eadem re.*

Ex Concilio Agathensi[i]).

Ut cives, qui [735]) Paschae, Natalis Domini vel Pentecostes festivitatibus episcopis interesse neglexerint in civitatibus suis, accipiendae communionis vel benedictionis gratia, qui hoc neglexerint, triennio communione priventur.

390 C. CCCXCV. *De decanis per parochias mittendis.*

Ex Concilio Rotomagensi[k]).

Ut populus admoneatur, ut in dominicis et festis diebus omnes ad vesperas et nocturnas vigilias et ad missam omnimodis occurrant, et ut decani in civitatibus et in vicis publicis viri veraces et Deum timentes constituantur, qui desides et negligentes commoneant, ut ad Dei servitium absque occasione [736]) properent, et ut ipsi decani sacramento adstringantur, ut nulla interveniente causa, scilicet aut amoris aut timoris aut propinquitatis aut muneris, negligentes et transgressores reticeant, quin sacerdotibus propriis [737]) eorum culpas manifestent. Sacerdotum autem erit, ita eorum vitia zelo et amore divino cum debita disciplina corrigere, sicut ipsi nolunt pro aliorum erratibus sententiam iustae damnationis suscipere, et ut dies festi a vespera usque ad vesperam absque opere servili cum debito honore celebrentur.

391 C. CCCXCVI. *De excommunicatis.*

Ex dictis Cassiani[l]).

Si quis autem pro culpa sua fuerit ab oratione suspen-

---

C. CCCXCIV. i) Hab. ann. 506., c. 63. — Coll. Dach. I. 119. (fons).
C. CCCXCV. k) Hab. ann. 650., c. 15. — Burch. II. 239. (R.), Decr. VI. 310. (B.).
C. CCCXCVI. l) Cassian. Institut. c. 16. (Holsten. Cod. reg. T. II. p. 16.). — Coll. Vat. c. 252. (fons). — Vid. Reg. App. III. c. 65.

C. CCCXCIV. 735) *superiorum solemnitatum, i. e.* add. orig. Dach.
C. CCCXCV. 736) *dilatione:* orig. 737) *proprias:* Guelph. Vienn. Helmst. Bal., *propriis sac. proprias:* orig.

sus, nullus cum eo orandi aut loquendi habeat licentiam, antequam reconcilietur. Nam, qui se orationi, vel confabulationi eius, antequam a priore recipiatur, inconsiderata pietate sociare praesumserit, similiter damnatus efficitur.

### C. CCCXCVII. *De eadem re.* 392

Item Isidorus[m]).

Cum excommunicato neque orare, neque loqui[738]), neque vesci cuiquam licet.

### C. CCCXCVIII. *Unde supra*[n]). 393

Si quis frater aut palam aut absconse cum excommunicato fuerit locutus, communem statim cum eo excommunicationis contrahat poenam.

### CCCXCIX. *De eadem re.* 394

Ex dictis Fructuosi episcopi[o]).

Cum excommunicato nullus loquatur, neque qualibet eum compassione vel miseratione refoveat, neque ad contradictionem vel superbiam confortare praesumat.

### C. CCCC. *De eadem re.* 395

Ex regula S. Benedicti[p]).

Si quis[739]) fratri excommunicato quolibet modo se

---

C. CCCXCVII. m) Regul. Isidori c. 18. — Coll. Vat. c. 253. (fons). — Burch. XI. 31. (R.), Decr. XIV. 95. (B.), Ans. XII. 16., c. XI. q. 3. c. 18. — Vid. Reg. App. III. c. 66.

C. CCCXCVIII. n) Regul. magistri cuiusdam, c. 13. (Holsten. T. I.). — Coll. Vat. c. 254. (fons). — Burch. XI. 32. (R.), Decr. XIV. 96. (B.), Ans. ib., C. XI. q. 3. c. 28. c. 18. i. f., omn.: *Ex dictis Isidori.* — Vid. Reg. App. III. c. 67.

C. CCCXCIX. o) Regul. Fructuosi c. 14. — Coll. Vat. c. 256. (fons). — Burch. XI. 33. (R.), Decr. XIV. 97. (B.). — Vid. Reg. App. III. c. 68.

C. CCCC. p) c. 26.

C. CCCXCVII. 738) *nisi ea, quae ad eandem excommunicationem pertinent:* add. Burch. rell. Coll.

C. CCCC. 739) *frater praesumserit, sine iussione abbatis:* add. orig.

iunxerit[740]), aut[741]) mandatum ei direxerit[742]), similem sortiatur excommunicationis vindictam.

396 C. CCCCI. *De eadem re.*

Item[q]).

Is autem frater, qui gravioris culpae noxa tenetur, suspendatur a mensa simul et ab oratorio; nullus ei iungatur in consortio, neque in colloquio.

397 C. CCCCII. *De eadem re.*

Ex Concilio Antiocheno[r]).

Cum excommunicatis non licere communicare, nec cum his, qui per domos conveniunt, devitantes orationes ecclesiae, simul orandum est. Si quilibet autem ex clero deprehensus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam iste[743]) privetur communione.

398 C. CCCCIII. *De eadem re.*

Ex Canonibus[744]) Apostolorum[s]).

Si quis cum excommunicato saltem in domo simul oraverit, iste communione privetur.

399 C. CCCCIV. *De eadem re.*

Ex Concilio Niceno[t]).

De his, qui communione privantur, seu ex clero, sive ex laico ordine, ab episcopis, sententia regularis obtineat, ut hi, qui abiiciuntur, ab aliis non recipiantur. Requiratur

---

C. CCCCI. q) c. 25. eiusd. reg.
C. CCCCII. r) Hab. ann. 341. c. 2. (Dion.). — Coll. Vat. c. 257., Ans. ded. VII. 22. — Burch. XI. 34. (R.), Decr. XIV. 98. (B.).
C. CCCCIII. s) C. 11. — Burch. XI. 35. (R.), Decr. XIV. 99. (B.), Ans. XI. 17., c. XI. q. 3. c. 16.
C. CCCCIV. t) Hab. ann. 325. c. 5. (Dion.). — Coll. Ans. ded. V. 103. Burch. XI. 36. (R.), Decr. XIV. 100. (B.).

C. CCCC. 740) *iungere:* ib. 741) *loqui cum eo, vel:* add. ib. 742) *dirigere:* ib.
C. CCCCI. 743) *ille:* Bal.
C. CCCCIII. 744) *concilio:* Trev. Guelph. Vienn. Bal.

autem, ne pusillanimitate aut contentione vel alio vitio episcopi videatur a communione [745]) seclusus.

### C. CCCCV. *De eadem re.* 400

### Ex Concilio Antiocheno [u]).

Si quis a proprio episcopo communione privatus est, non ante suscipiatur ab aliis episcopis, quam suo reconcilietur episcopo.

### C. CCCCVI. *De eadem re.* 401

### Ex Canone [746]) Apostolorum [v]).

Si quis cum damnato clerico veluti cum clerico simul oraverit, iste damnetur.

### C. CCCCVII. *De damnatis a synodo.* 402

### Ex Concilio Antiocheno [w]).

Si quis episcopus damnatus a synodo, vel presbyter aut diaconus a suo episcopo, ausi fuerint aliquid de ministerio contingere [747]), nullo modo liceat eis, nec in alia synodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis.

### C. CCCCVIII. *De eadem re.* 403

### Ex Concilio Carthaginensi [x]).

Item placuit universo concilio, ut, qui excommunicatus fuerit pro suo neglectu, sive episcopus, sive quilibet cleri-

---

C. CCCCV. u) Hab. ann. 332., c. 6. (Dion.). — Coll. Dach. II. 44., Ans. ded. V. 104. — Burch. IX. 37. (R.), Decr. XIV. 101. (B.).

C. CCCCVI. v) C. 12. — Coll. Ans. ded. V. 106.

C. CCCCVIII. w) Hab. ann. 332., c. 4. (Dion.). — Coll. Dach. II. 43, Ans. ded. II. 142. — Burch. I. 199. (Ans. d.), Ans. XII. 26. (B.), c. XI. q. 3. c. 6.

C. CCCCVIIII. x) Hab. ann. 409., ap. Dion. c. 29. — Coll. Ans. V. 113. — Burch. I. 200. (R.), Decr. V. 314. (B.), Ans. XII. 27. (B.), C. XI. q. 3. c. 9.

C. CCCCIV. 745) *congregatione:* orig.

C. CCCCVI. 746) *concilio:* Trev. Guelph. Vienn. Bal.

C. CCCCVII. 747) *sive episcopus iuxta praecedentem consuetudinem, sive presbyter aut diaconus:* add. orig. Coll. citt. o.

cus, et tempore excommunicationis suae ante audientiam communionem praesumserit, ipse in se damnationis iudicetur protulisse sententiam.

404 C. CCCCIX. *Si episcopus voluerit exterminare clericum de ecclesia.*

Ex Concilio Sardicensi [y]).

Si episcopus exterminare voluerit clericum suum de ecclesia, providendum est, ne innocens damnetur, et ideo habeat potestatem, ut episcopos finitimos interpellet, et causa eius audiatur ac diligentius tractetur, quia non oportet negari audientiam roganti, et episcopus patienter accipiat, ut aut probetur sententia eius, aut emendetur.

405 C. CCCCX. *Unde supra.*

In Canonibus Apostolorum [z]).

Si quis episcopus, presbyter aut diaconus depositus iuste super certis criminibus, ausus fuerit attrectare ministerium sibi dudum commissum, hic ab ecclesia penitus abscidatur.

406 C. CCCCXI. *De presbytero accusato.*

Ex Concilio Rotomagensi [a]).

Ut nullus episcopus presbyterum accusatum ab officio missae removeat, nisi ad causam suam dicendam die statuta literis evocatus minime occurrerit, id est, infra spatium mensis; et si post mensem secundum non occurrerit, tunc ab officio suspendatur, quousque pro se rationem reddat. Si enim laici non canonice excommunicantur, nisi tertio fuerint vocati atque commoniti, indignum videtur, ut sacerdotibus denegetur, qui maioris ordinis et dignitatis

---

C. CCCCIX. y) Hab. ann. 347. c. 17. in compend. redact.
C. CCCCX. z) C. 29. — Coll. Ans. ded. II. 141.
C. CCCCXI. a) Inter impressos canones Rotomag. non est repertum. Sav. IX. 178. (R.).

C. CCCCXI. 748) *idem:* Hild.

sunt, quod laicis regula ecclesiastica indulgenter permittit; pro tanto enim habetur, sacerdotem ab officio removere, pro quanto laicum a communione ecclesiae cessare. Nam, unde laici excommunicantur, inde presbyteri ab officio altaris submoventur.

Require cap. CCXC.

C. CCCCXII. *Qualiter episcopus excommunicare infideles debeat.* 407

Unde supra [b]).

Episcopus cum excommunicare vel anathematizare aliquem infidelem pro certis et manifestis sceleribus dispositum habet, post lectionem evangelii clerum et plebem ita debet alloqui:

*Allocutio* [c]). 408

Noverit caritas vestra, fratres mei, quod quidam vir nomine N. diabolo suadente postponens Christianam promissionem, quam in baptismo professus est, per apostasiam conversus post satanam, cui abrenunciavit et omnibus operibus eius, vineam Christi, id est, ecclesiam eius devastare et depraedare non pertimescit, pauperes Christi, quos pretioso sanguine suo redemit, violenter opprimens et interficiens, et bona eorum diripiens. Unde, quia filius huius nostrae ecclesiae, cui Deo auctore praesidemus, debuerat esse, quia in ea per aquam et spiritum sanctum renatus est, et inter adoptivos filios Dei adnumeratus, quamvis modo filius diaboli sit imitando diabolum, solliciti, ne per negligentiam pastoralem aliqua de ovibus nobis creditis deperiret, pro qua in tremendo iudicio ante principem pastorum, Dominum nostrum Iesum Christum, rationem reddere compelleremur, iuxta quod ipse terribiliter nobis comminatur dicens †): *Si non adnunciaveris iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram*, misimus ad

---

C. CCCCXII. b) Caput aeque incertum. — Burch. XI. 2. (R.), Decr. XIV. 75. (B.), Sav. X. 231. 232. (R.), omn.: *Ex Conc. Rotomag.*
c) Cf. Centuriat. Magdeb., cent. X. c. 6.

†) *Ezech. c.* 3. *v.* 18.

eum presbyterum nostrum, et literas commonitorias semel et iterum atque tertio, invitantes eum canonice ad emendationem et satisfactionem et poenitentiam, corripientes eum paterno affectu. Sed ipse, proh dolor, diabolo cor eius indurante, monita salutaria sprevit, et in coepta malitia perseverans ecclesiae Dei, quam laesit, superbiae spiritu inflatus, satisfacere dedignatur. De talibus itaque transgressoribus et sanctae religionis pacisque, quam Christus [749]) suis discipulis dedit atque reliquit, violatoribus, praecepta dominica et apostolica habemus, quibus informamur, quid de huiuscemodi praevaricatoribus agere nos oporteat. Ait enim Dominus in evangelio †): *Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum.* Fratres, in unoquoque [750]) nostrum peccat, qui in sanctam ecclesiam peccat. Si enim sancta ecclesia unum corpus est, cuius corporis caput Christus est, singuli autem sumus alter alterius membra, et quum [751]) patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, procul dubio in nos peccat, qui membra nostra laedit. Iubet ergo Dominus, ut frater, id est, Christianus, in nos peccans, primo secrete corripiatur, deinde cum testibus redarguatur, novissime in conventu ecclesiae publice conveniatur. Quodsi has tres admonitiones [752]) et pias correptiones contemnit et satisfacere despicit ††), *post haec sit tibi*, inquit, *sicut ethnicus* [753]), id est, gentilis atque paganus, ut non iam pro Christiano, sed pro pagano habeatur; et in alio loco membrum, quod a sua compage resolvitur, et a iunctura caritatis dissociatur, et omne corpus scandalizat, Dominus abscindi et proiici iubet, dicens †††): *Si oculus vel manus vel pes tuus scandalizat te, erue eum et proiice abs te.* Et Apostolus ††††): *Auferte,*

---

†) *Matth. c.* 18. *v.* 15.
††) *ibid. c.* 18. *v.* 17.
†††) *ibid. v.* 8. 9.
††††) 1. *Cor. c.* 5. *v.* 13.

C. CCCCXII. 749) *ipse:* add. Hild. Bal. 750) *unumquemque*: Burch. Decr. 751) *compatitur:* omn. Codd., *dum pat.:* Hild. 752) *commonitiones:* Guelph. Vienn. Coll. citt. 753) *et publicanus:* add. Burch. Decr.

inquit, *malum ex*[754]) *vobis.* Et item †): *Infidelis si discedit, discedat.* Et in alio loco rapaces a regno Dei excludit, dicens ††): *Neque rapaces regnum Dei possidebunt.* Et alibi †††): *Si quis frater nominatur, et est fornicator, aut adulter, aut homicida, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere licet.* Et Iohannes dilectus prae ceteris Christi discipulus[755]) talem nefarium hominem salutare prohibebat dicens ††††): *Ne ei ave dixeris, neque eum in domum receperis. Qui enim ei ave dicit, communicat operibus eius malignis.* Dominica itaque atque apostolica praecepta adimplentes, membrum putridum et insanabile, quod medicinam non recipit, ferro excommunicationis a corpore ecclesiae abscidamus, ne tam pestifero morbo reliqua membra corporis, veluti veneno, inficiantur.

## C. CCCCXIII. *Excommunicatio* [d]). 409

Igitur quia monita nostra et crebras exhortationes contemnit, quia tertio secundum dominicum praeceptum vocatus ad emendationem et poenitentiam venire despexit, quia culpam suam necdum cognovit, nec confessus est, nec missa nobis legatione, qui causam ipsius exsequimur (quia noster parochianus est), veniam postulavit, quia in coepta malitia, diabolo cor eius indurante, perseverat, et iuxta quod Apostolus dicit, secundum duritiam suam et cor impoenitens thesaurizat sibi iram in die irae, idcirco nos eum cum universis complicibus et communicatoribus fautoribusque suis iudicio Dei omnipotentis, Patris, Filii et Spiritus sancti et beati Petri principis Apostolorum, et omnium sanctorum, nec non et nostrae mediocritatis auctoritate et potestate nobis divinitus collata ligandi et solvendi in coelo et in terra, a pretiosi corporis et sanguinis Domini perce-

---

C. CCCCXIII. d) Caput incertae originis; cf. Centur. I. l. — Burch. XI. 3. (R.), Decr. XIV. 76. (B.), Sav. X. 233. (R.), omn.: *Ex Conc. Rotomag.*

†) 1. *Cor. c.* 7. *v.* 15.
††) *ibid. c.* 6. *v.* 10.
†††) *ibid. c.* 5. *v.* 11.
††††) 2. *Ioh. v.* 10. 11.

C. CCCCXII. 754) *a:* Guelph. Vienn. Bal. 755) *discipulis:* Bal.

ptione, et a societate omnium Christianorum separamus, et a liminibus sanctae matris ecclesiae in coelo et in terra excludimus, et excommunicatum et anathematizatum esse decernimus, et damnatum cum diabolo et angelis eius et omnibus reprobis in igne aeterno iudicamus, nisi forte a diaboli laqueis resipiscat, et ad emendationem et poenitentiam redeat, et ecclesiae Dei, quam laesit, satisfaciat. Et respondeant omnes tertio: *Amen*, aut: *Fiat*, aut: *Anathema sit*. Debent [e]) autem [756]) XII sacerdotes episcopum circumstare, et lucernas ardentes in manibus tenere, quas in conclusione anathematis vel excommunicationis proiicere debent in terram, et pedibus conculcare. Post haec episcopus plebi ipsam excommunicationem communibus verbis debet explanare, ut omnes intelligant, quam terribiliter damnatus sit, et ut noverint, quod ab illa hora in reliquum non pro Christiano, sed pro pagano habendus sit, et qui illi quasi Christiano communicaverit, aut cum eo manducaverit aut biberit, aut eum osculatus fuerit, vel cum eo colloquium familiare habuerit, nisi forte ad satisfactionem et poenitentiam eum provocare studuerit, procul dubio similiter sit excommunicatus. Deinde epistolae presbyteris per parochias mittantur, continentes modum excommunicationis, in quibus iubeatur, ut omnibus dominicis diebus post lectionem evangelii plebibus sibi commissis publice adnuncient ipsam excommunicationem, ut ne quis per ignorantiam communicet excommunicato. Oportet etiam, ut aliis episcopis ipsa excommunicatio manifestetur. Praecipit enim Toletanum concilium [f]), ut invicem mox scripta percurrant per omnes provinciae episcopos, quoscunque adire potuerint, ut excommunicatus audiatur. Seniori etiam eius ipsa excommunicatio debet nota fieri.

---

e) C. XI. q. 3. c. 106.; correctores Romani adnotant ad hunc locum, caput nostrum in canonum quadam collectione incerti auctoris adscribi Zachariae P.

f) Conc. Tolet. I. c. 11.

C. CCCCXIII. 756) *enim:* Guelph. Vienn. Burch. Decr.

## C. CCCCXIV. *Item alia excommunicationis allocutio*[g]). 410

Audistis, dilectissimi, quanta et quam horrenda pravitatis ac iniquitatis opera ille, a diabolo instigatus, perpetrare non timuerit, et quomodo per apostasiam a totius Christianae religionis cultu profana mente recesserit. Audistis, quemadmodum canonice ad satisfaciendum evocatus sit, sed venire distulerit, quomodo frequenter admonitus, ut resipisceret a diaboli laqueis, quibus tenebatur[757]) adstrictus, saluberrimas admonitiones obduratis auribus cordis audire contemserit. Dominus dicit in evangelio de tali contumaci fratre, qui ecclesiasticam renuit suscipere correptionem †): *Si ecclesiam non audierit, sit tibi*, inquit, *sicut ethnicus et publicanus*, id est, iam non est computandus inter Christianos, sed inter paganos. Hinc Paulus, Domini et magistri doctrinam sequens, Corinthios redarguit, quare cum criminosis ac sceleratis communionem haberent, dicens ††): *Vos inflati estis, et non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum*, id est, separetur a vestro consortio, qui tale scelus operatus est; et adiungit: *Ego quidem, absens corpore, praesens autem spiritu, iam iudicavi ut praesens, eum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis et meo spiritu, virtute Domini mei Iesu tradere huiusmodi satanae in interitum carnis.* Et post pauca †††): *Scripsi vobis, ne commisceamini fornicariis.* Et statim infert: *Si is, qui frater appellatur*, id est, Christianus, *fornicator est aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere.* Et alibi ††††): *Auferte malum ex vobis*, et †††††): *Infidelis, si discedit, discedat.* Una enim ovis morbida omnem gregem contaminat, et modicum fermentum totam massam corrumpit, et plerum-

---

C. CCCCXIV. g) Caput item incertum; cf. Centur. I. 1. — Burch. XI. 4. (R.), Decr. XIV. 77. (B.): *Ex Concil. Aurel. c.* 1. — Sav. X. 234. (R).

†) *Matth. c.* 18. *v.* 17.
††) 1. *Cor. c.* 5. *v.* 2—5.
†††) *ibid. v.* 9. 11.
††††) *ibid. v.* 13.
†††††) 1. *Cor. c.* 7. *v.* 15.

C. CCCCXIV. 757) *tenetur:* Guelph. Vienn. Bal.

quae unum membrum putridum totum corpus inficit, et ideo tam perniciosa pestis a corpore ecclesiae radicitus evellatur.

411 C. CCCCXV. *Excommunicatio* h).

Dominicis igitur atque apostolicis informati praeceptis, iudicio Patris, et Filii eius, Domini nostri Iesu Christi, et Spiritus sancti, et auctoritate et potestate apostolis apostolorumque successoribus a Deo concessa, una vobiscum praedictum pessimum virum a liminibus sanctae matris ecclesiae excludimus, et ab omni societate et communione Christiana separamus, separatumque esse in aeternum decernimus, id est, et in praesenti seculo et in futuro. Nullus ei Christianus ave dicat, aut eum osculari praesumat; nullus presbyter missam celebrare cum eo audeat, vel sacrosanctum corpus et sanguinem Domini tradere; nemo ei iungatur in consortio neque in aliquo negotio, et si quis ei se sociaverit, et communicaverit eius operibus malignis, noverit, se simili percussum anathemate, his exceptis, qui ob hanc causam ei iunguntur, ut eum revocent ab errore, et provocent ad satisfactionem, nisi forte resipuerit, et, Dei gratia inspirante, ad poenitentiae remedium conversus fuerit, et digna emendatione ecclesiae Dei, quam laesit, humiliter satisfecerit.

412 C. CCCCXVI. *Item alia terribilior excommunicatio* i).

Canonica instituta et sanctorum patrum exempla sequentes, ecclesiarum Dei violatores, videlicet raptores, depraedatores et homicidas illos in nomine Patris et Filii et virtute Spiritus sancti, nec non auctoritate episcopis per Petrum principem apostolorum divinitus collata, a sanctae matris ecclesiae gremio segregamus, ac perpetuae maledictionis anathemate condemnamus; sintque maledicti in civitate, maledicti in agro, maledictum horreum eorum, et maledictae reliquiae illorum, maledictus fructus ventris

---

C. CCCCXV. h) Caput incert., Centur. ibid. — Burch. XI. 5. (R.), Decr. XIV. 78. (B.): *Ex Conc. Aurel.*, Sav. X. 235. (R.).

C. CCCCXVI. i) Caput incertum, Centur. ibid. — Burch. XI. 6. (R.), Decr. XIV. 79. (B.): *Ex Concil. Turon. c.* 2., Sav. X. 236. (R.).

eorum, et fructus terrae illorum. Maledicti sint ingredientes, et maledicti [758]) egredientes, sintque in domo maledicti, in agro profugi, veniantque super eos omnes illae maledictiones, quas Dominus per Moysen in populum divinae legis praevaricatorem se esse missurum intentavit, sintque anathema maranatha, id est, pereant in secundo adventu Domini. Nullus eis Christianus ave dicat, nullus presbyter missam celebrare praesumat, vel sanctam communionem dare. Sepultura asini sepeliantur et in sterquilinium sint super faciem terrae, et sicut hae lucernae de manibus nostris proiectae hodie exstinguuntur, sic eorum lucerna in aeternum exstinguatur, nisi forte resipuerint, et ecclesiae Dei, quam laeserunt, per emendationem et condignam poenitentiam satisfecerint.

## C. CCCCXVII. *Excommunicatio brevis* [k]). 413

Canonica instituta et sanctorum patrum exempla sequentes, ecclesiarum Dei violatores illos auctoritate Dei et iudicio sancti Spiritus, a gremio sanctae matris ecclesiae et consortio totius Christianitatis eliminamus, quousque resipiscant, et ecclesiae Dei satisfaciant.

## C. CCCCXVIII. *Qualiter episcopus reconciliet vel recipiat excommunicatum* [l]). 414

Cum aliquis excommunicatus vel anathematizatus poenitentia ductus veniam postulat et emendationem promittit, episcopus, qui eum excommunicavit, ante ianuas ecclesiae venire debet, et XII presbyteri cum eo, qui eum hinc inde circumstare debent, ubi etiam adesse debent illi, quibus iniuria vel damnum illatum est, et ibi secundum leges divinas et humanas oportet damnum commissum emendari,

---

C. CCCCXVII. k) Caput incerti auctoris, Centur. ibid. — Burch. XI. 7. (R.), Decr. III. 126. (B.), C. XI. q. 3. c. 107. (B.), omn.: *Ex Conc. Araus. c.* 5., Sav. X. 237. (R.).

C. CCCCXVIII. l) Caput aeque incertum. — Burch. XI. 8. (R.), C. XI. q. 3. c. 108. (B.): *Ex eodem* (Araus.). — Sav. X. 237. b. (R.).

C. CCCCXVI. 758) *sint:* add. Bal., *sunt:* Guelph. Vienn.

aut, si iam emendatum est, eorum testimonio comprobari. Deinde interroget episcopus, si poenitentiam, iuxta quod canones praecipiunt, pro perpetratis sceleribus suscipere velit; et si ille, terrae prostratus, veniam postulat, culpam confitetur, poenitentiam implorat, de futuris cautelam spondet, tunc episcopus [759]), apprehensa manu eius dextra, eum in ecclesiam introducat, et ei communionem et societatem Christianam reddat. Post haec secundum modum culpae poenitentiam ei iniungat, et literas per parochiam dirigat, ut omnes noverint, eum in societate Christiana receptum. Aliis etiam episcopis hoc notum faciat. Nullus autem episcopus alterius parochianum excommunicare vel reconciliare praesumat, sine conscientia vel consensu proprii episcopi.

415 C. CCCCXIX. *De eo, qui patrem vel matrem inhonorat.*

Ex Concilio Rotomagensi[m]).

Si quis patrem aut matrem percutit aut maledicit, quia capitalia crimina commisit, publicam inde agat [760]) poenitentiam, sicuti de gravioribus peccatis. Ait enim Dominus †): *Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur.* Quem enim Dominus dignum morte iudicat, procul dubio pro homicida tenetur, et, sicut homicida, debet poenitere [761]).

416 C. CCCCXX. *De bubulcis ac porcariis.*

Unde supra[n]).

Ȧdmonere debent sacerdotes plebes sibi subditas, ut bubulcos atque porcarios, vel alios pastores, qui in agris

---

C. CCCCXIX. m) Inter canones Rotomag. non exstat.
C. CCCCXX. n) Conc. Rotomag. hab. ann. 650. c. 14. — Burch. II. 71. (R.), Decr. II. 123. (B.): *Ex Conc. Rotomag. c.* 5.

†) *Exod. c.* 21. *v.* 17.

C. CCCCXVIII. 759) *VII psalm. decantet cum istis precibus:* add. Burch. Grat., atque iam plures ibi sequuntur preces et orationes.
C. CCCCXIX. 760) *indigeat* pro *inde agat:* Helmst. 761) *poeniteat:* ibid.

assidue commorantur vel in sylvis, et ideo velut[762]) more pecudum vivunt, in dominicis et in aliis festis diebus saltem vel ad missam faciant vel permittant venire; nam et hos Christus pretioso sanguine suo redemit. Quod si neglexerint, pro animabus eorum absque dubio rationem se reddituros sciant. Siquidem Dominus veniens in hunc mundum non elegit oratores atque nobiliores quosque, sed piscatores atque idiotas sibi discipulos adscivit, ut ostenderet in facto, quod ipse verbis[763]) in evangelio affirmat, dicens: *Quod hominibus est altum, abominabile est apud Dominum.* Et, salva altiore intelligentia, nativitas nostri redemtoris primo omnium pastoribus ab angelo nunciatur.

## C. CCCCXXI. *Quid presbyteri agere debeant diebus dominicis.* I. 61. a.

### Ex Concilio Nannetensi o).

Ut dominicis vel festis diebus presbyteri, antequam missas celebrent, plebem interrogent, si alterius parochianus in ecclesia sit, qui, proprio contemto presbytero, ibi missam velit audire. Quem si invenerint, statim ab ecclesia eiiciant, et ad suam parochiam redire compellant. Similiter interrogent, si aliqui discordantes sint, qui inter se litem implacabilem habeant, et, si inventi fuerint, statim reconcilientur. Quodsi renuerint[764]) pacem suscipere, ab ecclesia eiiciantur, usque quo[765]) ad caritatem redeant. Non enim possumus munus vel oblationem ad altare offerre, donec prius fratri reconciliemur. His ita peractis, sacerdotes missarum solemnia rite peragant.

---

C. CCCCXXI. o) C. 1., de anno cf. supra ad L. I. C. CV. not. b). — Burch. II. 92. (R.), Decr. IV. 122. (B.): *Ex Conc. Nannetens. c.* 419 (de hoc numero cf. *Beiträge* p. 20.), C. IX. q. 2. c. 4.: *Ex Conc. Nannetensi c.* 1.

C. CCCCXX. 762) deest Bal. 763) *verbo:* Helmst. Bal.

C. CCCCXXI. 764) *noluerint:* Guelph. Vienn. Bal. Coll. citt. 765) *quousque:* Trev.

I. 212. b. C. CCCCXXII. *De illo, qui reticet peccatum fratris.*

Ex Poenitentiali p).

Qui reticuerit peccatum fratris, quod est ad mortem, neque eum corripuerit, aut ecclesiae Dei, ut emendetur, dixerit, quamdiu consensit, tamdiu poeniteat[766]).

De confessione, de poenitentia, de decimis et de ebrietate et de vomitu post eucharistiam, in primo libello supra expressum est.

417 C. CCCCXXIII. *De pauperibus, qualiter alantur.*

Ex Concilio Turonensi q).

Ut[767]) unaquaeque civitas pauperes et egenos[768]) alimentis congruentibus pascat secundum vires, et tam vicini presbyteri, quam cives unusquisque[769]) suum pauperem nutriat[770]), quo fiat[771]), ut ipsi pauperes per civitates alias non vagentur.

418 C. CCCCXXIV. *De eadem re.*

Ex Capitularium Lib. I. cap. CXVIII r).

De mendicis, qui per patrias discurrunt, volumus, ut unusquisque fidelium nostrorum suum pauperem de beneficio aut de propria familia nutriat, et non permittat alicu-

---

C. CCCCXXII. p) C. 38. Poenitent. Darmstad. (*Beitr.* p. 140.), Commean. c. 11. — Burch. XIX. 121., Decr. XV. 133. (B.): *Ex Poenit. Theodori.*

C. CCCCXXIII. q) Conc. Turon. II., hab. ann. 571., c. 5.

C. CCCCXXIV. r) Anseg. Capit. L. I. c. 118. (Capitul. Niumag. I. ann. 806., c. 9.); cf. Lothar. Constitut. Papiens. ann. 832., c. 25. — Sav. X. 118.

C. CCCCXXII. 766) *corrip. iuxta regulam evangelicam, primum inter se et ipsum solum, deinde inter alios* (*deinde alios adhibetur* [? *adhibens*]*:* Darmst.) *deinde ad ecclesiam culpam* (*illius:* add. Darmst.), *si necesse fuerit, referens, quanto tempore consentiens fuit* (*consentit:* Darmst.), *tanto poeniteat:* Darmst. Coll. citt.

C. CCCCXXIII. 767) deest Helmst. Bal. 768) *incolas:* add. orig. 769) *omnes*: ibid. 770) *pascant:* ibid. 771) *fiet:* ibid.

bi ire mendicando. Et ubi tales inventi fuerint, qui laborare manibus possunt, et non faciunt [772]), nullus eis quidquam tribuere praesumat.

## C. CCCCXXV. *De eo, qui bannum episcopi vel presbyteri parvipendit* [s]) [773]). 419

Quisquis bannum vel excommunicationem episcopi vel presbyteri sui superbiendo parvipenderit, hic talis ab ecclesia penitus evellatur. Ait enim Dominus ad Moysen †): *Anima, quae superbiendo mandatum Domini transgressa fuerit, peribit de populo suo.* Hinc Dominus in evangelio ††): *Qui vos spernit, me spernit.* Et Moyses contumacibus dicit †††): *Non contra me est murmur vestrum, sed contra Dominum.* Et Dathan et Abiron vivi absorpti sunt, quia insurrexerunt adversus eundem Moysen, et eius mandatum spreverunt, et ideo tale scelus gravissime vindicandum est.

## C. CCCCXXVI. *De presbytero, qui fuerit degradatus.* 420

### Ex Capitularibus, titulo X [t]) [774]).

Si quis presbyter ab episcopo suo fuerit degradatus,

---

C. CCCCXXV. s) Cod. Helmst. in fine inter alia capita hoc quoque exhibet, et quidem cum inscriptione: *Ex dictis Fructuosi episcopi*, sed inter Regulas eius ab Holstenio (Cod. Regul. Tom. I.) publici iuris factas non est repertum, et de reliquis Fructuosi operibus nihil innotuit, certe nulla eorum exstat editio.

C. CCCCXXVI. t) Pippini Capitul. Vernens. ann. 755., c. 9., in compendium redactum; cf. Bened. Cap. L. I. c. 62. — Burch. II. 179. (R.), Decr. VI. 224. (B.): *Ex Conc. Toletan. c.* 6.; de causa falsae huius inscriptionis vid. *not.* 774).

†) *Num. c.* 15. *v.*
††) *Luc. c.* 10. *v.* 16.
†††) *Exod. c.* 16. *v* 8.

C. CCCCXXIV. 772) *fuerint, nisi manibus laborent:* orig.

C. CCCCXXV. 773) *Unde supra:* Guelph. Vienn. Helmst. Bal.

C. CCCCXXVI. 774) Cod. Paris. (et Bal.) falsam exhibet inscriptionem: *Ex Concilio Toletano XII. cap.* 6., similique Codice usus est Burchardus, qui item hoc caput illi adscribit Concilio, vid. not. t).

aut ab officio pro certis criminibus suspensus, et ipse per contemtum et superbiam aliquid de ministerio sibi interdicto agere praesumserit, et postea, ab episcopo suo correptus, in coepta praesumtione perduraverit, hic omnimodis excommunicetur, et ab ecclesia expellatur. Et quicunque cum eo communicaverit scienter, similiter sciat se esse excommunicatum. Similiter de clericis, laicis, vel feminis excommunicatis observandum est. Quodsi aliquis ista omnia contemserit, et episcopus emendare minime potuerit, regis iudicio exilio damnetur.

421 C. CCCCXXVII. *Ut nullus hospitium deneget iter agenti.*

Ex Concilio ad Palatium Vernis [u]).

Placuit nobis et nostris fidelibus [775]), ut presbyteri suos parochianos [776]) admoneant, ut et ipsi hospitales existant [777]), ut nulli iter facienti mansionem denegent, et ut omnis occasio rapinae tollatur, nihil carius vendant transeuntibus, nisi quanto [778]) in mercato vendere possunt. Quodsi carius vendere voluerint, ad presbyterum transeuntes hoc referant, et illius iussu cum humanitate eis vendant.

I. 209. b. C. CCCCXXVIII. *De eadem re.*

Ex eodem Capitulari [v]).

Ut autem omnis occasio rapinae tollatur, volumus, ut

---

C. CCCCXXVII. u) Karlom. Capitul. apud Vernis Pal., ann. 884., c. 13. — Burch. II. 168. (R.), Decr. VI. 259. (B.): *Ex Conc. Arvern.*

C. CCCCXXVIII. v) C. 12. ibid. — Burch. II. 167. (R.), Decr. VI. 258. (B.): *Ex eodem (Nannet.) c.* 5. (de causa falsae huius inscr. vid. infra L. I. c. 210. 211. 212.; Burchardus enim interpolato utebatur Codice, in quo nostrum caput, sicut ap. Bal., in Libro I. statim post c. 212. (Bal. 209. a.) collocatum est).

C. CCCCXXVII. 775) *nobis et n. fid.:* des. Coll. citt. 776) *plebes (suos:* deest) ibid. 777) deest omnibus Codicibus; ut autem oratio sit perfecta, ex orig. addendum nobis esse videbatur. 778) *quantum:* Helmst.; *nisi sicut in mercato accipiunt:* orig.

presbyteri, qui bonum exemplum caritatis omnibus ostendere debent, hospitales existant, iuxta dominicum et apostolicum praeceptum[779]), et humanitatem praebeant iter facientibus, quia per hospitalitatem placuerunt quidam Deo, angelis hospitio receptis[780]), et Dominus in die iudicii dicturus est electis †): *Hospes eram, et suscepistis me.* Et Iob dicit ††): *Ostium meum semper viatori patuit.*

### C. CCCCXXIX. *De eo, qui presbyterum inhonorat.* 422

### Unde supra[w]).

Si quis presbyterum proprium inhonorat, aut verbo aut facto contumeliam facit, tamdiu a limitibus ecclesiae arceatur, quousque per condignam poenitentiam satisfaciat. Ait enim Apostolus †††): *Presbyteri, qui praesunt, duplici honore digni habeantur.* Item alibi dicit ††††): *Obedite praepositis vestris, et subiecti estote* etc.

### C. CCCCXXX. *De compatribus vel filiolis.* I. 273

### Ex Capitularium Lib. II[x]).

Praecipimus, ut unusquisque compater vel proximi spirituales filios suos catholice instruant.

### C. CCCCXXXI. *De eadem re.* I. 274

### Ex eodem, cap. XLIV[y]).

Ut parentes filios suos, et patrini eos, quos de fon-

---

C. CCCCXXIX. w) Caput incertum. — Burch. II. 229. (R.), Decr. VI. 304. (B.): *Ex Conc. Arvern. c. 7.*

C. CCCCXXX. x) Anseg. Capit. L. II. c. 35. (Capit. excerpt. Ingelheim. ann. 826., c. 7.); cf. Conc. Mogunt. ann. 813., c. 47.

C. CCCCXXXI. y) Anseg. ibid. c. 44. (Capit. eiusd. Ingelh. c. 16); cf. Conc. Arelat. ann. 813., c. 19.

†) *Matth. c. 25. v. 35.*
††) *Iob. c. 31. v. 32.*
†††) *1. Tim. c. 5. v. 17.*
††††) *Hebr. c. 13. v. 17.*

C. CCCCXXVIII. 779) *sicut Apostolus dicit: Hospitales invicem sine murmuratione* (pro *iuxta* ........ *praeceptum*): orig. 780) Quae sequuntur, des. ibid.

te [781]) suscipiunt, erudire summopere studeant, illi, quia eos genuerunt et eis a Domino dati sunt, et isti, quia pro eis fideiussores exstiterunt.

423 C. CCCCXXXII. *Si quis contradicit episcopo, ne servi propter crimina virgis caedantur.*

Ex Concilio ad sanctum Medardum [z]).

Ut missi nostri omnibus per singulas parochias denuncient, quia si episcopus aut ministri episcoporum pro criminibus colonos flagellaverint cum virgis, propter metum aliorum, ut ipsi criminosi corrigantur, cum tali discretione, sine ulla occasione indebita, sicut in synodo collocatum [782]) est, ut vel inviti poenitentiam agant, ne aeternaliter pereant. Si seniores ipsorum colonorum indigne tulerint, et aliquam vindictam exinde exercere voluerint, aut eosdem colonos, ne distringantur, contendere praesumserint, sciant, quia et bannum nostrum componant, et simul cum excommunicatione ecclesiastica nostram harmiscaram durissimam sustinebunt.

424 C. CCCCXXXIII. *De advenis, qui iniuste in servitutem rediguntur.*

Ex Concilio Karoli iunioris et Lotharii ad Valentianas, cap. X [a]).

De advenis, qui oppressione Nortmannorum vel Britannorum in partes istorum regnorum confugerunt, statuerunt seniores vestri, ut a nullo reipublicae ministro quamcunque violentiam vel oppressionem aut exactionem patiantur, sed liceat eis conductum suum quaerere [783]), donec

---

C. CCCCXXXII. z) Karoli II. Synod. apud Suessionis civitatem in monast. S. Medardi hab. ann. 853., c. 9.

C. CCCCXXXIII. a) Hab. ann. 853., sed huius convent. excerpta tantum ad nostram pervenerunt aetatem (Pertz. Monum. T. III. p. 423.). Eadem vero invenies in Karoli II. convent. Silvacens. eiusd. anni, c. 9.

C. CCCCXXXI. 781) *lavacri:* add. orig.
C. CCCCXXXII. 782) *collocutum:* Bal.
C. CCCCXXXIII. 783) *et habere:* add. Conv. Silv.

pace reddita aut ipsi redeant ad loca sua, aut seniores illorum eos recipiant. Nullus autem eos inservire praesumat, eo quod loco mercenarii apud aliquem manserint, nec censum aut tributum exigere. Quodsi inventus fuerit ex reipublicae ministris aut alius quilibet[784]) contra hoc pietatis praeceptum facere aut fecisse, bannum nostrum exinde componat.

## C. CCCCXXXIV. *Unde supra* [b]). 425

Pervenit ad aures sacerdotum, quod profugi, qui paganorum manus, omnibus bonis amissis, vix evaserunt, in regionibus nostris a quibusdam iniuste opprimantur et in servitutem redigantur contra divinas humanasque leges, quum Dominus per Prophetam dicat †): *Advenae ne feceritis calumniam in loco hoc, et habitabo vobiscum.* Et iterum ††): *Advenam non contristabitis,* et multa his similia. Tales igitur severiter corripiendi sunt, et de manibus eorum advenae eruendi, iuxta quod scriptum est †††): *Eripiens inopem de manu fortioris eius* etc. Nam advenae apud fratres suos, id est, Christianos, mercenarii debent esse, non servi. Si autem in servitutem redigantur, quid illis profuit, paganorum manus effugisse, cum captivitatis iugum et durae servitutis non effugerint? Et ideo contra hanc crudelitatem sacerdotum debet pietas decertare, ne pro tam immani malitia ira divina populum Christianum consumat.

## C. CCCCXXXV. *Ut iustae mensurae sint.* 426

### Ex Capitulari ad Pistas [c]).

Ut comites et omnes reipublicae ministri seu ceteri

---

C. CCCCXXXIV. b) Caput incertum.
C. CCCCXXXV. c) Excerpt. ex c. 20. Edicti Karoli II. Pistens. ann. 864.

†) *Ierem. c. 7. v. 6.*
††) *Exod. c. 22. v. 21.*
†††) *Psalm. c. 34. v. 10.*

C. CCCCXXXIII. 784) *aliis quibuslibet:* ibid.

fideles nostri provideant, quatenus iustus modius, et aequus sextarius, secundum sacram scripturam et capitula praedecessorum nostrorum, in civitatibus et in vicis vel in villis ad vendendum et emendum fiat, et mensuram secundum antiquam consuetudinem de palatio nostro accipiant. Et si cui reputatum fuerit, mensuram adulterasse, si liber homo est, aut sacramento secundum suam legem se expurget, aut, si culpabilis invenitur, bannum nostrum persolvat, et a ministris reipublicae tollatur, quod cum iniusta mensura vendere voluit. Si autem colono aut servo hoc reputatum fuerit, iudicio Dei se inde examinet, aut[785]), si convictus fuerit, perdat rem, id est hoc, unde mensuram adulteratus est; insuper et nudo corio virgis caedatur, et sive servus sive liber, post legalem emendationem episcopale iudicium suscipiat, quia contra interdictum Dei fecit. Ait enim †): *Aequus tibi sit modius, et sextarius aequus.* Et alibi ††): *Mensuram et mensuram odit Dominus.* Et item †††): *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram.* Quod peccatum inter alia capitalia peccata computatur, de quibus Apostolus dicit, quod, qui ea fecerit, cum huiusmodi nec cibum sumere Christiano licet. Similiter per civitates et vicos atque mercata ministri reipublicae provideant, ne illi, qui panem et carnem per deneradas, et vinum per sextarios vendunt, mensuram adulterare possint, sed, quantos mensurabiles panes de iusto modio in unaquaque civitate episcopi vel abbates a suis pistoribus recipiunt, tantos mensurabiles panes de eodem modio a pistoribus, qui panem vendunt, fieri faciant. Quodsi inventi fuerint mensuram adulterare vel minuere, et damnum sustineant, et virgis caedantur. Homines etiam, quibus hoc commissum est, ut provideant, ne mensurae minorentur, si de periurio, quod iuraverunt, quod hoc consentire non debuissent, fuerint convicti, secundum legem puniantur, aut perdant ma-

---

†) *Levit. c.* 19. *v.* 36.
††) *Proverb. c.* 20. *v.* 10.
†††) *Psalm. c.* 14. *v.* 5.

C. CCCCXXXV. 785) *et:* Hild. Bal.

num, aut redimant, aut grave damnum sustineant, et postea ab episcopo de periurio publicam poenitentiam accipiant.

### C. CCCCXXXVI. *De eadem re.* 427

Ex Capitularium Lib. III. cap. XC[d]).

Ut aequales mensuras et pondera aequalia omnes habeant, sive in civitatibus sive in monasteriis, ad dandum invicem sive accipiendum, sicut in lege Domini praeceptum habemus.

### C. CCCCXXXVII. *De conspirationibus.* 428

Ex Concilio Chalcedonensi[e]).

Coniurationis vel conspirationis crimen et ab exteris legibus est omnino prohibitum, multo magis hoc in Dei ecclesia ne fiat, admonere convenit[786]). Si qui ergo clerici vel monachi reperti fuerint coniurantes aut conspirantes, aut insidias ponentes episcopis aut clericis, gradu proprio penitus abdicentur[787]).

### C. CCCCXXXVIII. *De eadem re.* 429

Ex Capitularium Lib. I. titulo XXIX[f]).

Nec clerici nec monachi conspirationem vel insidias contra pastorem suum faciant.

### C. CCCCXXXIX. *De eadem re.* 430

Ex Concilio ad Pistas[g]).

Nos quoque episcopi auctoritate Dei et sacrorum ca-

---

C. CCCCXXXVI. d) Anseg. Capit. L. III. c. 90. (Capitul. ecclesiast. ann. 789., c. 73.).

C. CCCCXXXVII. e) Hab. ann. 451., c. 18. (interpr. Dionys.). — Coll. Vat. c. 370. (fons), Dach. II. 1., Ans. ded. V. 161. — Burch. X. 68. (R.), Decr. XII. 87. (B.), Ans. VIII. 16. (B.), C. XI. q. 1. c. 23. (D.).

C. CCCCXXXVIII. f) Anseg. Capit. L. I. c. 29. (Capitul. ecclesiast. ann. 789., c. 29.).

C. CCCCXXXIX. g) Karoli II. Synod. Pistens., hab. ann. 862., c. 4

C. CCCCXXXVII. 786) *Coniurationis — convenit:* des. Burch. Decr. Ans. Grat. 787) *abscidentur:* Guelph. Vienn. Helmst. Bal., *abiiciantur:* Dion. Vat. Dach.

nonum, sicut sancti pontifices DCXXX Chalcedonensis concilii conspirationem fieri prohibuerunt, et sicut cetera episcoporum concilia huiusmodi perniciosa facta vetuerunt, et nos prohibemus, quia facientes illa per eorum iudicium qui cum Deo iam in coelo regnant, et a coelesti ecclesia et a Christianorum societate separati sunt, nisi per dignos poenitentiae fructus ad hoc redeant, ut sanctae ecclesiae possint readunari.

431 C. CCCCXL. *De eadem re.*

Ex Capitularium Lib. III. cap. IX. [h])

Conspirationes vero quicunque facere praesumserint, et *sacramento quamcunque conspirationem* firmaverint, triplici ratione iudicentur. Primo, ut, ubicunque aliquod malum per hoc perpetratum fuit, auctores facti interficiantur, adiutores vero illorum singuli alter ab altero flagellentur, et nares sibi invicem praecidant. Ubi vero nihil mali perpetratum est, similiter quidem inter se flagellentur, et capillos sibi vicissim detondeant. Si vero per dextras conspiratio facta [788]) fuerit, si liberi sunt, aut iurent cum idoneis iuratoribus [789]), aut si hoc facere non possunt, suam legem componant. Si vero servi sunt, flagellentur.

432 C. CCCCXLI. *De confratriis vel consortiis.*

Ex Concilio Nannetensi [i]).

De collectis vel confratriis, quas consortia vocant, sicut verbis [790]) monuimus, et nunc scriptis expresse praecipimus, ut tantum fiat, quantum rectum ad auctoritatem et utilitatem, atque ad salutem animae pertinet. Ultra autem nemo, nec sacerdos, neque fidelis quisquam in pa-

---

C. CCCCXL. h) Anseg. Capit. L. III. c. 9. (Capit. II. in Theodon. vill. hab. ann. 805., c. 10.).

C. CCCCXLI. i) C. 15., de anno huius concilii cf. supra ad L. I. c. 105. — Capp. Hincmari, c. 16.

C. CCCCXL. 788) *aliqua* ibid. *conspir. firmata:* orig. 789) C. CCCCXLI. 790) *verbo: hoc pro malo non fecisse:* add. Helmst. Bal.

rochia nostra progredi audeat, id est, ut in omni obsequio religionis, videlicet, in oblatione, in luminaribus, in orationibus mutuis, in exsequiis defunctorum, in eleemosynis[791]) et ceteris pietatis officiis. Pastos autem et commessationes, quas divina auctoritas vetat, ubi et gravedines et indebitae exactiones, et turpes ac inanes laetitiae et rixae, saepe etiam, sicut experti sumus, usque ad homicidia et odia et dissensiones accidere solent, adeo penitus interdicimus, ut qui contra hoc decretum agere praesumserit, si presbyter fuerit vel quilibet clericus, gradu privetur; si laicus est aut femina, ab ecclesia usque ad satisfactionem separetur. Conventus autem talium confratrum, necesse si fuerit, ut simul conveniant, aut forte aliquis contra parem suum discordiam habuerit, quem reconciliari necesse sit, et sine conventu presbyterorum et ceterorum esse non possit, post peracta illa, quae Dei sunt et Christianae religioni conveniunt, et post debitas admonitiones, si contigerit, ut verae caritatis et fraternae in invicem consolationis omnes ad refectionem conveniant, sic talia fieri permittimus, ut servata modestia et temperantia et sobrietate pacisque concordia, sicut decet fratres, omnia in aedificationem fraternitatis, et laudem et gloriam Dei, et gratiarum actiones fiant. Et hoc omnino caveatur, quod Salvator ait †): *Videte, ne graventur corda vestra in crapula et ebrietate.* Qui voluerint, eulogias a presbytero accipiant, et panem tantum frangentes singuli singulos accipiant biberes, et nihil amplius contingere praesumant. Et sic unusquisque ad sua cum benedictione Domini redeat.

C. CCCCXLII. *Ut, si presbyter defunctus fuerit, vicinus presbyter apud seniorem secularem nequaquam ecclesiam obtineat.* 433

Ex eodem k).

Ut, si quilibet presbyterorum defunctus fuerit, vicinus

C. CCCCXLII. k) C. 16. ibid., Hincm. c. 17. — Burch. III. 229. (R.), Decr. III. 269. (B.).

†) *Luc. c.* 21. *v.* 34.

C. CCCCXLI. 791) *eleemosynariis:* orig.

presbyter apud secularem seniorem nulla precatione vel aliquo xenio ecclesiam illam obtineat, quia titulus per se constans antea exstitit, sed neque capellam, sine consultu episcopi. Quod si fecerit, definitam sententiam sibi prolatam suscipiat, sicuti de episcopo canonica decrevit auctoritas, ut, si [792]) per ambitionem maiorem civitatem appetierit, et illam perdat, quam tenuit, et illam nequaquam obtineat, quam usurpare tentavit.

434 C. CCCCXLIII. *De liquore, in quo mus ceciderit.*

Ex Poenitentiali l).

Mus si ceciderit in liquorem, tollatur inde, et aspergatur aqua benedicta et sumatur. Si vero mortua fuerit inventa, abiiciatur totus ille liquor [793]). Quodsi multum est de liquore, purgetur ille liquor et aspergatur aqua sancta et sumatur, si necesse est. Si in farina [794]), aut in lacte coagulato, aut in melle mus mortua invenitur, quod in circuitu eius est, foras proiiciatur, reliquum vero sumatur [795]).

435 C. CCCCXLIV. *Si quis sepulcrum violaverit et cet.*

Unde supra m).

Si quis sepulcrum violaverit, VII annos poeniteat, III in pane et aqua. Si quis ligaturas fecerit, quod detestabile est, III annos poeniteat, I ex his in pane et aqua. Si quis manducaverit morticinum, aut idolis immolatum, ieiunet hebdomadas XII. Si quis quodlibet membrum sibi voluntarie truncaverit, III annos poeniteat, I in pane et

---

C. CCCCXLIII. l) Poenit. Darmst. c. 35., Egb. c. 4. 14.
C. CCCCXLIV. m) Ibid. c. 39.; Halitg. L. VI. (Canisii Lection. aut. ed. Basnage, Tom. II. P. II. p. 136. seqq.).

C. CCCCXLII. 792) sic ex orig. addidimus, quum omnibus desit Codd., *qui:* Hild. Bal.

C. CCCCXLIII. 793) *nec sumatur ab hominibus, sive lac sit, seu cerevisia, vel aliquid huiusmodi:* add. poenit. citt. 794) *aut in aliquo cibo, aut in pulte:* add. ibid. 795) *proiic., quod residuum fuerit, manducetur:* ibid.

aqua. Si quis usuras undecunque exegerit, similiter poeniteat. Si quis per violentiam[796] aut quolibet ingenio malo ordine res alienas invaserit aut tulerit, similiter poeniteat. Si quis aliquem hominem malo ordine vendiderit[797], similiter. Si quis aream aut domum alterius voluntarie igne cremaverit, similiter poeniteat. Si quis per iram aliquem percusserit, et sanguinem fuderit, aut debilem fecerit, XL dies poeniteat in pane et aqua.

### C. CCCCXLV. *Si aliquis excommunicatus fuerit mortuus* [n]). 436

Si aliquis excommunicatus fuerit mortuus, qui iam sit confessus, et non occurrit venire ad sacerdotem, sed[798]) praeoccupavit eum mors in domo aut in via, faciant pro eo parentes eius oblationem ad altare, et dent redemtionem pro captivis[799]). Si[o]) quis per necessitatem furatus fuerit 437
cibaria vel vestem vel pecus per famem aut per nuditatem, poeniteat hebdomadas IV. Si reddiderit, non cogatur ieiunare.

### C. CCCCXLVI. *De redemtionis pretio.* 438

### Ex Poenitentiali[p]).

Si quis forte non potuerit ieiunare, et habuerit, unde possit redimere, si dives fuerit, pro septem hebdomadis det solidos XX. Si non habuerit tantum, unde dare possit, det solidos X. Si autem multum pauper fuerit, det solidos

C. CCCCXLV. n) Ibid. — Halitg. ib. (Canis. p. 138.). — Burch. XI. 51. (R.), Decr. XIV. 114. (B.), Pan. V. 120. (D.), C. XXVI. q. 6. c. 11., omn.: *Ex Conc. Epaunensi.*

o) Burch. XI. 56. (R.), Decr. XIII. 52. (B.): *Ex Poenit. Theodori.*

C. CCCCXLVI. p) Ibid. c. 41.; Petit, Poenitent. Theodori, Tom. I. p. 19. c. 7. — Burch. XIX. 22., Decr. XV. 202. (B.): *Ex Poenit. Theodori.*

C. CCCCXLIV. 796) *potestatem:* orig. 797) *in captivitatem duxerit vel transmiserit*: ibid.

C. CCCCXLV. 798) *quod:* Helmst. 799) *via, si est aliquis ex parentibus eius, pro eo offerat aliquid ad sanctum altare ac redemtionem captivorum, et ad commemorationem animae eius:* orig.

III. Neminem vero conturbet, quia iussimus dare solidos XX, aut minus, quia, si dives fuerit, facilius est illi, dare solidos XX, quam pauperi solidos III. Sed attendat unusquisque, cui dare debeat, sive pro redemtione captivorum, sive super[800]) sanctum altare, sive Dei servis, seu pauperibus in eleemosynam.

439 C. CCCCXLVII. *Quid pro uno mense agendum sit.*

Unde supra [q]).

Pro uno mense, quod in pane et in aqua poenitere debet aliquis, psalmos decantet mille CC genu flexo, et si non genu flexo, mille DCLXXX. Et omni die, si vult, et abstinere non potest, reficiat ad sextam, nisi feria IV et VI ieiunet usque ad nonam, carnem et vinum non sumat, reliqua percipiat.

440 C. CCCCXLVIII. *Quid pro una hebdomada* [r]).

Pro una hebdomada psalmos CCC genua flectendo decantet, aut in uno loco per ordinem psallat.

441 C. CCCCXLIX. *Quid pro uno anno.*

Item [s]).

Qui vero psalmos non novit, et ieiunare non potest, pro uno anno, quod ieiunare debet in pane et aqua, det in eleemosynam solidos XXVI, et in unaquaque hebdomada diem I ieiunet usque ad nonam, id est, feriam IV, et alium, id est, feriam VI, usque ad vesperam, et in tres quadragesimas, quantum sumit, penset, et medietatem tribuat in eleemosynam.

---

C. CCCCXLVII. q) Ibid. c. 42., Petit, l. l. c. 4.; Egb. c. 14. — Burch. XIX. 19., Decr. XV. 199. (B.): *Ex Poenit. Romano.*

C. CCCCXLVIII. r) Ibid., Petit, l. l., Egb. l. l. — Burch. XIX. 18., Decr. XV. 198. (B.): *Ex Poenit. Romano.*

C. CCCCXLIX. s) Ibid., Petit, l. l., Egb. l. l. — Burch. XIX. 20., Decr. XV. 200. (B.): *Ex Poenit. Romano.*

C. CCCCXLVI. 800) *supra:* Bal.

C. CCCCL. *Item de pretio unius anni* t). 442

Primo anno quidam permiserunt triduanas IV, alii XII triduanas, id est, semel in mense uno, quidam dixerunt, triduanas agere in verberibus et in vigiliis, insistendo triduum.

C. CCCCLI. *De pretio unius diei* u). 443

Pretium autem unius diei, id est, agapen duorum vel trium pauperum sive I denarium. Alii totum psalterium in aestate, in hieme vero et in verno vel in autumno L psalmos. Quidam iudicaverunt, XII plagas vel percussiones.

C. CCCCLII. *Item de redemtione unius diei* v). 444

Qui itaque hoc, quod in Poenitentiali scriptum est, implere potuerit, agat Deo gratias; qui autem non potuerit adimplere, consilium damus per misericordiam Dei. Imprimitus [801]) pro uno die in pane et aqua L psalmos cantet genu flexo, aut stando in uno loco LXX decantet, aut I denarium det, aut tres pauperes pascat. Quidam dicunt, L percussiones vel L psalmos pro uno die in autumno, hieme vel verno C percussiones vel psalmos L, in aestate psalterium I vel percussiones C.

C. CCCCLIII. *Item de redemtione trium annorum* w). 445

Qui non potest sic agere poenitentiam, ut superius diximus, in primo anno eroget in eleemosynam solidos XXVI, in secundo XX, in tertio XVIII, hoc sunt [802]) solidos LXIV. Potentes homines faciant pro culpis suis, quod Zachaeus fecit. Ait enim ad Iesum [803]) †): *Domine, omnium bonorum meorum dimidium do pauperibus, et si*

C. CCCCL. t) Ibid. c. 43., Egb. c. 15.
C. CCCCLI. u) Ibid., Egb. ibid.
C. CCOCLII. v) Ibid. c. 44., Egb. c. 14., Petit. c. 2.
C. CCCCLIII. w) Ibid. c. 45., Egb. ibid., Petit. c. 8. — Burch. XIX. 23., Decr. XV. 203. (B.): *Ex Poenit. Theodori.*

†) *Luc. c.* 19. *v.* 8.

C. CCCCLII. 801) sic omnes Codd. et orig., *inprimis:* Hild. Bal.

C. CCCCLIII. 802) *est:* Hild. Bal. 803) *Dominum:* ibid.

*aliquid iniuste abstuli, in quadruplum restituo* [804]). Et de mancipiis suis aliquos dimittat liberos, et captivos redimat, et in se peccantibus ex corde dimittat, et qui illicita commisit, etiam a licitis se abstineat, et corpus affligat ieiuniis, vigiliis, et crebris orationibus; caro enim laeta nos ad culpam traxit, afflicta reducit ad veniam.

446 C. CCCCLIV. *Quomodo possimus poenitentiam VII annorum uno anno poenitere.*

Ex dictis sancti Bonifacii episcopi [x]).

Triduana una pro XXX diebus et cantatio psalmorum CXX, pro uno die psalmi L et V *Pater noster*, pro tribus diebus psalterium I et XV *Pater noster*. Item pro uno die tribus vicibus *Beati immaculati*, et VI *Miserere mei Deus*, et LXX vices prosternat se in terram, et singulas *Pater noster* dicat. Item, si nescit psalmos, pro uno die prosternat se centum vicibus in terram, et per singulas dicat: *Miserere mei Deus*, et *Dimitte Domine peccata mea*. Cantatio unius missae potest redimere XII dies, X missae IV menses, XX missae VIII [805]) menses, XXX missae XII menses. Pro hebdomada I. CCC psalmi genu flexo decantentur. Qui psalmos nescit, et ieiunare non potest, quantum quotidie sumit, penset, et medietatem tribuat in eleemosynam.

Ecce diversorum patrum diversas opiniones de remediis peccatorum, vel de leviganda poenitentia in ordine posuimus, in arbitrio prudentis sacerdotis relinquentes, quid salubrius et utilius animae poenitenti esse decernat.

---

C. CCCCLIV. x) Ibid. c. 46. — Liber poenitentialis, quem publici iuris fecit *Binterim*, Diss. De diaconis nunquam poenitentiae sacramenti ministris. Mogunt. 1822. in App., immerito ab hoc tribuitur Bonifacio, quum evidenter seriori conscriptus sit tempore.

C. CCCCLIII. 804) *dimittant, redimant* et cet.: ibid.

C. CCCCLIV. 805) *novem:* Bal.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS.

# APPENDIX I.

## C. I. *De pseudographiis et dubiis narrationibus* [1]).

### Ex Capitularium Lib. I. [a])

Pseudographiae et dubiae narrationes, vel, quae omnino contra fidem catholicam sunt, ut epistola pessima et falsissima, quam dicunt in Hierusalem de coelo cecidisse [2]), nec credantur, nec legantur, sed comburantur.

## C. II. *De linteis altaribus praeparandis.*

### Ex eodem [b]).

Ut presbyteri per parochias suas feminis praedicent, ut linteamina ad altaria cooperienda [3]) praeparent.

## C. III. *De his, qui proponentes fornicari vetantur.*

### Ex Concilio Neocaesariensi [c]).

Si quis, mulierem concupiscens, proposuerit cum ea concumbere, et cogitatio eius non pervenit [4]) ad effectum, apparet, quod gratia Dei liberatus sit.

---

App. I. C. I. a) Anseg. Capit. L. I. c. 73. (Capitul. ecclesiast. ann. 789., c. 77.)
C. II. b) Anseg. Capit. L. I. c. 146. (Capit. Ingelheim. de presbyteris ann. 809. c. 7.). — Vid. Reg. I. 61., Burch. III. 115., Decr. III. 91.
C. III. c) Hab. ann. 314., c. 4. (Vers. Dionys.).

C. I. 1) Has summulas, quum huic capiti omnibusque sequentibus in Codd. desint, ex fontibus addidimus, praeeunte Baluzio. 2) *falsiss., quam transacto anno dicebant aliqui errantes et in errorem alios mittentes, quod de coelo cecidisset:* orig.

C. II. 3) *lint. altaribus:* orig.

C. III. 4) *perveniat:* Dion.

C. IV. *Laicam pellentem suam coniugem communione privandam.*

Ex Canonibus [5]) Apostolorum [d]).

Si quis laicus, uxorem propriam pellens, alteram vel ab alio dimissam duxerit, communione privetur.

C. V. *De his, qui, velut peccatum, copulam deserunt nuptiarum.*

Ex Concilio Gangrensi [e]).

Si qua mulier, virum proprium relinquens [6]), discedere [7]) voluerit, nuptias execrata [8]), anathema sit.

C. VI. *De mulieribus, quae utuntur virilibus indumentis.*

Ex eodem [f]).

Si qua mulier [9]) pro solito muliebri amictu virilem sumit, anathema sit.

C. VII. *De his, qui Christianitatis obtentu despiciunt filios.*

Ex eodem [g]).

Si quis filios suos relinquens, non eos enutrit [10]), sed eos negligit occasione continentiae, anathematizetur [11]).

---

C. IV. d) C. 48.
C. V. e) Hab. circa ann. 355., c. 14. (Vers. Dionys.).
C. VI. f) Ibid. c. 13. (ead. vers.) — Burch. VIII. 60., Decr. VII. 78. (B.).
C. VII. g) Ibid. c. 15. (Dion.).

C. IV. 5) *Concilio:* Trev. Guelph. Vienn. Paris.
C. V. 6) deest Trev. Helmst. Guelph. Vienn. 7) *deserere:* Helmst. 8) *execrans:* orig.
C. VI. 9) *propter continentiam, quae putatur, habitum mutat, et:* add. orig. Coll. citt.
C. VII. 10) *et, quod ad se pertinet, ad pietatem divini cultus informat:* add. orig. 11) *anathema sit:* orig. Guelph. Vienn.

C. VIII. *De his, qui die dominica ieiunant.*

Ex eodem[h]).

Si quis propter continentiam [12]) in die dominica ieiunat, anathematizetur.

C. IX. *De his, qui abominantur eos, qui carnibus vescuntur.*

Ex eodem[i]).

Si quis carnem [13]) edentem praeter sanguinem (id est, absque sanguine [14])), et idolis immolatum et suffocatum, cum religione et fide condemnat [15]), anathema sit.

C. X. *Non debere in diebus ieiuniorum commemorationes martyrum fieri.*

Ex Concilio Laodicensi[k]).

Quod non oporteat in quadragesima martyrum natalitia celebrari, sed eorum sancta commemoratio in [16]) diebus sabbatorum et dominicorum fieri conveniat.

C. XI. *Quod manere debeat firmum, si servi fisci ecclesias fecerint.*

Ex Concilio Toletano[l]).

Si qui ex servis fiscalibus fortasse ecclesias construxerint, easque de sua paupertate ditaverint, hoc procuret episcopus prece sua auctoritate regia confirmari.

---

C. VIII. h) Ibid. c. 18. (Dion.). — Burch. XIII. 19., Decr. IV. 51. (B.).
C. IX. i) Ibid. c. 2. (Dion.).
C. X. k) Hab. inter ann. 347. et 381., c. 51. (Dion.). — Coll. Dach. II. 99. (fons). — Burch. XIII. 10., Decr. IV. 43. (B.).
C. XI. l) Conc. Tolet. III., hab. ann. 589., c. 15. — Coll. Dach. II. 96. (fons).

C. VIII. 12) *quae putatur, aut contumaciam:* add. orig. Coll. citt.
C. IX. 13) *carnes:* orig. 14) *i. e. absque s.:* des. ibid. 15) *velut spem, propter huiusmodi perceptionem, non habentem:* add. ibid.
C. X. 16) deest Hild. Bal.

C. XII. *Ut omni die energumeni exorcizentur.*

Ex Concilio Carthaginensi [m]).

Omni die exorcistae energumenis manus [17]) imponant.

C. XIII. *De victu energumenorum.*

Ex eodem [n]).

Energumenis in domo Dei sedentibus victus quotidianus per exorcistas [18]) ministretur.

C. XIV. *De servis, qui ad ecclesiam confugiunt.*

Ex Concilio Aurelianensi [o]).

Servus, qui ad ecclesiam pro qualibet culpa [19]) confugerit, si a domino pro admissa culpa sacramentum susceperit, statim ad servitium domini sui redire cogatur. Et si, posteaquam dato sacramento domino suo fuerit consignatus, si aliquam poenam [20]) pro eadem culpa pertulerit [21]), pro contemtu ecclesiae et praevaricatione fidei dominus a communione [22]) catholicorum extraneus habeatur.

C. XV. *Qualiter nomina fidelium in celebratione missarum recitentur.*

Ex epistola Innocentii [p]).

De nominibus vero [23]) recitandis hoc observetur, ut

C. XII. m) Statut. eccl. antiqu. c. 62.; Concil. Carthag. IV. (vulgo dictum, secundum collectionem Hispanam) c. 90. — Coll. Dach. II. 112. (fons), Vat. c. 358. — Burch. II. 223., Decr. VI. 298. (B.), Dist. V. De cons. c. 11. init.

C. XIII. n) Statut. eccl. ant. c. 64., Conc. Carth. IV. cit. c. 92. — Coll. Dach. l. l. (fons), Vat. c. 363. — Burch. III. 213., Decr. III. 263. (B.), Dist. V. De cons. c. 11. i. f.

C. XIV. o) Conc. Aurel. I, hab. ann. 511., c. 3. — Coll. Dach. I. 108. (fons). — Burch. III. 192., Decr. III. 109. (B.), Pan. II. 73. (D.), C. XVII. q. 4. c. 36. §. 1.

C. XV. p) Excerptum ex epist. Innocentii P. ad Decentium Eugub.

C. XII. 17) *manum:* Hild. Bal.

C. XIII. 18) *opportuno tempore:* add. orig. Coll. citt.

C. XIV. 19) *causa:* Guelph. Vienn. Paris. 20) *aliquid poenae:* orig. Coll. citt. 21) *culpa, qua accusatur, probatus fuerit pertulisse:* ibid. 22) *et convivio:* add. ibid.

C. XV. 23) deest Hild. Bal.

prius oblationes offerentium commendentur, et tunc eorum nomina, quorum oblationes sunt, inter sacra missarum mysteria nominentur.

## C. XVI. *Ut, sicut sexta feria, ita sabbato ieiunandum sit.*

### Ex eadem epistola [q]).

Sabbato vero ieiunandum esse, ratio evidentissima demonstrat. Nam, si die dominica [24]) ob [25]) venerabilem resurrectionem Domini nostri Iesu Christi non solum in Pascha celebramus, verum etiam per singulos circulos hebdomadum ipsius diei imaginem frequentamus, ac sexta feria propter passionem Domini ieiunamus, sabbatum praetermittere non debemus, qui [26]) inter tristitiam et laetitiam temporis illius videtur esse inclusus. Nam constat, Apostolos biduo isto et in moerore fuisse, et propter metum Iudaeorum se occultasse. Quapropter, sicut sexta feria ieiunandum est, ita et sabbato agendum est, quia ambo dies tristitiam ostendunt, sicut dies dominica laetitiam.

## C. XVII. *Unde supra* [r]).

Ieiunia sane legitima, id est, quarta et sexta feria non sunt solvenda, nisi pro grandi necessitate [27]), quia feria quarta Iudas de traditione Domini cogitavit, et sexta feria crucifixus est Dominus. Videbitur ergo, qui in his

---

episc., scr. ann. 416. (ap. Dionys. int. Decreta I. c. 2.). — Coll. Vat. c. 294. (fons). — Dist. I. De cons. c. 73.

C. XVI. q) Excerpt. ex ead. epist. (ap. Dionys. I. c. 4.). — Coll. Vat. c. 295. (fons). — Decr. IV. 28., Pan. II. 137. (D.), Dist. III. De cons. c. 13. (D.).

C. XVII. r) Vitae SS. Patrum, Rufino interpr. L. II. c. 7. — Coll. Vat. c. 296.: *Ex dictis S. Apollonii* (fons). — Decr. IV. 32., Pan. II. 178. (D.), Coll. tr. p. II. 50. c. 7., Dist. III. De cons. c. 16., omn.: *Ex dict. S. Apollon.* — Sav. VI. 64. (R.): *Ex Epist. Innocentii P.*, cuius quidem falsae inscriptionis causa illud est Reginonis: *Unde supra*, praecedente fragmento ex epist. Innocent.

C. XVI. 24) *diem dominicum:* orig. Decr. Pan. Grat. 25) deest Vat. 1352. 26) *quoniam:* ibid.

C. XVII. 27) *nisi grandis aliqua necessitas fuerit*: Vat. Coll. citt.

diebus non ieiunat, vel cum tradente tradere Salvatorem, vel cum crucifigentibus crucifigere.

C. XVIII. *Ut incarcerati a praepositis ecclesiae diebus dominicis visitentur.*

Ex Concilio Aurelianensi [s]).

Miserationis [28]) intuitu aequum duximus custodire, ut pro quibuscunque culpis in carceribus deputantur rei, a [29]) praeposito ecclesiae diebus dominicis requirantur, ut necessitas vinctorum secundum praeceptum Domini misericorditer sublevetur, et competens victus de domo ecclesiae tribuatur.

C. XIX. *Mulier in conventu docere viros non audeat, neque baptizare praesumat.*

Ex Concilio Carthaginensi [t]).

Mulier quamvis docta et sancta sit, viros in conventu docere non praesumat. Similiter nec baptizare.

C. XX. *De his, qui ad ecclesiam confugiunt, ne trahantur.*

Ex Concilio Aurelianensi [u]).

Eos, qui ad ecclesiam confugerint, trahi [30]) non oportet [31]), sed eos domini sui promissa venia, exire persuade-

---

C. XVIII. s) Conc. Aurelian. V., hab. ann. 557., c. 20. — Coll. Vat. c. 283. (fons), Excerpt. Egberti c. 107.

C. XIX. t) Statut. eccl. antiqu. c. 37. et c. 41. (Conc. Carth. IV. c. 99. et c. 100.); c. 41. (c. 100.) incipit a verbo: *Similiter.* — Coll. Vat. c. 350., 351. (fons), Exc. Egb. c. 89. — Decr. I. 65., Pan. I. 25. (D.), Dist. IV. De cons. c. 20. (P.). — Cf. Burch. VIII. 83., Decr. VII. 101. (B.), VIII. 324., Dist. XXIII. c. 29.

C. XX. u) Conc. Arelat. II., hab. non serius ann. 460., c. 30. — Coll. Vat. c. 366. (fons): *Ex Conc. Aurel.*, Exc. Egb. c. 76. — Burch. III. 195., Decr. III. 112. (B.), Dist. LXXXVII. c. 6. — Cf. Conc. Arausic. I., c. 5.

C. XVIII. 28) *Id etiam mis.:* add. orig. Coll. citt. 29) *ab archidiacono seu:* add. ibid.

C. XX. 30) *tradi:* Araus. Burch. Decr. Grat. 31) *oportere:* ibid.

ant[32]). Quodsi ab ecclesia exeuntibus poenale aliquid intulerint, ut ecclesiae inimici habeantur excommunicati.

## C. XXI. *De accusatis vel accusatoribus* [v]).

Illud praeterea omni ecclesiastico ordini omnimodis observandum est, ut nullatenus aliquis praesumat in concilio vel synodali conventu aliquem confratrum accusatione pulsare, nisi prius ipsum accusationis crimen et litigationis causas literis per ordinem comprehensum manu propria subscripserit, et episcopo vel sacrae synodo porrexerit, ut iuste et canonice litigantium controversiae finiantur. Non enim licet, ut auctoritas Romana testatur, nisi inscriptione celebrata reum quemquam fieri, nec ad iudicium exhiberi, quia, sicut convictum de crimine poena constringit, ita accusatorem, si non probaverit, quod obiecit.

## C. XXII. *De eadem re.*

### Ex Concilio ad S. Medardum [w]).

Hincmarus archiepiscopus Remorum suis accusatoribus dixit: Quae est petitio vestra, fratres? Misericordiam, inquiunt, petimus nobis a vestra paternitate impendi de ministratione ordinum ecclesiasticorum, ad quos a domino Ebbone quondam provecti, a [33]) vestra auctoritate suspensi sumus. Hincmarus archiepiscopus dixit: Habetis libellum reclamationis aut postulationis, sicut ecclesiastica se habet traditio? Illi autem responderunt, se prae manibus nullum habere libellum. Hincmarus archiepiscopus dixit: Legum [34]) ecclesiasticarum [35]) auctoritas talis est, ut in cau-

---

C. XXI. v) Caput incertum. — Burch. II. 196. (R.), Decr. VI. 241. (B.): *Ex Conc. Aurel. c.* 10.

C. XXII. w) Concil. Suessionens. II. in monasterio S. Medardi, hab. ann. 853., act. 1. — Burch. II. 197. (R.), Decr. VI. 269. (B.), C. II. q. 1. c. 9. (D.).

C. XX. 32) *sed loci sancti reverentia et intercessione defendi:* ibid. Reliqua desunt ibid.

C. XXII. 33) deest Bal. 34) hic incipit locus ap. Gratian. cit. 35) *consuetudo et:* add. orig.

sis gestorum semper scripturam requirant, adeo, ut, qui ad sacrum fontem accedit, suum dare nomen praecipiatur. Qui ad summum sacerdotium provehitur, decreto manibus omnium roborato eligitur, ordinatus autem a suis ordinatoribus literas accipere iubetur, qui etiam ab ecclesiastica societate quolibet excessu discinditur, libellari scriptione [36]) aut recipitur aut deiicitur. Sed, qui accusatur, vel, qui excommunicatur seu reconciliatur, per scripturam accusari vel reconciliari iubetur [37]), et sic in ceteris huiusmodi in tantum scriptura deposcitur, ut, sicut beatus Gregorius [x]) in commonitorio ad Iohannem defensorem, ex Romanis legibus sumens, scribit: *Sententia, quae sine scriptura profertur, nec nomen sententiae habere meretur.* Quapropter, fratres et filii, oportet vos secundum ecclesiasticam auctoritatem reclamationem vestram libelli serie allegare, eumque, manibus vestris [38]) roboratum [39]), synodo sacrae porrigere, ut convenienter et canonice vobis valeat responderi. Et tunc ipsi fratres libellum conscribentes, eique sua nomina subscribentes, porrexerunt Hincmaro episcopo, qui tunc Wenilone Senensi archiepiscopo, et cum Amalrico Turonensi aeque archiepiscopo, sub praesentia gloriosi regis Karoli, synodo praesidebat.

## C. XXIII. *De eadem re.*

### Ex Lege Romana [y]) [40]).

Tam civile negotium, quam criminale accusationem professio manu accusatoris conscripta praecedat.

---

x) Greg. Lib. II. Ep. 50. (Lib. XIII. Ep. 45., ed. Maur.).
C. XXIII. y) Interpr. L. 9. Cod. Theod. De accusat. (IX. 1.).

C. XXII. 36) *inscriptione:* orig. 37) *videtur:* Bal. 38) *nostris:* Helmst. 39) *roborato:* Trev. Helmst.

C. XXIII. 40) *Ex L. R.:* des. Guelph. Vienn. Helmst. Paris.

## C. XXIV. *De eadem re.*

### Ex eadem Lege [z]) [41]).

Quicunque alium de aliqua criminis capitalis obiectione pulsaverit, non prius a iudicibus audiatur, quam se similem poenam, quam reo intendit, subscripserit subiturum.

## C. XXV. *Item unde supra* [a]).

In criminalibus causis vel obiectionibus per mandatum nullus accuset, sed ipse, qui crimen intendit, per se accuset, inscriptione praemissa. Iudices autem puniendi sunt, damnandumque officium, si aliquem, nisi praemissa inscriptione, subdendum crediderint quaestioni.

## C. XXVI. *De eadem re.*

### Ex eadem [b]).

Ante inscriptionem nemo efficiatur criminosus. Nam, inscriptione per ordinem facta, tunc a iudice suscipiendus est reus, et custodiae cum accusatore tradendus [42]).

## C. XXVII. *De his, qui episcopo aliquam iniuriam vel dehonorationem fecerint.*

### Ex Capitularium Karoli Regis Lib. VI. cap. XCIX [c]).

Si quis episcopo aliquam iniuriam aut iniustam dehonorationem fecerit, de vita componat, et omnia, quae habere visus fuerit, ecclesiae, cui praeesse dignoscitur, socien-

---

C. XXIV. z) Int. L. 14. Cod. Theod. ibid.
C. XXV. a) Int. L. 15. Cod. Theod. ibid.
C. XXVI. b) Int. L. 19. Cod. Theod. ibid.
C. XXVII. c) Bened. Capit. L. II. c. 99.; cf. Pseudo-Pii I. Ep. 2. et Pseudo-Gregor. I. Epist. ad Felicem.

C. XXIV. 41) *E. e. L.:* des. ibid.
C. XXVI. 42) Hactenus app. I. continetur in Cod. Trev., in quo iam sequuntur capitula Angilramni, quae tamen huc minime pertinent.

tur, et nobis in triplo bannus noster, id est, LX solidi, persolvantur, aut ipse in servitio fisco nostro serviturus semper societur, usque se redimere in triplo iuxta weregildum suum potuerit. Sancta vero ecclesia in sacerdotibus constat, idcirco magna poena plectendi sunt, qui episcopis vel reliquis sacerdotibus iniuriam vel contumeliam fecerint. Nam detractio sacerdotum ad Christum pertinet, cuius vice legatione in ecclesia funguntur.

### C. XXVIII. *Quae poenitentia imponenda sit his, qui furem aut latronem interficiunt* [o]).

Si fur aut latro captus in praeda absque occisione potest comprehendi, et tamen interficitur, quia ad imaginem Dei creati, et in nomine eius baptizati sunt, interfectores eorum XL diebus non intrent in ecclesiam; lanea veste induti, ab escis et potibus, qui interdicti sunt cum [43]) thoro, gladiis [44]) et equitatu se abstineant, in tertia, quinta feria et sabbato aliquo genere leguminum vel oleribus, et pomis, parvis pisciculis, cum mediocri cerevisia vicissim utantur et temperate [45]). Sin autem a veridicis comprobatur testibus, quod sine odii meditatione, se suaque liberando, diaboli membra interficiunt [46]), secundum indulgentiam XL diebus ab ecclesia, carne, vino, et coniugio, eleemosynam largiter faciendo, abstineant. Et si presbyter est, non deponatur, cunctis tamen vitae suae diebus poenitentiam agendo [47]).

---

C. XXVIII. o) Canon poenitentialis incertae originis. — Burch. XI. 60. (R.), Decr. XIII. 46. (B.), C. XIII. q. 2. c. 32. (D.), omn.: *Ex Concilio Aurelian.* Cf. Burch. XIX. 5. (pag. 266.), Poenit. Roman. Ant. Augustini, Tit. I. c. 24. (B.).

C. XXVIII. 43) *a:* Coll. citt. 44) *a gladio:* ibid. 45) *temperati*: Guelph. Helmst. 46) *et capi non poterant, poenitentiam pro homicidio eis non iniungimus, nisi ipsi voluerint aliquid, quod humanitatis est, facere; et si presbyter (secundum — abstineant:* des.) Coll. citt. 47) *agat:* Hild. Bal. Coll. citt.

C. XXIX. [48]) *De varia vexatione sacerdotum.* App. II. 28.

Ex Concilio Aurelianensi cap. VIII p).

Relatum est sanctae synodo, quod a malis Christianis plurimae vexationes sacerdotibus Christi seu ceteris clericis inferioris gradus saepissime inferantur. Unde visum est sancto concilio, ne postea [49]) talia exsistant, iaculo eos spirituali percutere, ut, si quis clerico aliquam iniuriam seu calumniam ingesserit, a liminibus sanctae ecclesiae arceatur, usque ad condignam satisfactionem.

C. XXX. *Ex Concilio Rotomagensi.* A. II. 29.

[*Hoc loco in Codice septem linearum scriptura erasa est, ita, ut nihil erui possit*].

C. XXXI. *De ingenuis clericis.* A. II. 30.

Ex Registro P. I. ad Amos Episcopum Hierosolymorum q) [50]).

Cum fraternitatem tuam confidamus canonum statuta et vigorem diligere [51]) disciplinae, hoc tibi indagandum mandare curavimus, quia [52]) ingenui clerici, qui capacioris et argutioris sunt ingenii, ne [53]) ad loca, quae scientia et doctrina excellentiora conspiciuntur, discendi gratia pro [54]) utilitate ecclesiae suique necessarii petendo [55]) transscendant [56]), invidia pontificum saepe prohibentur, cap. XX.

---

C. XXIX. p) Immo ex Conc. Mogunt. hab. ann. 888., c. 7.

C. XXXI. q) Inter Gregorii M. Epistolas non exstat, nam unica in Registro ad Amos Ep. Hierosol. epistola (L. VII. Ind. 1. ep. 7.) non congruit, decem priora si exceperis verba.

C. XXIX. 48) Quae sequuntur capita, in solo exstant Codice Helmst., et quidem continua serie antecedentibus adiuncta, eaque non, ut Baluzius fecit, secundae adscripsimus Appendici, sed primae, quia multo vetustiora esse ea constat illis capitibus, quae Bal. ex Codice Paris. in App. I. (post c. XXVIII) recepit, quamobrem haec recentiora Appendici II. adnumeravimus. 49) *antea:* Helmst.

C. XXXI. 50) Fontis huius allegationem omisit Hild. Bal. 51) *dirigere:* ibid. 52) *ne:* ib. 53) deest ib. 54) *prae:* ib. 55) *petendi*: ib. 56) *transscendant. Invid. P.:* ib.

Chalcedonensis concilii eis opponentes*), ubi dicitur: *Clericos in ecclesia administrantes in alterius civitatis ecclesia statutos fieri non oportet*, et sequentia invidiae obfuscatione[57]) abolentes[58]), ubi illi excipiuntur, qui ex necessitate ad aliam ecclesiam transierint. Magna itaque[59]) necessitate complectitur[60]), qui fame constringitur, et, qui iniuria arctatur insipientiae, opus habet refici doctrina scientiae. Inter fugitivum denique et studiosum caute ab episcopo discretio prospici debet, ut ille locum delitescendi non inveniat, isti vero, locum in melius mutare et ire de virtute in virtutem, offendiculum non opponatur, sed caritatis adiutorio, quae nunquam excidit, sublevetur. Igitur, si pie et iuste recto currebant hactenus viam tramite vitae, et pro religione perfectiora expetere loca licentiam eis non denegandam esse censuimus.

A. II. 31.

## C. XXXII. *De odio in fratre* r).

Si quis odium contra fratrem suum iniuste habuerit, hunc Deus a suo separat regno, a coelo substrahit, quia odium nec passione ei adimitur, nec martyrio expiatur, nec sanguine fuso deletur. Detrahi[61]) autem per odium de altero[62]) sui commodi causa, magis est contra naturam, quam mors, quam dolor, vel cetera huiusmodi mala.

## C. XXXIII. *Sanctus Gregorius* s)[63]):

S. Paulus apostolus dicit †): *Qui peccat, per poenitentiam emendet*, hoc est, ieiuniis, vigiliis et eleemosynis.

---

C. XXXII. r) Caput incertum.
C. XXXIII. s) Inter Gregorii Opp. non est repertum.

†) *2. Corinth. c. 12. v. 21.*

C. XXXI. *) *opponunt:* ib. 57) *invida obfuscatione:* ib. 58) *abolent:* ib. 59) *sane:* ib. 60) *premitur:* ib. — En rationem, qua Hildebrandus Codicis secutus est auctoritatem!

C. XXXII. 61) *detrahere:* Hild. Bal. 62) *alteri per od.:* ibid.

C. XXXIII. 63) Totum hoc caput deest Hild. Bal.

Quem caro laeta traxit ad culpam, afflicta reducit ad veniam.

C. XXXIV. *Sanctus Augustinus dicit* [t]) [64]):

Poenitentiam certam non facit, nisi odium peccati et amor Dei. Sic poenitere debes, ut tibi amarum sapiat in animo, quod ante dulce fuit in vita.

C. XXXV. *Item Augustinus de odio* [u]). A. II. 32.

Magna et mira sententia, quemadmodum sit hominis in animam suam amor, ut pereat, odium, ne pereat. Si male amaveris, tunc odisti; si bene oderis, tunc amasti. Felices, qui oderunt custodiendo, ne perdant amando.

C. XXXVI. *Gregorius Papa de lapsis sacerdotibus* [v]). A. II. 33.

De lapsis sacerdotibus vel quolibet ex clero id observare te volumus, ut in rebus eorum nulla contaminatione miscearis, sed pauperrima regularia monasteria require, quae secundum Deum vivere sciunt, et in eisdem monasteriis lapsos ad poenitentiam trade, et [65]) res lapsorum in eo loco proficiant [66]), in quo agere poenitentiam traduntur, quatenus ipsi ex rebus eorum subsidium habeant, qui de correctione eorum sollicitudinem gerunt. Si vero parentes habent, res eorum legitimis parentibus dentur, ita autem, ut eorum stipendium, qui in poenitentiam dati fuerint, sufficienter debeat procurari. Si qui vero ex familia ecclesiastica sacerdotes vel laici [67]), vel monachi, vel clerici, vel quilibet alii lapsi fuerint, dari eos in poenitentiam volumus, sed res eorum ecclesiastico iuri [68]) non subtrahi. Ad usum tamen suum accipiant, unde ad poenitentiam sub-

---

C. XXXIV. t) Cf. supra Reg. I. c. 327.

C. XXXV. u) Inter Augustini scripta frustra quaesitum est.

C. XXXVI. v) Registr. L. I. Ep. 44. (scr. ann. 591., Petro subdiacono), ed. Maur. — Decr. VI. 380., XV. 20., Ans. VIII. 1., C. XVI. q. 6. c. 5.

C. XXXIV. 64) Hoc caput item deest ib.
C. XXXVI. 65) *ut*: Hild. Bal. 66) *perficiant*: ib. 67) *Levitae*: orig. Coll. citt. 68) *ut ecclesiasticae*: Hild. Bal.

sistant, ne, si nudentur, locis, in quibus dati fuerint, onerosi sint. Si qui parentes in possessione habent, ipsis res eorum tradendae sunt, ut in ipsis ecclesiae [69]) conserventur.

Sacerdotibus [w]) autem non externa [70]) potestate dominus violentiam inferat [71]), sed excellenti consideratione propter eum, cuius servi sunt, eis ita dominetur, ut etiam debitam reverentiam impendat. Nam in divinis eloquiis sacerdotes aliquando Dii, aliquando angeli vocantur. Et per Moysen de eo, qui ad iuramentum deducendus est, dicitur †): *Applica illum ad Deos*, videlicet ad sacerdotes. Et rursum ††): *Diis non detrahes*, scilicet sacerdotibus. Et propheta †††) ait: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirunt* [72]) *ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est.* Quid ergo mirum, si illos vestra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens, eos aut angelos, aut Deos ipse etiam appellat Deus. Ecclesiastica testatur historia, quia, cum piae memoriae Constantino principi oblatae accusationes contra episcopos fuissent, libellos quidem accusationis accepit, et eosdem, qui accusati fuerant, episcopos convocans, in eorum conspectu libellos, quos acceperat, incendit dicens: Vos Dii estis, a vero Deo constituti. Ite, et inter vos causas vestras disponite, quia dignum non est, ut nos iudicemus Deos. Antiquitus in republica principes fuerunt, qui verum Deum nescientes Deos ligneos et lapideos colebant, et tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuerunt.

Hinc [x]) est ergo, quod, exceptis criminibus, neminem

---

w) Registr. L. V. Ep. 40. (scr. ann. 595., Mauricio Imperatori), ed. Maur. — Ans. VI. 195., C. XI. q. 1. c. 41.
x) Iohann. Diac. Vita Gregor. M., L. IV. c. 27.

†) *Exod. c.* 22. *v.* 8.
††) *Ib. v.* 28.
†††) *Malach. c.* 2. *v.* 7.

C. XXXVI. 69) *iura eccl.*: orig. 70) *ex terrena:* orig. Coll. citt. 71) *dom. noster* *citius indignetur:* ib. 72) *ut .... requirant:* Hild. Bal.

sacerdotum Gregorius deponebat, immo pro qualitatibus delictorum venialiter communione privabat.

Si [y]) quando igitur super sacerdotum criminibus erat aliquid ventilandum, cum summa districtione grandique cautela Gregorius uniuscuiusque capituli modulos quaerens, sententiam suam magis difficulter, quam faciliter promulgabat dicens: Dum cuncta negotia indagandae solicitudine veritatis indigeant, tum quae ad deiectionem sacerdotalium pertinent graduum, sunt districtius trutinanda, in quibus non tam de humilibus [73]) constitutis, quam de divinae quodammodo benedictionis refragatione tentatur [74]). Nam grave satis est et indecens, ut in re dubia certa dicatur sententia.

C. XXXVII. *Ne sacerdotes Domini, sicut vulgus solet facere, iurare compellantur.* A. II. 34.

Cornelius Papa in Epistola Rufo Orientali episcopo directa [z]).

Sacramentum autem hactenus a summis sacerdotibus vel reliquis [75]) exigi pro fide recta minime [76]) cognovimus, nec sponte eos iurasse reperimus. Summopere ergo sanctus Iacob apostolus prohibens sacramentum loquitur dicens †): *Ante omnia autem fratres mei nolite iurare.* Haec, fratres carissimi, ipse Dominus prohibet, id est, non debere iurare sacramenta non exigi, nisi pro fide recta, haec Apostoli maxime omnes, haec sancti viri praedecessores nostri, qui huic sanctae universali et apostolicae ecclesiae praefuerunt ante nos, haec Prophetae et reliqui sancti doctores per universum mundum dispersi ad praedicandum iuramenta vetant.

---

y) Ibid. c. 28.

C. XXXVII. z) Caput Pseudoisid. — Cf. act. 1. Concilii Constant. hab. ann. 448. — Coll. Ans. ded. II. 165. — Burch. I. 193. (Ans. ded.), Decr. V. 308. (B.), XII. 77., C. II. q. 5. c. 1.

†) *Iacob. c. 5. v. 12.*

C. XXXVI. 73) *humanis:* orig. 74) *tractatur:* ib.

C. XXXVII. 75) *Dei ministris:* add. orig. Decr. XII. Grat., *ordinibus:* add. Coll. rell. 76) deest Hild. Bal.

A. II. 35. C. XXXVIII. *Testimonium de ecclesiastica controversia* [a]).

Ut omnis controversia, quae de ecclesiasticis rebus fit, secundum divinam legem sub duobus vel tribus testibus terminetur, dicente Domino †): *Non unus stet contra alium, sed in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.* Similiter [77]) et de separatione coniugatorum, ut tres veraces homines hoc testificentur, si VII inveniri non valeant.

A. II. 36. C. XXXIX. *De claudicatione infantis* [b]).

Medicus infantem incautius curans claudicantem effecit, quaesitum est, an gradum in clero talis mereri possit, et visum est, quod huiusmodi debilitas, si alios bonos profectus ostenderit, eum a gradu non debeat prohibere.

A. II. 37. C. XL. *De clericorum tonsura dimissa uxore* [c]).

Clericus si tonsuram dimissa uxore acceperit, qui quidem sit sine gradu, nec ad monasterium quodlibet a parentibus traditus, si uxorem [78]) habere permittitur, iterum tonderi cogatur, nec in vita sua tonsuram negligere audeat. Quem autem progenitores [79]) tradiderunt et in ecclesia

---

C. XXXVIII. a) Conc. Mogunt. hab. ann. 852., c. 6. — Burch. VII. 17. (App. R.), Decr. IX. 52. (B.), Pan. VII. 83. (D.), C. XXXV. q. 6. c. 11., omn.: *Ex Conc. Ilerdensi c.* 20.

C. XXXIX. b) Canon Triburiensis Concilii, hab. ann. 895. — Cf. Conc. Trib. c. 33., et *Beitr.* p. 22. seqq. et 167. seqq.

C. XL. c) Canon item Tribur. — Cf. Conc. Trib. c. 27. et *Beitr.* l. l. — Schannat eundem canonem in Cod. Vat. 6209. invenit (Harzheim, Conc. Germ. Tom. II. p. 411.). — Burch. VIII. 97. (App. R.), Decr. VII. 115. (B.): *Ex Conc. Tribur. c.* 16.

†) *Deut. c.* 19. *v.* 15.

C. XXXVIII. 77) Quae sequuntur, desunt in orig. et Coll. citt.; ceterum concilium Mogunt., quale ex Cod. Bamberg. in Monum. Germ. hist. Tom. III. editum est, nonnullis in locis esse lacunosum, constat; cf. *Kritische Jahrb. für deutsche Rechtswissenschaft*, de anno 1838., p. 485.

C. XL. 78) *duxerit vel:* add. Cod. Vat. 79) *ad monasterium:* add. Cod. Vat. Coll. citt.

coepit cantare et legere, nec uxorem ducere, nec monasterium deserere poterit, sed, si discesserit, reducatur; si tonsuram dimiserit, rursus tondeatur; uxorem si usurpaverit, dimittere compellatur.

### C. XLI. *De puellis velandis* [d]). A. II. 38.

Puella si ante XII annos aetatis sponte sua sacrum sibi velamen assumit, possunt statim parentes vel tutores eius id factum irritum facere, si volunt. At, si annum et diem id dissimulando consenserint [80]), ulterius nec illi nec ipsa mutare hoc poterunt. Porro si in fortiori aetate adolescentula vel adolescens servire Deo elegerint, non est potestas parentibus hoc prohibendi.

### C. XLII. *De laicis morientium presbyterorum substantiam diripientibus* [e]). A. II. 39.

Perlatum est quoque ad sanctam synodum, quod quidam laici improbe agant contra presbyteros suos, ita ut de morientium presbyterorum substantia partes sibi vindicent, sicuti de substantia rusticorum suorum. Interdicimus itaque, ne hoc ulterius fiat, sed sicut liberi facti sunt ad suscipiendum gradum et agendum divinum officium, ita ab eis nihil exigatur praeter Dei officium. De peculiari vero sacerdotum nihil sibi usurpent, sed ex duabus partibus faciant presbyteri, quod sibi placuerit, tertiam, secundum canonum iussa, quibus serviunt, relinquant ecclesiis.

### C. XLIII. *De manso et decimis* [f]). A. II. 40.

Item sancitum est in Capitulari, ne de manso ecclesiae, neque de decimis, neque de oblationibus, non de domibus vel atriis iuxta ecclesiam positis, aliquod servitium

---

C. XLI. d) Canon Tribur. — Cf. Conc. Trib. c. 24., et Reg. L. II. c. 177. — Burch. VIII. 98. (App. R.), Decr. VII. 116. (B.), C. XX. q. 2. c. 2., omn.: *Ex Conc. Tribur.*
C. XLII. e) Cf. Reg. L. II. c. 39.
C. XLIII. f) Cf. Reg. L. I. c. 24.

C. XLI. 80) *contenderint:* Hild. Bal.

faciant praeter ecclesiasticum; si aliquid vero amplius habuerint, inde faciant servitium senioribus suis.

A. II. 41. C. XLIV. *Ne quis de servili conditione promoveatur ad clerum* [g]).

Ut nulli de servili conditione ad sacros gradus promoveantur, nisi prius a dominis propriis legitimam libertatem consecuti fuerint, cuius libertatis carta ante ordinandum in ambone publice legatur, et si nullus contradixerit, rite consecrabitur. Porro, si postea de gradu deciderint, eius sint conditionis, cuius fuerant ante gradum.

A. II. 42. C. XLV. *Quae debeant adimplere presbyteri et alii clerici.*

Ex Epistola Canonica [h]).

Ut nullus episcoporum, presbyterorum seu diaconorum vel etiam clericorum praedia ecclesiae in potestate habeat venundare, sed nec cuiquam parentum suorum donare, et qui hoc egerit, sub omni celeritate, reddito pretio, ad loca sacra, in quae competunt, revertantur [81]). Si autem, hac observatione contemta, aliquis hoc praesumserit, res proprias in ipsa ecclesia relinquat, et ipse foris eiiciatur, eo quod divina congruat ratione, ut, qui ecclesias accipiunt ad regendum, non ad dispergendum accipiant. Simili modo nullam habeant potestatem quolibet modo alienandum, neque venundandum, sed nec sine voluntate pontificis sui vicarios dandum, aut liberis dimittendum. Qui hoc praesumserit, ut superius censuimus, si habet proprietatem suam, aliud tantum restituat; si non habuerit, exspoliatus ex omnibus foris [82]) eiiciatur. Ipsae tamen res ad ecclesiam, cuius res sunt, revertantur.

---

C. XLIV. g) Cf. Reg. L. I. c. 419.
C. XLV. h) Vid. hanc epist. canon. in Ballerin. Opp. Leon. M., Tom. III. p. 671.

C. XLV. 81) *revertatur:* (*ex:* deest): ibid.
Hild. Bal. 82) *omnibus foras*

C. XLVI. *Ex Concilio Meldensi, cap. XXI.* i) A. II. 43.

Investigandum, si nihil patrimonii habens presbyter, quando provectus est ad ordinem ecclesiasticum, postea emerit praedia, cuius iuris sint, quoniam [83]) ecclesiae esse debent. Unusquisque enim presbyter proprias res, quas post diem consecrationis acquisiverit, ecclesiae relinquat. Si autem alieno nomine res comparaverit, et ibi structuras fecerit, vel quae ad ecclesiam ibi Deo collocaverit, contra decreta canonum hoc malum agitur, quia sacrilegium est, et par crimen Iudae [84]) furis esse dignoscitur, qui sacras oblationes furabatur.

C. XLVII. *De feminis, quae religionis vestem domibus propriis mutaverint, si postea concubitum elegerint, quid agendum sit* k). A. II. 44.

De viduis et puellis, quae habitum religionis in domibus propriis tam a parentibus, quam per se mutaverint, et si postea contra instituta patrum vel praecepta canonum coniugia crediderint copulanda, tamdiu utrique habeantur a communione suspensi, quousque, quod illicite perpetraverint, emendent. Quod si emendare neglexerint, a communione vel omnium Christianorum convivio in perpetuo sint sequestrati.

C. XLVIII. *Epistola beati Gregorii Papae Bonifacio Archiepiscopo missa, in qua inter cetera ita legitur decretum de viduis* l): A. II. 45.

Viduas a proposito discedentes viduitatis, super quibus nos consulere voluit dilectio tua, frater carissime, credo te nosse a sancto Apostolo et a multis sanctis patri-

---

C. XLVI. i) Immo conflatum est hoc caput ex Reg. L. I. c. 222., 221. et 223.

C. XLVII. k) Bened. Capit. L. III. c. 338. (Conc. Paris. V., hab. ann. 615., c. 13.); cf. Reg. App. II. c. 35.

C. XLVIII. l) Neque inter Gregorii II., neque Gregorii III. ad Bonifacinm epistolas repertum est. Exstat autem in Bened. Capit. Add. IV. c. 88., cum eadem prorsus, ut his, inscriptione. Cf. Reg. App. II. c. 29.

C. XLVI. 83) *annon:* Hild. Bal. 84) deest ibid.

bus, nisi convertantur, olim esse damnatas, quas et nos apostolica auctoritate damnandas et a communione fidelium atque a liminibus ecclesiae arcendas fore censemus usque quo obediant episcopis suis, et ad bonum [85]), quod coeperunt, invitae aut voluntariae revertantur. De virginibus aut non velatis, si deviaverint, a sanctae memoriae praedecessore nostro Papa Innocentio †) taliter decretum habemus: *Hae vero, quae necdum sacro velamine tectae, tamen in proposito virginali semper se simulaverunt permanere, licet velatae non fuerint, si nupserint, his agenda aliquanto tempore poenitentia est, quia sponsio earum a Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonae fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solvi sine vindicta non poterit*, et cetera. Nam si virgines nondum velatae taliter poenitentia publica puniuntur, et a coetu fidelium usque ad satisfactionem excluduntur, quanto potius viduae, quae perfectioris aetatis et maturioris sapientiae atque consilii existunt, virorumque consortio multoties usae sunt, et velari se permiserunt, habitumque religionis assumserunt, et demum [86]) apostataverunt, atque ad prius [87]) vomitum [88]) sunt reversae, a nobis et ab omnibus fidelibus, a liminibus ecclesiae et coetu fidelium usque ad satisfactionem sunt eliminandae et carceribus tradendae, qualiter iuxta beatum Apostolum Paulum tradentes huiusmodi hominem satanae, ut spiritus salvus sit in die Domini. De talibus enim et Dominus per Moysen loquitur dicens ††): *Auferte malum de medio vestri.* De quibus et per Prophetam †††) ait: *Laetabitur iustus, cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatoris.* De talibus namque et eorum similibus atque eisdem consentientibus, quia non solum qui faciunt, sed etiam, qui facientibus consentiunt, rei sunt, Do-

†) *Epist. ad Victricium, c.* 13.
††) *Deut. c.* 13. *v.* 5.
†††) *Psalm. c.* 57. *v.* 11.

C. XLVIII. 85) *bannum:* emendavimus ex Bened.; *votum:* Hild. Bal. 86) *tamen:* Hild. Helmst. Bal. 87) *peius:* ibid. 88) sic

minus per eundem prophetam David loquitur dicens †): *Videbas furem, currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas*, et multa talia eorumque similia. Tales vero personae indubitanter adulterae esse manifestantur, quoniam, relicto immortali sponso, ad anteriorem, ut canes ad proprium sunt reversae vomitum, et apostatae factae illicitae ac sacrilega se contagione polluentes, viris mortalibus se conglutinantes [89]). Quae etiam iuxta eundem apostolum Paulum eo, quod viduitatis propositum dimiserunt, et fidem, quam cum Deo pepigerunt, frangere praesumserunt, atque primam fidem praevaricaverunt, sunt damnandae a nobis. Quae [90]) et a vobis atque a reliquis nostri ordinis viris, a singulis videlicet sua in dioecesi, a liminibus ecclesiae et a coetu fidelium usque ad satisfactionem, ut praedictum est, sunt eliminandae.

## C. XLIX. *Ne clerici viduarum familiaritati associentur.* A. II. 47.

### Ex Concilio Carthaginensi, cap. CII. [m])

Ad reatum episcopi pertinet vel presbyteri, qui parochiae praeest, si sustentandae praesentis causa adolescentiores viduae vel sanctimoniales clericorum familiaritatibus [91]) subiiciantur.

## C. L. *De viduis, quae ecclesiae stipendiis sustentantur.* A. II. 48.

### Ex eodem, cap. CIII. [n]).

Viduae, quae stipendio ecclesiae sustentantur, assiduae [92]) in Dei opere esse debent, ut et meritis et orationibus suis ecclesiam adiuvent.

---

C. XLIX. m) Statut. eccl. antiq. c. 68. (Conc. Carth. IV. c. 102.). — Coll. Vat. c. 355., Ans. ded. IV. 117. — Burch. VIII. 55., Decr. VII. 73. (B.), Dist. LXXXI. c. 33.

C. L. n) Statut eccl. ant. c. 69. (Conc. Carth. IV. c. 103.). — Coll. Vat. c. 353., Ans. ded. VI. 60., Sav. III. 262., Decr. VIII. 327., Dist. LXXXI. c. 34.

†) *Psalm. c. 71. v. 4.*

C. XLVIII. 89) *conglutinaverunt:* Bened. 90) *nobisque et a:* ibid.

C. XLIX. 91) *familiaritati:* Hild. Bal.

C. L. 92) *tam ass.:* add. orig. Coll. citt., *assidue:* Hild. Bal.

A. II. 49. C. LI. *De viduis, quae professam continentiam praevaricaverint.*

Ex eodem, cap. CIV. o).

Sicut bonum est castitatis praemium, ita [93]) maiori observantia et praeceptione custodiendum est, ut, si quae viduae, quamlibet adhuc in minoribus annis positae, et immatura [94]) aetate a viro relictae, se devoverint Deo et veste laicali abiecta sub testimonio episcopi et ecclesiae religioso habitu apparuerint, postea vero ad nuptias seculares transierint, secundum apostolum Paulum damnationem habebunt, quoniam [95]) fidem castitatis, quam Deo voverunt, irritam facere ausae sunt. Tales ergo personae sint Christianorum a communione alienae, quae etiam nec in convivio cum Christianis communicent. Nam si adulterae coniuges reatu sunt suis viris obnoxiae, quanto magis viduae, quae Deo religiositatem voverunt, crimine adulterii notabuntur, si devotionem, quam spontaneae Deo obtulerunt, libidinosa voluntate [96]) corruperint, atque ad secundas nuptias transitum fecerint, quae, etsi violentia irruente ab aliquo praereptae fuerint, ac postea delectatione libidinis permanere in coniugio raptori vel violento viro consenserint, damnatione superius comprehensa teneantur obnoxiae. De talibus enim dicit Apostolus †): *Cum enim luxuriatae fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.*

---

C. LI. o) Inter Stat. eccl. ant. ap. Baller. non exstat, attamen in Concilii, quod dicitur, Carthag. IV., editionibus est c. 104. — Burch. VIII. 39., Decr. VII. 58. (B.), Sav. III. 267., C. XXVII. q. 1. c. 1. — Cf. Reg. App. II. c. 15.

†) 1. *Tim. c.* 5. *v.* 11.

C. LI. 93) *et:* add. orig. Coll. citt. 94) *in matura:* Hild. Bal. Burch. Decr. Sav. 95) *sub testim. episcopi, et post ad seculum redierint, damnentur, quia fid.:* Hild. Bal. 96) *voluptate:* orig. App. Grat.

## C. LII. *De feminis, quae viduitatem professae sunt coram episcopo.* A. II. 50.

### Ex Concilio Arausicano, cap. XX. p).

Viduitatis servandae professionem coram episcopo in secretario habitam, imposita ab episcopo veste viduali minime esse violandam [97]), eius vero raptorem, vel ipsam talis professionis desertricem merito esse damnandam.

## C. LIII. *De virginibus, quae infra XXV annos necessitate cogente velantur.* A. II. 51.

### Ex Concilio Carthaginis Africae VIII, cap. XXVI. q)

Item placuit, ut, quicunque episcoporum necessitate periclitantis pudicitiae virginalis [98]), cum vel petitor [99]) vel raptor [100]) formidatur, vel si etiam aliquo mortis periculo [101]) scrupulo compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus aut his [102]), ad quorum curam pertinet, velaverit virginem intra XXV annos aetatis, non ei obsit concilium, quod de isto numero annorum constitutum est.

---

C. LII. p) Conc. Arausican., hab. ann. 441., c. 27. — Coll. Ans. ded. VI. 52. — Burch. VIII. 43., Decr. VII. 61. (B.), Pan. III. 201. (D.), C. XXVII. q. 1. c. 35. (P.). — Cf. Reg. App. II. c. 16.

C. LIII. q) In collectione Hispana hic canon est c. 26. Concilii Milevitani, quod sequitur ibidem post Conc. Carthag. VII., revera autem tribuendus est Concilio Carthag., hab. ann. 418., unde refert Dionys. c. 126., Cod. Hadr. c. 93. — Burch. VIII. 16., Decr. VII. 37. (B.), Pan. III. 191. (D.), omn.: *Ex Conc. Milevit.* c. 26.

C. LII. 97) Cod. Helmst. plane corruptam h. l. exhibent lectionem: *coram ep. reverentia et habitum impositum minime esse violandum,* quamobrem textum ex orig. emendavimus.

C. LIII. 98) *virginem velaverit:* Hild. ex arbitrio immutavit, Bal. 99) *potens:* add. orig. Coll. citt. 100) *aliquis:* add. ibid. 101) *periculoso:* ibid. 102) *hi:* Cod. Helmst. Bal. Male.

A. II. 52. C. LIV. *Non liceat mulieri sanctum velum acceptum dimittere* [r]).

Qualicunque modo mulier, permittente canonice viro suo, aut eo defuncto [103]), velum sanctum acceperit in caput, aut sponte aut invita [104]), in eo permaneat omnino nec dimittat.

A. II. 53. C. LV. *De corpus et sanguinem Domini accipientibus* [s]).

*Quicunque* †) *manducaverit panem vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini. Indigne* vel immoderate vel inordinate. *Reus*, id est, dignus, ut damnetur ab ipso sacrificio, qui tanti mysterium ut vile despexerit. Scriptum est: *Omnis mundus manducabit ea. Anima, quae peccaverit, ut immunda exterminabitur de populo suo. Indigne*, ut Dominus ait: *Si ante altare steteris, et ibi recordatus fueris* etc. Prius perscrutanda est conscientia, si in illo [105]) nos reprehendit, et sic [106]) offerre aut communicare debemus; quidam sane dicunt, quia [107]) non indignum, sed indigne accipientem revocet [108]) a sancto; si enim [109]) dignus indigne accedens retrahitur, quanto magis, qui non potest accipere digne. Unde oportet vitiosis [110]) cessare a vitiis, ut sanctum Domini corpus sancte percipiant [111]). *Probet autem*, id est, quaerat, si dignus sit. Qui enim manducat, dupliciter reus effectus est, praesumtionis scilicet et peccati. *Non diiudicans*, id est, non discernens a ceteris cibis. Ergo cum tanta sit plaga peccati atque impetus morbi, ut medicamenta corporis et sanguinis Domini differenda sint, aucto-

---

C. LIV. r) Bened. Capit. L. I. c. 180. (Pippini Capitul. Compend. ann. 757.. c. 14. (12. .

C. LV. s) Caput incertum.

†) *1. Cor. c. 11. v. 27.*

C. LIV. 103) *permitt. — defuncto:* des. Comp. 104) *accep. sponte (in cap., aut, aut invita:* des.): ibid.

C. LV. 105) *ullo:* Hild. Bal. 106) *post:* ibid. 107) deest (*Dominus:* add.): ibid. 108) *revocat:* ibid. 109) *sed si:* ibid. 110) deest ibid. 111) *percipias:* ibid.

ritate antistitis debet se quisque ab altario removere ad agendam poenitentiam, et eadem auctoritate reconciliari. Hoc est enim indigne accipere corpus et sanguinem Domini, si eo tempore accipiat, quo debet agere poenitentiam. Sancti namque ac religiosi et Deo acceptabiles antistites [112]) sub tectum Dei intrant, tunc ibidem Dominus per eos ingreditur tanquam Deum suscipiens [113]) Et quando pane vitae et poculo frueris, quando manducas, et bibis sanguinem Domini, tunc Dominus sub tectum tuum ingreditur. Ubi enim indigne ingreditur, ibi ad iudicium ingreditur illi accipienti.

C. LVI. *Si sacerdos moritur, quid de rebus ecclesiae observetur.* A. II. 56.

Ex Concilio Ilerdensi VIII Episcoporum gestum aera 584.[t]) [114]).

Licet de re huiusmodi, quam constituere salubri ordinatione decernimus, prisca auctoritas canonum nequaquam siluerit, sed evidenti sanctione praeceperit, ut cuiuscunque ecclesiae pontifice defuncto non passim pro libitu suo in earum rerum direptionem, quas obiens dereliquit, quisquis irruat domumque subvertat, sed sacerdos, qui exsequiarum tempore adest, omnia, quae ad utilitatem et conservationem pertinent, debet [115]) diligenti circumspectione munire, tamen, quia haec ipsa sanctio, quod peius est, a multis clericis cognoscitur violari, ita ut occumbente sacerdote, expectorato affectu totaque disciplinae severitate posthabita, immaniter, quae in domo pontificali reperiuntur, invadant et abstrahant, id nunc omnes huius placiti vel constituti inter nos censura placuit custodire, ut, defuncto antistite vel etiam adhuc in supremis agente, nullus clericorum cuiuslibet ordinis, officii vel gradus quidquam de domo

---

C. LVI. t) Hab. ann. 546., c. 16. — Ex Coll. Hispana, cuius est quoque chronologia.

C. LV. 112) *cum:* add. ibid. 113) *suscipiant:* ibid.
C. LVI. 114) *VIII. Ep. g. a.* 584.*:* des. Hild. Baſ. 115) *debeat:* Hisp.

auferre praesumat, vel de utilitate, quae instrumenti [116]) domus esse dignoscitur, id est [117]), mobili et immobili [118]) rei ecclesiasticae conetur invadere, nihil furto, nihil vi, nihil dolo supprimens, auferens atque abscondens. Sed is, cui domus commissa est, subiunctis sibi cum consilio cleri [119]) uno vel duobus fidelissimis, omnia usque ad tempus pontificis substituendi debeat conservare, vel his, qui in domo inveniuntur, clericis consueta alimonia [120]) administrare. Subditus [121]) autem antistes suscepta ea, prout discessor [122]) suus ordinavit vel huic Deus inspiraverit, uti cum his debeat [123]), quos cognoverit disciplinae et caritati decessoris sui fideliter paruisse. Quodsi quisquam post haec cuiuslibet ordinis, ut superius dictum est, clericus quacunque occasione de domo ecclesiae vel de omni facultate quippiam probatus fuerit abstulisse, vel forsitan dolo aliquo suppressisse, reus sacrilegii prolixiori anathemate condemnetur, ut vix quoque peregrina ei communio concedatur, quia durum est, ut hi, quos constat in servitio Domini cum primae sedis antistite desudasse, illorum, qui suarum rerum incubatores vel utilitatibus servientes atque vacantes fuisse noscuntur, despectibus aliquatenus crucientur.

A. II. 55. C. LVII. *De accusatis sacerdotibus sive etiam optimatibus palatii atque gardingis, sub qua eos iustitiae cautela examinari conveniat.*

Ex Concilio Toletano XIII, tit. II.[u]) [124])

Secundae [125]) collationis obiectu res nostro coetui lacrymanda occurrit, quae tanto [126]) est synodalis iudicii pondere abigenda, quanto immensam [127]) stragem populis

---

C. LVII. u) Hab. ann. 685.

C. LVI. 116) *instrumentum:* Hild. Bal. 117) deest (*de:* add.) ibid. 118) *mobilibus et immobilibus:* ibid. 119) *clerico:* ibid. 120) *consuetam alimoniam:* Hisp.; *alimenta:* Hild. Bal. 121) *substitutus:* Hisp. 122) *decessor:* ibid. 123) *debet* (*cum:* deest): Hild. Bal.
C. LVII. 124) *XIII. tit. II:* des. Hild. Bal. 125) *sed et:* ibid. 126) *magis:* add. ibid. 127) *maiorem:* ibid.

affert pariter et ruinam. Etenim decursis retro temporibus vidimus multos et flevimus ex palatini ordinis officio cecidisse, quos et violenta professio ab honore deiecit, et trabale regum sanctione iudicium aut morti aut ignominiae perpetuae subiugavit. Quod importabile malum et impietatis facinus exhorrendum religiosi principis nostri animus abolere intendens, generali omnium pontificum arbitrio retractandum invexit, et ultrici synodalis potentiae [128]) auctoritate cohibendum instituit. Unde congruam devotioni eius sententiam decernentes, hoc in commune decrevimus, ut nullus deinceps ex palatini ordinis gradu vel religionis sanctae conventu regiae subtilitatis astutia vel profanae potestatis instinctu, sive quorumlibet hominum malitiosae voluntatis obnisu, citra manifestum et evidens culpae suae indicium, ab honore sui ordinis vel servitio domus regiae arceatur, non antea vinculorum nexibus alligetur, non quaestioni aptetur [129]), non quibuslibet tormentorum vel flagellorum generibus maceretur, non rebus privetur, non etiam carceralibus custodiis mancipetur, neque adhibitis hinc inde iniustis occasionibus abdicetur, per quod illi violenta aut occulta vel fraudulenta professio extrahatur. Sed is, qui accusatur, gradum sui ordinis tenens et nihil ante de supradictorum capitulorum nocibilitate persentiens, in publica sacerdotum seniorumque atque etiam gardingorum discussione deductus et iustissime perquisitus, aut obnoxius reatui detectae culpae legum poenas excipiat, aut innoxius iudicio omnium comprobatus appareat. Illos tamen, quos in locis talibus manere constiterit, unde nocibilis perfugii suspicio fit, aut eos, quos pro conturbatione terrae diligentius oporteat custodire [130]), hos sine aliquo vinculorum vel iniuriae damno sub libera custodia consistere oportebit; sic tamen, repulso omni terrore, sub circumspecta et diligenti custodia habeantur, ut tempus, quo iudicari eos oporteat, nullo modo sub fraudulentia dilatetur, quo ab uxoribus vel propinquis atque etiam rebus suis

---

C. LVII. 128) *poenitentiae:* 130) *custodiri:* ibid. ibid. 129) *subdatur:* Hisp.

diutissime separati, professionem suam videantur dedisse inviti, quae tamen etsi data fuerit, modis omnibus non valebit, sed iuxta superiorem ordinem illud pro vero accipietur, quod ex ore eius agnitum [131]) generali fuerit iudicio comprobatum. Nam et de ceterorum ingenuorum personis, qui palatinis officiis non haeserunt [132]), et tamen ingenuae dignitatis titulum reportare videntur, similis ordo servabitur, qui etiamsi pro culpis minimis, ut adsolet, flagellorum ictibus a principe verberentur, non tamen ex hoc aut testimonium amissuri sunt, aut rebus sibi debitis privabuntur. Quodsi de infidelitatis crimine quidquam eis obiicitur, simili, ut superius praemissum est, ordine iudicandi sunt. Quod synodale decretum divino, ut confidimus, spiritu promulgatum, si quis regum deinceps aut temeranter custodire neglexerit, aut malitiose praeterire praeelegerit, quo quisque de personis taxatis aliter quam praemissum est, praedamnetur, aut ex factione coniectae in eum [133]) malitiae perimatur, vel deiectus sui ordinis loco privetur, sit [134]) cum omnibus, qui ei ex delectatione consenserint, in conspectu altissimi Dei patris et unigeniti Filii eius atque Spiritus sancti perenni anathemate ultus, et divinis vel aeternis addicetur [135]) ardoribus concremandus. Et insuper quidquid contra hanc regulam sententiae nostrae aut in persona cuiusquam fuerit actum, aut de rebus accusatae personae exstiterit iudicatum, nullo vigore subsistat, quo persona ipsa aliter, quam decernimus, iudicata aut testimonii sui dignitatem amittat, aut quaestu rei propriae careat. Nec tamen per haec et huiusmodi statuta principibus [136]) domesticae correptionis [137]) potestas adimitur. Nam specialiter de laicis illis, quos non culpa infidelitatis adstringit, sed aut servitii sui officio torpentes, aut in commissis sibi actibus reperiuntur esse mordaces

---

C. LVII. 131) *genitum:* ibid. 132) *conferunt:* Hild. Bal. (*efert:* Cod. Helmst.) 133) *aut astu coniestae mal.* (*ex fact., in eum:* des.): Hisp. 134) *et:* Hild. Bal. 135) sic Hisp., *abdicatur:* Helmst. Hild. Bal. 136) *Nec enim haec et talia promentes, Princ.*: Hisp. 137) *correctionis:* ibid.

vel potius negligentes, erit principi licitum, huiusmodi personas absque aliqua eorum infamia, vel rei propriae damno et servitii mutatione corrigere, et in locum [138]) talium alios, qui placeant, transmutare.

C. LVIII. *Ne sine accusatore legitimo quispiam condemnetur.* A. II. 56.

Ex Concilio Toletano VI., tit. XI. [v])

Dignum est, ut vita innocentium [139]) non maculetur pernicie accusantium, adeo [140]), quisquis a quolibet criminatur, non ante accusatus supplicio dedicetur [141]), quam accusator praesentetur, atque legum et canonum sententiae exquirantur [142]), ut [143]), si indigna ad accusandum persona invenitur, ad eius accusationem non iudicetur [144]), nisi ubi pro capite regiae maiestatis causa versatur. Remotis igitur ab inimicitiis, ab insidiis alienis, a mendaciis, remotis ab omni genere flagitiorum sive facinorum, ipsis scilicet presbyteris, qui accusati fuerint, quomodo etiam convincantur, aut quomodo defendantur, apostolus Paulus ad Timotheum loquitur dicens †): *Adversus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccantem coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant.* Dominus in evangelio Iudaeis dicit ††): *In lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est.* De accusatoribus vero clericorum in canonibus satis invenitur, et maxime in Carthaginensi

---

C. LVIII. v) Hab. ann. 639. — Coll. Dach. II. 22. — Burch. XVI. 5.: *Ex decret. Felicis*, c. 15., C. III. q. 9. c. 9.

†) 1. *Tim. c.* 5. *v.* 19. 20.
††) *Ioh. c.* 8. *v.* 17.

C. LVII. 138) *in commissos tal.:* ibid.

C. LVIII. 139) *innocentis:* Coll. citt. 140) *ideo:* Hisp. Dach. Grat. 141) *detur:* Dach. Grat. 142) *atque, ut et canonum sententia erit, exquiratur:* Burch. — *Sententia exquiratur:* Grat. 143) *quod:* Dach. Grat 144) Quae sequuntur, desunt in Coll. citt. Verba: *Remotis igitur* usque ad finem, non exstant in Concilio Tolet., sed et alias fons eorum frustra quaesitus est.

Concilio, ut accusatoris quaeratur fides et conversatio †): *Si autem presbyteri et diaconi fuerint accusati, adiuncto sibi ex vicinis locis proprius episcopus legitimo numero collegarum, quos ab eodem accusari petierint, una secum in presbyteri nomine sex, in nomine diaconi tres, ipsorum causas discutiant.*

---

†) *Conc. Carthag. III. c.* 8.

# APPENDIX II.*)

C. I. *Ne oblationes alibi fiant, quam in ecclesia* [a]). A. I. 29.

Si quis oblationes ecclesiae extra ecclesiam accipere vel dare voluerit praeter conscientiam episcopi vel eius, cui huiuscemodi officia commissa sunt, nec cum eius voluerit agere consilio, anathema sit.

C. II. *Contra eos, qui dicunt, S. Gregorium Papam Romanum ad interrogationem Augustini Cantuariorum episcopi rescripsisse, consanguinitatis quarta generatione contracta matrimonia solvi minime debere.* A. I. 30.

Excerptum ex vita S. Gregorii, L. II. cap. 37 [b]).

Gregorius Papa Romanus, requisitus ab Augustino Anglorum gentis episcopo, ad quotam usque generationem fideles debeant copulari, dispensatorie sic rescripsit: Quaedam terrena lex in Romana republica permittit, ut, sive fratris et sororis [1]), seu duorum fratrum germanorum, vel duarum sororum filius et filia misceantur. Sed experimento

---

App. II. *) Qui sequuntur canones, in Codd. Guelph. Vienn. Paris. prioribus XXVIII. Appendicis I. capitibus adiuncti sunt, quos tamen quum seriori tribuendos esse tempori constet, quam quae in App. I. continentur capita, separatim ad Appendicem II. referendos censuimus. — Cf. ad Reg. App. I. c. 29. not. 48.

C. I. a) Conc. Gangrens., hab. circa ann. 355., c. 7. (interpr. Dionys.). — Coll. Dach. II. 56., Ans. ded. X. 77. — Burch. III. 144., Decr. III. 209. (B.); cf. Reg. L. II. c. 287. — Bened. Capit. L. III. c. 7.

C. II. b) Iohann. Diaconi Vita Gregor. M., L. II. c. 38. — Excerpt. Egberti, c. 130. 131. — Burch. VII. 19. 20., Decr. IX. 55. 56. (B.), Pan. VII. 71. 72. (D.), omn.: *Ex epistola Ioannis Constantinop. episcopi ad Felicem Ep. Siciliae*, C. XXXV. q. 2. et 3. c. 20.: *Gregorius ad Augustinum Anglorum Episcopum*, c. 6.

C. II. 1) sic orig. Grat.; *frater et soror:* Codd. o., Coll. citt.

didicimus, ex tali coniugio sobolem non posse succrescere, unde necesse est, ut iam quarta vel sexta [2]) generatio fidelium licenter sibi iungi debeat. Nam in secunda, quam praediximus, omnino debet abstineri [3]). Verum post multum temporis a Felice Messanae [4]) Siciliae praesule requisitus, utrum Augustino scripserit, ut Anglorum quarta generatione contracta matrimonia minime solverentur, humillimus pater Gregorius inter cetera talem dedit rationem: Quod scripsi Augustino Anglorum gentis episcopo, alumno videlicet tuo, ut recordaris, de sanguinitatis [5]) coniunctione, ipsi et Anglorum genti, quae nuper ad fidem venerat, ne a bono, quod coeperat, metuendo austeriora, recederet, specialiter et non generaliter me scripsisse cognoscas. Unde et mihi omnis Romana civitas testis exsistit. Nec in ea intentione haec illis scripsi mandata, ut, postquam firma radice in fide solidati fuerint, si infra propriam consanguinitatem inventi fuerint, non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est, usque ad septimam generationem, iungantur, sed adhuc illos neophytos existentes, saepissime eos prius illicita docere, et verbis ac exemplis instruere, et, quae post de talibus egerint, rationabiliter et fideliter excludere oportet. Nam iuxta Apostolum, qui ait †): *Lac vobis dedi, non* [6]) *escam*, ista illis modo, non posteris, ut praefixum est, temporibus tenenda indulsimus, ne bonum, quod infirma adhuc radice plantatum erat, exureretur, sed aliquantum firmaretur, et usque ad perfectionem custodiretur. Haec ergo Iohannes idcirco perstringenda curavi, ut hi, qui occasione novae dispensationis illicita matrimonia contrahunt, eruditissimum virum non regulariter quartae generationis copulam censuisse, immo venialiter simulque temporaliter permisisse cognoscant.

---

†) *1. Cor. c. 3. v. 2.*

C. II. 2) sic omn. Codd., *quarta et quinta:* Coll. citt., *tertia et quarta:* orig. 3) *nam — abstineri:* des. Coll. citt. 4) *Mesenae:* codd. 5) *consanguinitatis:* orig. Coll. citt., *sanguinis:* Grat. 6) *dedimus esc.:* Bal., *in esc.:* Hild., *dedi vobis potum, non e.:* orig. Coll. citt.

C. III. *De presbyteris vel diaconibus ab uno episcopo non deponendis.* A. I. 31.

### Ex Concilio Toletano, cap. XIII [c]).

Comperimus [7]), quendam Fragitanum Cordubensis ecclesiae presbyterum a pontifice suo iniuste olim deiectum et innocentem exilio condemnatum, quem rursum ordini suo restituentes, id denuo adversus praesumtionem nostram decrevimus, ut iuxta priscorum patrum synodalem sententiam, nullus nostrum sine concilii examine deiiciendum quemlibet presbyterorum vel diaconorum [8]) audeat. Episcopus enim sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest. Presbyter profecto nec ab uno damnari, nec uno iudicante poterit honoris sui privilegio denudari [9]), sed praestanti [10]) synodali iudicio, quod canon de illis praeceperit, finiendum est [11]).

C. IV. *Ut Abbates in potestate episcoporum sint, et de monachis vagis.* A. I. 32.

### Ex Concilio Aurelianensi, cap. XV [d]).

Abbates pro humilitate religionis in episcoporum potestate consistant, et si quid extra regulam fecerint, ab episcopis corrigantur, qui semel in anno, in loco, ubi episcopus elegerit, accepta vocatione conveniant. Monachi autem abbatibus omni obedientia et devotione subiaceant. Quodsi quis per contumaciam exstiterit indevotus, ac per loca aliqua vagari aut peculiare aliquid habere praesumserit, omnia, quae acquisiverit, ab abbatibus auferantur secundum regulam monasterio profutura. Ipsi autem, qui fuerint pervagati [12]), ubi inventi fuerint, cum auxilio epi-

---

C. III. c) Immo Conc. Hispal. II., hab. ann. 619., c. 6. — Coll. Abbon. Flor. c. 12., C. XV. q. 7. c. 1.

C. IV. d) Conc. Aurel. I., hab. 511., c. 21. — Burch. VIII. 67., Decr. VII. 85. (B.), C. XVIII. q. 2. c. 16.

C. III. 7) *sexta actione comp.:* add. orig. Coll. citt. 8) *presbyterum vel diaconum:* ibid. 9) *privilegiis exui:* ib. 10) *praesentati:* ibid. 11) deest Bal., *definiri:* orig. Coll. citt. C. IV. 12) *provagati:* Bal.

scopi tanquam fugaces sub custodia revocentur, et reum se ille abbas futurum esse cognoscat, qui in huiusmodi personis non regulari animadversione distrinxerit, vel qui monachum susceperit alienum.

A. I. 33. C. V. *De discretione potestatis episcoporum, quam in monasteriis habere possunt.*

Ex Concilio Toletano IV., cap. LI. [e])

Nunciatum est praesenti concilio, quod monachi episcopali imperio servili opere mancipentur et iura monasteriorum contra constituta [13]) canonum illicita praesumtione usurpentur, ita ut pene ex coenobio possessio fiat, atque illustris portio Christi ad ignominiam servitutemque perveniat. Quapropter monemus [14]), qui ecclesiis praesunt, ut ultra talia non praesumant, sed hoc tantum in monasterio sibi vindicent [15]) sacerdotes, quod praecipiunt canones, id est, ad conversationem sanctam praemonere [16]) abbates, aliaque officia constituere, atque extra regulam facta [17]) corrigere [18]). Quodsi aliqui in monachis canonibus interdictum praesumserint, aut usurpare quippiam de monasterii rebus tentaverint, non deerit ab illis sententia excommunicationis, qui se deinceps nequaquam subtulerint ab illicitis.

A. I. 34. C. VI. *De his, quos parentes ab infantia clericatus officio manciparunt, si postea voluntatem habeant nubendi.*

Ex Concilio Toletano, cap. CXIX. [f])

De his, quos voluntas parentum a primis infantiae annis divinis ministeriis tradiderit, id statuimus observan-

---

C. V. e) Hab. ann. 633.

C. VI. f) Concil. Tolet. II., hab. ann. 527., c. 1. — Ans. VII. 50., Dist. XXVIII. c. 5.

C. V. 13) *instituta:* orig. ibid. 14) *eos:* add. ibid. 15) *iudicent:* Paris. 16) *praeponere:* ibid. 17) *acta:* orig. 18) *colligere:* Paris.

dum, ut mox detonsi vel ministerio lectorum [19]) traditi fuerint, in domo ecclesiae ab [20]) episcopali praesentia a praeposito sibi debeant erudiri. Liberum tamen propriae voluntatis arbitrium habeant, ubi se clericatus officio mancipari elegerint [21]). At, ubi octavum decimum aetatis suae annum compleverint, coram totius cleri plebisque conspectu voluntas eorum de expetendo coniugio ab episcopo perscrutetur [22]). Quibus si gratia castitatis, Deo inspirante, placuerit, et professionem castimoniae suae absque coniugali necessitate [23]) spoponderint servaturos, hi, tanquam appetitores arctissimae vitae, levissimo Domini iugo subdantur, ac primum subdiaconatus ministerium habeant, quod a probatione [24]) professionis suae a vicesimo anno suscipiant. Quodsi inculpabiliter ac inoffense vicesimum quintum aetatis suae annum peregerint, ad diaconatus officium, si id scienter implere posse ab episcopo comprobantur, promoveri possunt.

C. VII. *Ut diaconus ante XXV annos, et sacerdos ante XXX non ordinetur.* A. I. 35.

Ex Concilio Arelatensi III., cap. I. [g])

Et quia in ordinandis clericis antiquorum patrum statuta non ad integrum, sicut expedit, observata esse cognoscitur, ne forte quorumcunque importunis et inordinatis precibus sacerdotes Domini fatigentur, et ea, quae toties sunt praecepta, transgredi compellantur, hoc inter se observandum esse definiunt, ut nullus episcoporum diaconum, antequam XXV annos impleat, ordinare praesumat. Episcopatus vero vel presbyteratus honorem nullus laicus ante praemissam conversionem, vel ante XXX aetatis annos accipiat.

---

C. VII. g) Hab. ann. 524. (sec. Sirmond.: Arel. IV.).

C. VI. 19) *quum tr.:* add. orig. 20) *sub:* ibid. Coll. citt. 21) *Liberum—elegerint:* des. orig. Coll. citt. 22) *praesentetur:* Guelph. Vienn. 23) *se:* add. orig. 24) *minist.*, *habita probatione:* orig. Coll. citt.

A. I. 36. C. VIII. *Ut digami vel poenitentes vel repudiatarum mariti ad sacerdotium non promoveantur.*

Ex eodem, cap. III. h)

Nullus poenitentem, nullus digamum, vel internuptarum maritos in praedictis honoribus audeat ordinare, et, licet haec iam prope omnium canonum instituta constiterint [25]), tamen ne cuicunque sacerdotum supplicantium [26]), sicut iam diximus, importunitas vel suggestio iniqua surripiat, necesse fuit, ut nunc severiorem regulam sibi velint Domini sacerdotes imponere. Et ideo, quicunque ab hac die contra ea, quae superius sunt comprehensa, clericum ordinare praesumserit, ab ea die, qua hoc ei potuerit approbari, anno integro missas facere non praesumat; quam rem si quis observare noluerit et contra consensum fratrum faciens, missas celebrare [27]) praesumserit, ab omnium fratrum caritate noverit se alienum, quia dignum est, ut severitatem ecclesiasticae disciplinae sentiat, qui salubriter a sanctis patribus instituta observare contemnit.

A. I. 37. C. IX. *Qua aetate diaconi ordinentur.*

Ex Concilio Agathensi, cap. XVI. i) [28])

Episcopus vero benedictionem diaconatus minoribus viginti et quinque annis penitus non committat. Sane si coniugati iuvenes consenserint ordinari, etiam uxorum voluntas ita requirenda est, ut, sequestrato mansionis cubiculo, religione praemissa, posteaquam pariter conversi fuerint, ordinentur.

---

C. VIII. h) Cf. Burch. II. 33., Decr. VI. 134. (B.), Pan. III. 59. (D.). — Dist. LV. c. 2.

C. IX. i) Hab. ann. 506.

C. VIII. 25) *contineant:* des. Paris. orig. Grat. 26) *supplicandum:* Bal. 27) *facere — celebrare:* C. IX. 28) *capitulo XIII.* (*Ex C. Agath.:* des.): Paris.

C. X. *Qua aetate episcopi vel presbyteri consecrentur.* A. I. 38.

Ex eodem, cap. XVII.[k])

Presbyterum vero vel episcopum ante XXX annos, id est, antequam ad viri perfecti aetatem perveniat, nullus metropolitanorum ordinare praesumat, ne per aetatem, quod aliquoties evenit, aliquo errore culpentur[29]).

C. XI. *De legitima aetute ordinandi presbyteros.* A. I. 39.

Ex canonibus orientalium antiquorum patrum, cap. XX.[l])

Si quis XXX aetatis suae non impleverit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etsi valde sit dignus, quia ipse Dominus[30]) tricesimo anno baptizatus est, et sic coepit docere. Oportet ergo eum, qui ordinandus est, usque ad hanc aetatem legitimam conservari.

C. XII. *De ordinatione episcoporum.* A. I. 40.

Ex Concilio Toletano IV., cap. XIX.[m])

Perniciosa consuetudo nequaquam est[31]) reticenda, quae, maiorum statuta praeteriens, omnem ecclesiae ordinem perturbavit, dum alii per ambitum sacerdotium appetunt, alii oblatis muneribus pontificatum assumunt, nonnulli etiam sceleribus implicati vel seculari militiae dediti, indigni ad honorem summi ac sacri ordinis pervenerunt, de quorum scilicet causa[32]) atque remotione oportuerat quidem statuendum. Sed ne perturbatio quam plurima ecclesiae oriretur, praeteritis omissis, deinceps qui non

---

C. X. k) Coll. Ans. ded. IV. 18. — Burch. II. 9. (Reg. A.), Decr. VI. 29. (B.), Pan. III. 28. (D.).

C. XI. l) Capp. Martini Bracar. Episc., c. 20. (Conc. Neocaes., c. 11.). — Burch. II. 10. (Reg. A.), Decr. VI. 30. (B.), Pan. III. 29. (D.), omn.: *Ex decretis Fabiani.*, Dist. LXXVIII. c. 1., *Bonifacio* tribuit. Cf. Reg. L. I. c. 421.

C. XII. m) Hab. ann. 633. — Coll. Ans. ded. II. 54., Sav. I. 52. (Ans. d.).

C. X. 29) *detineantur:* Coll. citt.

C. XI. 30) *in:* add. Bal.

C. XII. 31) deest Bal. 32) *casu:* orig. (sed: *causa:* Pseudoisid. ap. Merl.).

promoveantur [33]) ad sacerdotium, ex regulis canonum necessario credimus inserendum, id est, qui in aliquo crimine detecti sunt, qui infamiae nota aspersi sunt [34]), qui scelera aliqua per publicam poenitentiam admisisse confessi sunt, qui in haeresin lapsi sunt, qui in [35]) haeresi baptizati aut rebaptizati esse noscuntur [36]), qui semet ipsos absciderunt, aut naturaliter [37]) membrorum defectu vel de sectione aliquid minus habere noscuntur, qui secundae uxoris coniunctionem sortiti sunt, aut numerosa coniugia frequentaverunt, qui viduam vel a marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas ad fornicationes habuerunt, qui servili conditioni obnoxii sunt, qui ignoti sunt, qui neophyti vel laici sunt, qui seculari militiae dediti sunt, qui curiae nexibus obligati sunt, qui inscii literarum sunt, qui nondum ad triginta annos pervenerunt, qui per gradus ecclesiasticos non accesserunt, qui ambitu honorem quaerunt, qui muneribus honorem obtinere moliuntur, qui a decessoribus in sacerdotium eliguntur. Sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clerus nec populus propriae civitatis elegit [38]), nec auctoritas metropolitani vel comprovincialium sacerdotum assensio [39]) exquisivit. Quicunque igitur deinceps ad ordinem sacerdotii postulatur, et in his, quae praedicta sunt, exquisitus, in nullo horum deprehensus fuerit, examinatus, probabili vita atque doctrina extiterit, tunc secundum synodalia vel decretalia constituta cum omnium clericorum vel civium voluntate ab universis comprovincialibus episcopis, aut certe a tribus in sacerdotium die dominica consecrabitur, conniventibus literis suis ceteris, qui absentes sunt, et magis auctoritate vel praesentia eius, qui est in metropoli constitutus. Episcopus autem cum comprovincialibus consecrandus est, ubi metropolitanus elegerit; metropolitanus autem non nisi in civitate metropoli, comprovincialibus ibidem convenienti-

---

C. XII. 33) *primoventura:* Guelph. Vienn., *venturi sunt tales:* Hild. (ex Guelph.) 34) *persistunt:* Guelph. Vienn. 35) *haeresin — in:* des. Bal. 36) *notantur:* ibid. 37) *naturali:* orig. 28) *elegerit:* Bal. 39) *accessio:* ibid.

bus. Si quis autem deinceps contra praedicta vetita canonum ad gradum sacerdotii indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit.

### C. XIII. *Ut viduae non velentur.* A. I. 41.

Ex generalibus decretis Gelasii Papae [n]).

Viduas autem velare pontificum nullus attentet, quod nec auctoritas divina delegat, nec canonum forma praestitit. Non est ergo penitus usurpandum, eisque sic ecclesiastica inferenda praesidia, ut nihil committatur illicitum.

### C. XIV. *Quod viduae, ut supra dictum est, non velentur. Sed, si professam continentiam proposito mutato calcaverint, ipsae pro se Deo rationem reddant.* A. I. 42.

Cap. XXI. eiusdem [o]).

Nam de viduis sub nulla benedictione velandis superius late sufficienterque diximus [40]), quia [41]) si propria voluntate professam pristini coniugii castitatem mutabili mente calcaverint, periculi earum intererit [42]), quia, iuxta Apostolum, primam fidem irritam fecerunt, quali Deum debeant satisfactione placare. Sicut enim, si se forsitan continere non poterant, secundum Apostolum nullatenus nubere vetabantur, sic habita secum deliberatione promissam Deo pudicitiae fidem debuerunt custodire, nos autem nullum talibus laqueum debemus iniicere, sed solum adhortationes praemii sempiterni poenasque proponere divini iudicii, ut nostra sit absoluta conscientia, et illarum pro se Deo rationem reddat intentio. Cavendum est, quippe quod de earum moribus actibusque Paulus testatur Aposto-

---

C. XIII. n) Gelas. Epist. ad. episcopos per Lucan., scr. ann. 494., c. 15. (ap. Dionys. inter decreta Gelasii, c. 13.). Cf. Reg. L. II. c. 176.

C. XIV. o) Eiusd. c. 23. (ap. Dionys. c. 21.). — Coll. Ans. ded. VI. 51. — Burch. VIII. 34. (Reg. A.), Decr. VII. 53. (B.), C. XXVII. q. 1. c. 42.

C. XIV. 40) *disserendum* Coll. citt. 42) *eius intererint:* *duximus:* Bal. 41) *quae:* orig. Bal.

lus. Quod planius [43]) exponere praeterimus, ne sexus instabilis non tam deterreri, quam admoneri videatur.

A. I. 43. C. XV. *De viduis, quae post professam continentiam praevaricaverint.*

Concilium Carthaginis Africae quartum, habitum ab Episcopis numero CCXIV., aera CCCCXXXVI. [o])

Sicut bonum est castitatis praemium, ita et maiori observantia et praeceptione custodiendum est, ut, si quae viduae, quamlibet adhuc in minoribus annis positae, et immatura aetate a viro relictae, se devoverint Deo, et, veste laicali abiecta, sub testimonio episcopi et ecclesiae religioso habitu apparuerint, postea vero ad nuptias seculares transierint, secundum apostolum Paulum damnationem habebunt, quoniam fidem castitatis, quam Deo voverunt, irritam facere ausae sunt. Tales ergo personae alienae sint [44]) a Christianorum communione, quae nec in convivio cum Christianis communicent. Nam si adulterae coniuges reatu sunt suis viris obnoxiae, quanto magis viduae, quae Deo religiositatem voverunt, crimine adulterii notabuntur, si devotionem, quam spontaneae Deo obtulerunt, libidinosa voluptate corruperint, atque ad secundas nuptias transitum fecerint; quae, etsi violentia irruente ab aliquo praereptae fuerint, ac postea delectatione libidinis permanere in coniugio raptori vel violento viro consenserint, superius damnatione comprehensa [45]) teneantur obnoxiae. De talibus enim ait Apostolus †): *Cum enim luxuriatae fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* Aurelius episcopus Carthaginensis ecclesiae subscripsi. Donatianus Teleptensis primae sedis.

---

C. XV. o) Sic in Hispana, in qua canon noster est huius Conc. c. 104.; cf. Reg. App. I. c. 51.

†) 1. *Tim. c.* 5. *v.* 11.

C. XIV. 43) *plenius:* orig. Coll. citt. C. XV. 44) *sunt:* Bal. 45) *cum praesente:* ibid.

C. XVI. *De feminis, quae viduitatem professae sunt coram Episcopo.* A. I. 44.

Concilium Arausicum XIV. Episcoporum, habitum aera CCCCLXXVII. titulo primo, cap. XXVII. p)

Viduitatis servandae professionem coram episcopo in secretario habitam, imposita ab episcopo veste viduali, non esse violandam, eius vero raptorem[46]) vel ipsam talis professionis desertricem merito esse damnandam.

C. XVII. *Incipiunt capitula, quae in Dei nomine sancta Synodus in Toletana urbe confecit, cap. X.* q) A. I. 45.

Pro consulto castitatis, quod maxime hortamento Concilii proficere debet, annuente glorioso Domino nostro Reccaredo rege, hoc sanctum affirmat Concilium, ut viduae quibus placuerit tenere castitatem, nulla vi ad nuptias iterandas venire cogantur. Quodsi, priusquam profiteantur continentiam, nubere elegerint, illis nubant, quos propria voluntate voluerint habere maritos. Similis conditio et de virginibus habeatur, nec contra*) voluntatem parentum vel suam cogantur maritos accipere. Si quis vero propositum castitatis viduae vel virginis impedierit, a sancta communione et a liminibus ecclesiae habeatur extraneus.

C. XVIII. *De viris ac feminis sacris propositum transgredientibus sacrum.* A. I. 46.

Concilium Toletanum r).

Proclivis cursus est a voluntate*) et imitatrix natura

---

C. XVI. p) Sic item in Hispana. — (Conc. Araus. I. hab. ann. 441.). Cf. Reg. App. I. c. 52.

C. XVII. q) Conc. Tolet. III., hab. ann. 589. — Burch. VIII. 44. (Reg. A.), Decr. VII. 62. (B.).

C. XVIII. r) Conc. Tolet. VI., hab. ann. 638., c. 6. — Coll. Ans. ded. VI. 33. — Burch. VIII. 14. (Reg. A.), Decr. VII. 35. (B.), C. XX. q. 3. c. 2.

C. XVI. 46) sic orig. — *Roborem:* Codd., *repudiatorem.* Pseudoisid. ap. Merl., *robatorem:* mavult Bal. (ed. Regin. pag. 595.).

C. XVII. *) *citra:* Bal.

C. XVIII. *) *ad voluntatem:* orig. (*voluptatem:* Grat.)

vitiorum, quamobrem quisquis virorum vel mulierum habitum induerint semel, vel induerunt spontanee religiosum, aut si vir deditus ecclesiae choro vel femina fuerit, aut fuit delegata puellarum monasterio, in utroque sexu praevaricator ad propositum invitus reverti cogatur, ut vir detondeatur, et puella monasterium ingrediatur. Si autem quolibet patrocinio desertores permanere voluerint, sacerdotali sententia a Christianorum coetu habeantur extorres, ut nec locus ullus eis *) sit communis. Viduas quoque universalis iamdudum statuit synodus professionum vel habitus sui desertrices, ut superiori sententia condemnentur.

A. I. 47. C. XIX. *Ut viduae vel virgines continentiam professae non nubant.*

Item eiusdem Papae Gelasii ad Sicilienses Episcopos [s]).

Neque viduas ad nuptias transire patimur, quae religioso proposito diuturna observatione permanserint. Similiter virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in monasteriis aetatem peregisse contigerit [47]).

A. I. 48. C. XX. *De his, qui velatas Deo consecratas in coniugium duxerint.*

Cap. XXIII. [t])

Si quis sacro velamine consecratam in coniugium duxerit, et post dicatum Deo propositum incesta foedera sacrilegaque miscuerit, ut in constitutis Gelasii Papae cap. XX. †) legitur, protinus aequum est, a sacra communione detrudi, et nisi per publicam probatamque poenitentiam

---

C. XIX. s) Immo Symmach. Epist. ad Caesarium, scr. ann. 502., c. 5. — Burch. VIII. 46. (Reg. A.), Decr. VII. 64. (B.), Pan. III. 202. (D.), C. XXVII. q. 1. c. 3. (D.), omn.: *Ex decreto Galasii P. ad Sicil. Epp.*

C. XX. t) Conc. Triburiens., hab. ann. 895. — Burch. VIII. 38. (Reg. A.), Decr. VII. 57. (B.), C. XXVII. q. 1. c. 17. (D.), omn.: *Ex Conc. Aurel.*

†) *i. e. apud Dionys.*

C. XVIII. *) *ut nec locutio cum eis ulla:* orig.

C. XIX. 47) *constiterit:* Bal.

omnino non recipi. Si tamen poenituerint[48]), transeuntibus de seculo viaticum non negetur. In Chalcedonensi Concilio cap. XVI.: *Hoc perpetrantes excommunicentur, confitentibus auctoritate episcopi misericordia largiatur.* In epistola Papae Siricii †) cap. VI.: *Velatae Deo consecratae, si abiecto proposito sanctitatis clanculum sacrilega contagione se miscuerint, vel de illicitis complexibus publice et libere filios procreaverint, has impudicas detestabilesque personas a monasteriorum coetu et ecclesiarum conventibus eliminandas esse iudicatum est, quatenus retrusae ergastulis, tantum facinus continua lamentatione defleant.* Unde verbo Domini et canonica auctoritate in hac sancta synodo praecipimus, ut omnino separentur et iuramento colligantur, ulterius sub uno non cohabitare tecto, nec familiari frui colloquio, excepto in ecclesia et publico, aut pariter ullam habere communionem, unde suspicio illecebrosi desiderii, aut scandalum libidinosi facti iuste possit oriri. Si quae etiam inter se dividenda sunt, dividant et uterque sua provideat.

### C. XXI. *De viduis velatis.* A. I. 49.

### Gelasii Papae[u]).

Viduas autem velare pontificum nullus attentet, prout constitutum est in decretis Gelasii cap. XIII. ††), quod nec auctoritas divina, nec canonum forma praestituit[49]). Quae si propria voluntate continentiam professa, ut in eiusdem Gelasii cap. XXI. †††) legitur, eius intentio pro se reddat rationem Deo, quia, sicut secundum Apostolum, si se continere non poterat, nullatenus nubere vetabatur, sic, secum habita deliberatione, promissam fidem pudicitiae

C. XXI. u) Immo Conc. Tribur. c. 25. — Burch. VIII. 36. (Reg. A.), Decr. VII. 55. (B.) Pan. III. 197. (D.), omn.: *Ex Concil. Moguntino, c.* 6., C. XXVII. q. 1. c. 8.: *Ex Conc. Martini P.*

†) *ad Himerium Turracon. Ep. (ap. Dion. c. 15.).*
††) *ap. Dionys.*
†††) *item ap. Dion.*

C. XX. 48) *poenituerit:* Bal. Decr. Pan.
C. XXI. 49) *praestitit:* Burch.

Deo debet custodire. Qua auctoritate paterna suffulti sententiae in hoc sacro conventu sancimus et libere iudicamus, quod, si sponte velamen, quamvis non consecratum sibi imposuerit et in ecclesia inter velatas oblationem Deo obtulerit, velit nolit, sanctimoniae habitum ulterius habere debet, licet sacramento confirmare velit, eo tenore et ratione velamen sibi imposuisse, ut iterum posset deponere.

A. I. 50. C. XXII. *De viduis velatis.*

Ex Concilio Africano, cap. LXXXIX. [v])

Vidua quidem, quae sacrum velamen capiti imposuerit, et inter ceteras velatas feminas in ecclesia oraverit et oblatianem cum illis obtulerit, professa est, in eodem habitu permanere, spondens nunquam religionis deponere velamen, a religionis observantia discedere non praesumat. Optamus sanctitatem vestram in Christo bene valere.

A. I. 51. C. XXIII. *De viro contra voluntatem uxoris in monasterium ingresso, etiamsi tonsuratus fuerit, uxori omnino reddendo.*

Ex Registri P. I. cap. CLXXX., ad Adrium Notarium Panormi [w]).

Agathosa, latrix praesentium, questa est, maritum suum contra voluntatem suam in monasterio Urbici abbatis esse conversum. Quod quia ad eiusdem abbatis culpam et invidiam pertinere non est dubium, experientiae tuae praecipimus, ut diligenti inquisitione discutiat, ne forte cum eius voluntate conversus sit, vel ipsa se mutare promiserit. Et si hoc repererit, et illum in monasterio permanere provideat, et hanc, sicut promisit, mutare compellat. Si vero nihil horum est, nec quoddam fornicationis crimen, propter quod viro licet uxorem relinquere, praedictam mulierem

---

C. XXII. v) Immo Conc. Wormatiens., hab. ann. 868., c. 21. — Decr. VII. 145., Pan. III. 199. (D.), C. XXVII. q. 1. c. 34., omn.: *Ex Epist. Nicolai P. ad Carol. Archiep.;* Sav. III. 258.: *Ex Conc. Wormac.*

C. XXIII. w) Gregor. M. Registr. L. XI. ep. 50. (scr. ann. 601.) ed. Maur. (al.: L. IX. ep. 44.). Burch. IX. 48. (Reg. A.), Decr. VIII. 186. (B.), Pan. VI. 84. (D.), Ans. X. 21., C. XXVII. q. 2. c. 21.

commisisse cognoveris, ne illius conversio uxori relictae in seculo fieri possit perditionis occasio, volumus, ut maritum suum illi, vel, si iam tonsoratus est, reddere omnino debeas excusatione cessante, quia, etsi mundana lex praecipit, conversionis [50]) gratia utrolibet invito solvi posse coniugium, divina tamen lex fieri non permittit. Nam, excepta fornicationis causa, virum uxorem relinquere nulla ratione concedit, quia, postquam copulatione coniugii viri atque mulieris unum corpus efficitur, non potest ex parte converti et ex parte in seculo manere.

C. XXIV. *Episcopum debere honorem deponere, si concubinam habuit eo tempore, quo erat in sacro ordine constitutus.* A. I. 52.

Ex epistola Gregorii, cap. XLIII. [x])

Andreae, Tarentino episcopo, scribit dicens: Tribunal iudicis aeterni securus adspiciet, quisquis reatus sui conscius digna cum modo poenitentia placare contendit. Habuisse te [51]) concubinam manifesta veritate comperimus, de qua etiam contraria est quibusdam nata suspicio. Sed, quia in rebus ambiguis absolutum non debet esse iudicium, hoc tuae conscientiae elegimus committendum. Qua de re, si in sacro ordine constitutus, eius te permixtione esse recolis maculatum, sacerdotii honore deposito, ad administrandum nullo modo praesumas accedere, sciturus in animae tuae periculo ministrare et Deo nostro te sine dubio reddere rationem, si huius sceleris conscius, in eo, quo es ordine, celans veritatem permanere volueris.

C. XXV. *De raptu virginum* [y]). A. I. 53.

Anno incarnationis dominicae DCCCCLII, indictione

---

C. XXIV. x) Registr. L. III. ep. 45. (scr. ann. 593.) ed. Maur. (al. L. II. ep. 44.). — Coll. Ans. ded. II. 263. — Burch. I. 195., Decr. V. 310. (B.), Ans. III. 230., Dist. XXXIII. c. 7.

C. XXV. y) Vide Pertz, Monum. Germ. hist. Tom. IV. pag. 26.

C. XXIII. 50) *conversationis:* Bal.

C. XXIV. 51) *siquidem:* add. Coll. citt.

IX, constitutum est in Franconofurth a rege gloriosissimo Ottone, anno illius XV, consentientibus episcopis, comitibus aliisque fidelibus compluribus, canonum sanctorumque patrum auctoritate, nec non capitularium praecedentium regum institutis coram positis, ne oppressio virginum aut viduarum vel raptus ab ullis hominibus fiat, et ut, qui rapiunt eas sub nomine simul habitandi, cooperantes et conniventes raptoribus, si quidem clerici sunt, decidant a gradu proprio; si vero laici, anathematizentur, et raptores sine spe coniugii perpetuo [52]) maneant. Quodsi post haec iungere se praesumserint, utrique anathematizentur.

A. I. 53. C. XXVI. *Unde supra* [z]) [53]).

Inventum [54]) est etiam coram [55]) praefato rege, ut nulla abbatia, quae per se electionem habet, ad monasterium nec alicui in proprium possit donari. Illae vero, quae electione carent, regis donatione et privilegio ad aliud monasterium, quod sub eius mundiburdio consistit, surrogari possint.

A. I. 54. C. XXVII. *De ministerio Christi* [a]).

*Si* †) *quis mihi ministrat, me sequatur.* Quo fructu, qua mercede, quo praemio? *Et ubi sum*, inquit, *illic et minister meus erit.* Gratis ametur et [56]) operis, quo ministratur illi, pretium sit esse cum illo. Ubi enim bene erit sine illo, aut quando male poterit cum illo? Audi evidentius: *Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum pater meus.* Quo honore, nisi ut sit cum filio eius? Quod [57]) enim saepius ait: *Ubi ego sum, ibi et minister meus erit*,

---

C. XXVI. z) Ex eod. Conventu. — Vid. Pertz, l. l.
C. XXVII. a) Augustin. tractat. 51. in Iohann. (ed. Maur. T. III. p. 637.).

†) *Ioh. c.* 12. *v.* 26.

C. XXV. 52) deest Bal.
C. XXVI. 53) Hoc caput Bal. cum antecedenti in unum contraxit. 54) *Nuendum:* Bal. 55) deest ibid.
C. XXVII. 56) *ut:* Bal. 57) *quid:* ibid.

hoc intelligitur exposuisse, cum dicit: *Honorificabit eum pater meus.* Nam, quem maiorem honorem accipere poterit adoptatus, quam ut sit, ubi est unicus, non aequalis factus divinitati, sed consociatus aeternitati? Quid sit autem ministrare Christo, cui operi merces tanta promittitur, hoc potius debemus inquirere. Si enim hoc putaverimus esse Christo ministrare, ea, quae sunt corpori necessaria, praeparare, aut coenanti cibum coquere vel apponere, vel poculum dare potumque miscere, fecerunt hoc illi, qui potuerunt eum in corpore habere praesentem, sicut Martha et Maria, quando et Lazarus unus erat ex recumbentibus. Sed eo modo Christo etiam Iudas perditus ministravit. Nam et loculos habebat ipse, et, quamvis ex eis, qui mittebantur, sceleratissime furaretur, per illum tamen etiam necessaria parabantur. Hinc et illud, quod cum ei diceret Dominus: *Quod facis, fac velociter*, arbitrati sunt quidam, quod eum iusserit propter diem festum necessaria praeparare, vel indigentibus aliquid dare. Nullo modo igitur de huiuscemodi ministris diceret Dominus: *Ubi ego sum, ibi erit et minister meus. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum pater meus*, quoniam Iudam talia ministrantem reprobatum potius, quam honoratum videmus. Ut quid ergo alibi quaerimus, quid sit ministrare Christo, et non potius in istis ipsis verbis agnoscimus? Cum enim dixit: *Si quis mihi ministrat, me sequatur*, hoc intelligi voluit, ac si diceret: Si quis me non sequitur, mihi non ministrat. Ministrant ergo Christo, qui non sua quaerunt, sed quae Iesu Christi. Hoc est enim: *me sequuntur*, vias ambulant meas, non suas, sicut alibi scriptum est: *Qui se dicit in Christo manere, debet, sicut ille ambulavit, et ipse ambulare*, debet etiam, si porrigit esurienti panem, de misericordia facere, non de iactantia, nesciente sinistra, quid faciat dextra, id est, ut alienetur intentio cupiditatis ab opere caritatis. Qui sic ministrat, Christo ministrat, recteque illi dicetur: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis*, nec ea tantum, quae ad misericordiam pertinent corporalem, sed omnia opera bona propter Christum faciens. Tunc enim erunt bona, quoniam finis legis Chri-

stus ad iustitiam omni credenti minister est Christi, usque ad illud opus magnae caritatis, quod est animam suam pro fratribus ponere, quia et hoc ad sua membra dicturus est: *Quod pro istis, pro me fecistis.* De tali quippe opere etiam se ministrum facere et appellare dignatus est, ubi ait: *Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et animam suam ponere pro multis.* Hinc ergo est unusquisque minister Christi, unde est minister et Christus. Sic ministrantem Christo honorificabit pater eius honore illo magno, ut sit cum filio eius, nec unquam deficiat felicitas eius. Cum ergo auditis, fratres, Dominum dicentem: *Ubi ego sum, et minister meus erit,* nolite tantummodo bonos episcopos et clericos cogitare, etiam vos pro modulo vestro ministrate Christo bene vivendo, eleemosynas faciendo, nomen doctrinamque eius, quibus potueritis, praedicando, et [58]) unusquisque etiam paterfamilias hoc nomine agnoscat, paternum affectum suae familiae se debere, pro Christo et pro vita aeterna suos omnes moneat, doceat, hortetur, corripiat, impendat benevolentiam, exerceat disciplinam. Ita in domo sua ecclesiasticum et quodammodo episcopale implet officium ministrans Christo, et [59]) in aeternum erit cum ipso. Nam et illam maximam passionis ministrationem multi ex vestro numero ministrarunt, multi non [60]) episcopi, neque [61]) clerici, iuvenes et virgines, seniores cum iunioribus, multi coniugati et coniugatae, multi patres matresque familias, ministrantes Christo, etiam animas suas in martyrio posuerunt, et, honorificante patre, coronas gloriosissimas receperunt.

A. I. 55. C. XXVIII. *De clericis, qui monachorum propositum appetunt.*

Ex Concilio Toletano, cap. L. [b])

Clerici, qui monachorum propositum appetunt, et me-

---

C. XXVIII. b) Conc. Tolet. IV., hab. ann. 633. — Burch. VIII. 21. (Reg. A.), Decr. VI. 371. (B.), Ans. VII. 197., C. XIX. q. 1. c. un.

C. XXVII. 58) *ut:* ibid. 59) deest ibid. 60) deest ibid. 61) *ut:* ibid.

liorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab episcopo in monasteriis largiri oportet ingressus, nec interdici propositum eorum, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

C. XXIX. *Ex Epistola beati Gregorii Papae Bonifacio Archiepiscopo missa, in qua inter cetera ita legitur decretum de viduis* c). A. I. 56.

Viduas a proposito discedentes viduitatis, super quibus nos consulere voluit dilectio tua, frater carissime, credo te nosse a sancto Paulo et a multis sanctis patribus, nisi convertantur, olim esse damnatas, quas et nos apostolica auctoritate damnandas et a communione fidelium atque a liminibus ecclesiae arcendas fore censemus, usque quo obediant episcopis suis, et ad bonum, quod coeperunt, invitae aut voluntariae revertantur. De virginibus aut non 62) velatis, si deviaverint, a sanctae memoriae praedecessore nostro Papa Innocentio taliter 63) decretum habemus †): *Hae vero, quae necdum sacro velamine tectae, tamen in proposito virginali semper se simulaverunt* 64) *permanere, licet velatae non fuerint, si nupserint, aliquanto tempore his agenda poenitentia est, quia sponsio earum a Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonae fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solvi sine vindicta non poterit?* et cet. Nam, si virgines nondum velatae taliter poenitentia publica puniuntur, et a coetu fidelium usque ad satisfactionem excluduntur, quanto potius viduae, quae perfectioris aetatis et maturioris sapientiae atque consilii existunt, virorumque consortio multoties usae sunt, et velari se permiserunt, habitum religionis assumserunt et demum apostataverunt, atque ad prius vomitum sunt reversae, a nobis et

C. XXIX. c) Cf. ad Reg. App. I. c. 48., not. l). — Burch. VIII. 45. (Reg. A.), Decr. VII. 63. (B.), Pan. III. 204. (D.), C. XXVII. q. 1. c. 2.

†) *Epist. ad Victric. c.* 13.

C. XXIX. 62) *autem vel.:* Bal. 63) *tate:* ibid. 64) *simulaverint:* ibid.

ab omnibus fidelibus, a liminibus ecclesiae et coetu fidelium usque ad satisfactionem sunt eliminandae et carceribus tradendae, qualiter iuxta beatum apostolum Paulum tradentes huiusmodi hominem Satanae, ut spiritus salvus sit in die Domini. De talibus enim et Dominus per Moysen loquitur dicens †): *Auferte malum de medio vestri.* De quibus et per Prophetam ††) ait: *Laetabitur iustus, cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatoris.* De talibus namque et eorum similibus atque eisdem consentientibus *), quia non solum, qui faciunt, sed etiam, qui facientibus [65]) consentiunt, rei sunt **), Dominus per eundem prophetam David loquitur dicens †††): *Videbas furem, currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas*, et multa alia eorumque similia. Tales ergo personae indubitanter adulterae esse manifestantur, quoniam, relicto immortali sponso, ad anteriorem, ut canes ad proprium, sunt reversae vomitum, et apostatae factae, illicita ac sacrilega se contagione polluentes, viris mortalibus se conglutinantes. Quae etiam, iuxta eundem apostolum Paulum, eo, quod viduitatis propositum dimiserunt, et fidem, quam cum Deo pepigerunt, frangere praesumserunt, atque primam fidem praevaricaverunt, sunt damnandae a nobis. Quae [66]) et a vobis atque a reliquis nostri ordinis viris, a singulis videlicet sua in dioecesi, a liminibus ecclesiae et a coetu fidelium usque ad satisfactionem, ut praedictum est, sunt eliminandae. A talium autem consortio et societate omnes fideles in omnibus abstinere mandamus. Super quibus etiam placuit, quousque in ipso detestando et illicito atque sacrilego carnis contubernio perseverant, ut nullus Christianorum, nisi quibus proprius studio corrigendi iusserit episcopus, cum eis in quoquam communicet, aut ad domum, in qua sunt, accedat, cum quibus etiam, ut iam dictus sanctus praecepit ppostolus, nulli fidelium cibum

†) *Deut. c.* 13. *v.* 5.
††) *Psalm. c.* 57. *v.* 11.
†††) *Psalm.* 71. *v.* 4.

C. XXIX. 65) deest ibid. 66) *a nobisque:* ibid. *) *dicitur:* add. Coll. citt. **) quae sequuntur, des. ibid.

sumere licet. Quodsi quis ex his quidquam tentare aut temerare praesumserit, pari cum eis excommunicationis sententia feriatur.

C. XXX. *De vidua, quae sub obtentu religionis velum ad tempus sibi imposuerit.* A. I. 57.

Cap. V. [d])

Nicolaus episcopus servus servorum Dei reverendissimo et sanctissimo confratri nostro Adalwino sanctae Iuvavensis ecclesiae archiepiscopo. Quod autem interrogasti de femina, quae post obitum mariti sui velamen sacrum super caput suum imposuit et finxit se sub eodem velamine sanctimonialem feminam esse, postea vero ad nuptias rediit, bonum mihi videtur, quia per hypocrisin ecclesiasticam regulam conturbare voluit, et non legitime in voto suo permansit, ut poenitentiam agat de illusione nefanda, et revertatur ad id, quod spopondit et in sacro ministerio inchoavit. Nam si consenserimus, quod omnia sacramenta ecclesiastica quisque, prout vult, fingat, et non vere faciat [67]), omnis ordo ecclesiasticus conturbatur, nec catholicae fidei iura consistunt, nec canones sacri rite observantur. Quid enim profuit Simoni mago baptismum sacrum ficte suscipere et in Christianitate permansurum se finxisse, cum per Apostolum fraus eius detecta, quod sibi futurum esset, pronunciatum est? Ait enim †): *Pecunia tua tecum sit in perditione: cor enim tuum non est rectum coram Deo. Poenitentiam itaque age ab hac nequitia tua, et roga Deum, ut forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis et obligatione iniquitatis*

---

C. XXX. d) Unde collector noster hoc desumserit caput, quid sibi velit illud: *Cap. V.*, prorsus non constat; certe inter omnes canonum collectiones huc usque cognitas hic prima huius decretalis epistolae fit mentio. — Burch. VIII. 47. (Reg. A.), Decr. VII. 65. (B.), 152., Pan. III. 206. (D. 65.) Dist. XXVII. c. 6. 7. (P.) Adalwinus, qui Iuvavensis vel Salzburgens. ecclesiae archiepiscopus erat ab anno 859—873., interfuit Conc. Colon. ann. 870.

†) *Act. Apost. c.* 8.

C. XXX. 67) *fiat:* Bal.

*video te esse.* Ideo tales, nisi resipiscant, spirituali gladio percutere censemus; non enim fas est, spiritui sancto mentiri, sicut Ananias et Saphira mentiti sunt et statim perierunt.

A. I. 58. C. XXXI. *De poenitentibus viris ac viduis sive virginibus, qui divertentes laici fiunt, aut vestem mutant, vel coniugiis copulantur.*

Ex Concilio Toletano IV., cap. LV. e)

Quicumque ex secularibus accipientes poenitentiam se totonderunt, et rursus praevaricantes laici effecti sunt, comprehensi ab episcopo suo, ad poenitentiam, ex qua recesserunt, revocentur. Quodsi aliqui per potentiam [68]) irrevocabiles sunt, nec admoniti revertuntur, vere ut apostatae coram ecclesia anathematis sententia condemnentur. Non aliter et hi, qui tonsi a parentibus fuerunt, aut sponte sua, amissis parentibus [69]), se ipsos religioni devoverunt, et postea habitum secularem sumserunt, iidem a sacerdote comprehensi, ad cultum religionis, acta prius poenitentia, revocentur. Quodsi reverti non volunt, vere ut apostatae anathematis sententiae subiiciantur. Quae forma servabitur etiam in viduis virginibusque sacris ac poenitentibus feminis, quae sanctimonialem habitum induerunt, et postea aut vestem mutaverunt, aut ad nuptias transierunt.

A. I. 59. C. XXXII. *De discretione secularium et sanctimonialium viduarum.*

Item eiusdem, cap. LVI. f)

Duo sunt genera viduarum, seculares et sanctimoniales. Seculares viduae sunt, quae adhuc disponentes nubere laicalem habitum non deposuerunt; sanctimoniales sunt, quae, iam mutato habitu seculari, sub religioso cultu in

C. XXXI. e) Hab. ann. 633. — Burch. VIII. 27. (Reg. A.).
C. XXXII. f) Eiusdem Conc. Tolet. IV. c. 56.

C. XXXI. 68) *poenitentiam: parentibus:* des. Burch. Bal. Burch. 69) *aut sponte* —

conspectu sacerdotis vel ecclesiae apparuerunt. Hae si ad nuptias transierint, iuxta Apostolum non sine damnatione erunt, quia se primum Deo voventes, postea castitatis propositum abiecerunt.

C. XXXIII. *Ad habitum redire cogatur, et recludatur in monasterio, quae religiosam vestem abiecit.* A. I. 60.

### Ex Registro Gregorii Vitaliano Episcopo Sepontino [g]).

Si custos religiosi habitus [70]) aut esse nosses episcopus, filiam gloriosae memoriae Tulliani magistri militiae, te illic [71]) posito nec proiectis religiosis vestibus ad secularem reverti habitum, nec ad nos licuisset perversam epistolam destinare. Sed, quia nimia desidia ac torpore deprimeris, in tuo dedecore res ad praesens illicita impune commissa est. Nam, sicut praefati sumus, si sollicitus esses [72]), prius ad nos ultio mulieris pravissimae, quam culpa debuit pervenire. Quia ergo tantum hebes tantumque es negligens, ut, nisi canonicam in te fueris coërcitionem expertus, in aliis districtionem et disciplinam nescias custodire, qualiter debeas esse sollicitus, congruo tibi, si Domino placuerit, tempore demonstramus [73]). Praesentia igitur scripta suscipiens evigila, et excitatus saltem exequere, quod pressus nunc usque ignavia distulisti. Instantiae ergo tuae sit, praedictam mulierem una cum Sergio defensore comprehendere, et statim non solum ad male contemtum habitum sine excusatione aliqua revocare, sed etiam in monasterio, ubi omnino districte valeat custodiri, detrudere, et ita omnem circa illam sollicitudinem exhibere, ut, quam sit nefarium, quod commisit, ex tua possit districtione cognoscere. Qua in re si [74]) quis, quod non

---

C. XXXIII. g) Reg. L. VIII. ep. 8. (scr. ann. 598.) ed. Maur. (al.: L. VII. ep. 9.). — Burch. VIII. 49. (Reg. A.), Decr. VII. 67. (B.), C. XXVII. q. 1. c. 18.

C. XXXIII. 70) *fuisses:* add. Burch. Decr. 71) *illuc:* Bal. 72) *exstitisses:* orig. Grat. 73) *demonstrabimus:* ibid. 74) *quod si:* Bal.

credimus, laicorum aliquo tibi ingenio tentaverit obsistendum, a sanctissimae[75]) eum communionis participatione suspende, nobisque renunciare festina, ut, quantum sit execrabile, quod praesumit, postquam consideratione propria non advertit, emendationis qualitate cognoscat. In his autem omnibus ita cautum ac vigilantem te ostendere stude, ut culpam tuam non geminare neglectus, sed aliquantisper valeat sollicitudo minuere.

A. I. 61. C. XXXIV. *De eadem re.*

Gregorius Sergio defensori nostro [h]).

Si homo esses, aut districtionem[76]) aliquam habuisses, ita regularis disciplinae debuisti custos existere, ut ea, quae illic illicite committuntur, ante vindicta corrigeres, quam ad nos eorum nuncius perveniret. Sed, dum nimia stultitia te facit negligentem, non solum de illis offendimur, sed etiam ad ulciscendam desidiam tuam nihilomninus provocamur. Omni ergo dilatione omnique excusatione postposita, filiam gloriosae memoriae Tulliani magistri militiae, quae proiectis, quas sponte assumsit, religiosis vestibus, indumentis laicis se deturpavit, una cum fratre et coëpiscopo nostro Vitaliano festina comprehendere, atque ad religiosum rursus habitum revocare, ac in monasterium mittere, ubi stricte[77]) omnino valeat custodiri, nec eius custodiam aliquatenus relevari permittas, quousque nostra denuo scripta susceperis. Nam, si quolibet modo in hac re negligens vel lentus extiteris, ita in te districtissime noveris vindicandum, ut, quod ex te nescis, poena possis resecante[78]) cognoscere, quia, sicut diximus, si intellectum hominis habuisses, haec, quae facere modo praeceperis, ante debueras[79]) etiam cum ultione a te facta cognoscere.

---

C. XXXIV. h) Reg. L. VIII. ep. 9. (scr. ann. 598.), ed. Maur. (al.: Lib. VII. ep. 10.). — C. XXVII. q. 1. c. 19.

C. XXXIII. 75) *sacratissimae:* orig. Grat.
C. XXXIV. 76) *discretionem:* Grat. 77) *districte:* Bal. Grat. 78) *reserante:* ibid. 79) *a te debueramus:* orig. Grat.

C. XXXV. *De feminis, quae religionis vestem in domibus propriis mutaverint, si postea coniugium elegerint, quid agendum sit.* A. I. 62.

Toletanum Concilium IV, cap. LVII. [i])

De viduis et puellis, quae habitum religionis in domibus propriis tam a parentibus, quam per se mutaverint, et si postea contra instituta patrum vel praecepta canonum coniugia crediderint copulanda, tamdiu utrique habeantur a communione suspensi, quousque, quod illicite perpetraverunt, emendent. Quod si emendare neglexerint, a communione vel omnium Christianorum convivio in perpetuo sint sequestrati.

C. XXXVI. *Quod consuetudo ecclesiastica pro lege tenenda sit.* A. I. 63.

S. patris nostri Basilii sermonum ad beatum Amphilochium de Spiritu sancto, cap. XXVII. [k])

Ecclesiasticarum institutionum quasdam scripturis, quasdam vero apostolica traditione per successiones in mysterio [80]) confirmatas accepimus, quibus par virtus et idem utrisque pietatis effectus quin sit, quotus quisque vel aliquantulum sacrarum expertus scripturarum haesitaverit? Si enim attentaverimus consuetudines ecclesiae non per scripturas a patribus traditas nihili aestimare, quantum religio detrimenti latura sit, dispicientibus liquido constabit. Quae enim, ut inde ordiamur, scriptura salutiferae crucis signaculo fideles docuit insigniri? Quae multifariam digesta super panem et calicem prolixae orationis vel consecrationis verba commendavit? Nam non modo, quod in evangelio continetur vel Apostolo, in secretis dicimus, sed et alia

---

C. XXXV. i) Immo Bened. Capit. *L. III. c.* 338. (Conc. Paris. V. hab. ann. 615., c. 13.). — Burch. VIII. 48. (Reg. A.), Decr. VII. 66. (B.), C. XXVII. q. 1. c. 7., omn.: *Ex Conc. Tolet. IV. c.* 57. — Cf. Reg. App. I. c. 57.

C. XXXVI. k) Burch. III. 127. (Reg. A.), Decr. IV. 69. (B.), Pan. II. 159. (D.), Dist. XI. c. 5.

C. XXXVI. 80) *ministerio:* Bal. Grat.

perplura adiicimus, magnam quasi vim [81]) consummandis accomodantia mysteriis. Quae orientem versus nos orare litterarum forma praestituit? Benedicimus fontem baptismatis, oleum unctionis. Huc accedit, quod ter immergimus, quos baptizamus, oleo ungimus, verbis abrenunciare satanae et angelis eius informamus. Unde haec et alia in hunc modum non pauca, nisi tacita ac mystica traditione a patribus ecclesiastico more reverentiori diligentia in mysteriis observata silentio, quam publicata scripto.

A. I. 64. C. XXXVII. *Item cap. XXIX.* [1])

Deficit me dies, si singulas ecclesiae consuetudines explicatum aggrediar. Quid plura? Ipsam confessionem fidei, credendi in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, quis nobis scripto insinuavit, nisi quod baptismatis traditionem consequenter fidei pietas imitatur, et, ut baptizamur, ita et credimus? Quae diebus festis scriptura stantes nos orare praecepit, profestis autem non sic? Ergo si tot non scripto tradita usus ecclesiae pie accepta mystica observatione custodit, non absurdum, immo apostolicum arbitror, etiam non scriptas traditiones firmiter tenere. *Laudo* †) *enim*, inquit Apostolus, *vos, quod in omnibus memores mei estis, et, sicut tradidi vobis, traditiones tenetis.* Et illud ††): *Tenetis traditiones, quas accepistis sive per sermonem sive epistolam.* Igitur licet in ore duorum vel trium testium stet omne verbum, diversis niti exemplis maluimus, quibus ecclesiasticae consuetudinis observantiam a maioribus ductam pro lege tenendam persuasibilius eruditis clarescat.

---

C. XXXVII. 1) Ex eod. Basilii ad Amphiloch. sermone.

†) 1. *Cor. c.* 11. *v.* 1.
††) 2. *Thess. c.* 2. *v.* 15.

C. XXXVI. 81) *magnum quasi unum:* Bal.

# APPENDIX III. *)

## C. I. *Ex Concilio Toletano* [a]).

De Iudaeis autem hoc praecepit sancta synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferre. *Cui* †) *enim vult Deus miseretur, et quem vult indurat.* Non enim tales inviti salvandi sunt, sed volentes, ut integra sit forma iustitiae. Sicut enim homo propria [1]) arbitrii voluntate serpenti obediens periit, sic vocante gratia Dei propriae mentis conversione homo quisque credendo salvatur, ergo non vi, sed libera [2]) arbitrii facultate ut convertantur suadendi sunt, non penitus impellendi. Qui autem iampridem ad Christianitatem venire coacti sunt, sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisebuti, quia iam constat hos sacramentis divinis associatos et baptismi gratiam suscepisse, et chrismate unctos esse, et corporis Domini et sanguinis exstitisse participes, oportet, ut fidem etiam, quam vi et necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne fides, quam susceperunt, vilis ac contemtibilis habeatur.

## C. II. *Ex Concilio Toletano* [b]).

Nihil contra ordinis statutum temeritatis ausu praesu-

App. III. *) Quae sequuntur capita, in solo exstant Cod. Vienn. iis adiuncta, quae modo in App. II. recensuimus. Ceterum eo iam Hildebrand, qui apographo huius codicis utebatur, in Appendice ad editionem suam Reginonis publici iuris fecit, nos vero hic ex eodem apographo, iterum collato cum Cod. Vienn., denuo edimus.

*C. I.* a) *Conc. Tolet. IV., hab. ann. 633., c. 57. — Burch. IV. 82., Decr. I. 276. (B.), Pan. 1. 72. (D.), Dist. XLV. c. 5. — Cf. Decr. XIII. 94.*

C. II. b) Conc. Tolet. VII., hab. ann. 646., c. 2. — Burch. III. 70., Decr. II. 124. (B.), C. VII. q. 1. c. 16.

†) *Rom. c. 9. v. 18.*

C. I. 1) *proprii:* Hisp. 2) *liberi:* ibid.

mitur, neque illa, quae summa veneratione censentur, vel minimo praesumtionis tactu [3]) solvantur, cum ad hoc tantum, quae fieri iussa sunt, interrupta esse noscuntur, ne languoris proventu robore salutis natura privetur. Non ergo solum fragilitati consulitur humanae, sed etiam honori mysteriorum Dei providetur abunde, dum ab offensionis casu procuratur etiam caveri sollicite [4]). Igitur censuimus convenire, ut, cum a sacerdotibus missarum tempore sancta mysteria consecrantur, si aegritudinis accidat quilibet eventus, quo coeptum nequeat consecrationis expleri mysterium, sit liberum episcopo vel presbytero, ut alter consecrationem expleat officii coepti. Non enim aliud ad supplementum initiatis mysteriis competit, quam aut incipientis aut subsequentis completa benedictione [5]) sacerdotis, quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur. Cum enim simus omnes unum in Christo, nihil contrarium diversitas format, ubi effiicaciam prosperitatis unitas fidei repraesentat, quod etiam consultum cuncti ordinis clerici inditum et indultum [6]) esse sibi non ambigant, sed, ut praemissum est, praecedentibus libenter alii pro complemento succedant. Ne tamen, quod naturae languoris causa consulitur, in praesumtionis perniciem convertatur, nullus post cibum potumque sive quodlibet [7]) minimum sumtum missas facere, nullus absque patenti proventu molestiae minister et sacerdos cum coeperit, imperfecta officia praesumat omnino relinquere. Si quis haec temerare praesumserit, excommunicationis sententiam sustinebit.

### C. III. *Ex Concilio Toletano* [c]).

Quoniam huc usque dissolutae operationis effectus in-

C. III. c) Conc. Tolet. X., hab. ann. 656., c. 6. — Burch. VIII. 1., Decr. VII. 27. (B.), Pan. III. 186. (D.), XI. 176. (B.), Coll. tr. p. II. 41. c. 3., C. XX. q. 2. c. 1.

C. II. 3) *actu:* Hisp. Grat. 4) sic emendavimus ex Hisp.; *honores miserorum Dei providentia etiam caveri sollicite:* Cod. prorsus corrupte. 5) *benedictio*: Hisp. 6) *individuum:* Grat. (*inditum et:* deest ib. et Hisp.). 7) *cibi potusque quamlibet:* Hisp.

terdum nutare fecit honestum constitutionis edictum, dum incognite [8]) resolvi putatur, quod indissolubili sanctionis auctoritate tenetur, igitur [9]), quidquid obvium ex incerto occurrit, evidenter abiici decet, ut de cetero nihil supersit, quod in dubium nutetur. Ideoque, si in qualibet minori aetate religionis tonsuram et religioni debitam vestem in utroque sexu filiis aut unus aut ambo parentes dederint, certe aut nolentibus aut nescientibus se susceptam, nisi non mox visam in filiis abdicaverint, sed vel coram se, vel coram ecclesia palamque in conventu eosdem filios talia habere permiserint, ad secularem reverti habitum ipsis filiis quandocunque penitus non licebit, sed convicti, quod tonsuram aut religiosam vestem aliquando habuerint, mox ad religionis cultum habitumque revocentur, et sub strenua districtione huius sanctae observantiae inservire cogantur. Parentibus sane filios suos religioni contradere non amplius, quam usque ad decimum aetatis annum licentia poterit esse; postea vero, an voluntate parentum, an suae devotionis sit solitarium votum, erit filiis licitum religionis assumere cultum. Quisquis autem vel abolitione tonsurae vel secularis vestis assumtione detectus fuerit attigisse transgressionem, excommunicationis censuram accipiat et religioni semper inhaereat.

## C. IV. *Ex Concilio Toletano* [d]).

Ea, quae competunt sanctis statutis [10]), contingit saepe quorundam desidia non impleri, proinde quia notum est, quae dignitas in exequiis morientis episcopi ex canonibus conservetur traditione moris antiqui, hoc tantum adiicimus, ut, si quis sacerdotum secundum statuta Valentini [11]) †) concilii ad humanda decedentis episcopi membra venire

---

C. IV. d) Conc. Tolet. VII., hab. ann. 646., c. 3. — Burch. I. 216., Decr. V. 330. (B.).

†) *Hab ann.* 524. *c.* 4.

C. III. 8) *incondite:* Hisp. 9) *ideo:* Burch. Decr. Pan., *adeo:* Hisp.

C. IV. 10) *honestati:* Hisp. Coll. citt. 11) *Valletani:* Hisp.

commonitus pigra voluntate distulerit, appellantibus clericis obedientibus episcopis[12]), apud synodum sive apud metropolitanum episcopum tempore anni unius nec faciendi missam nec communicandi habeat omnino licentiam. Presbyteri autem sive ceteri, quibus maior honoris locus apud eandem ecclesiam fuerit, cuius sacerdos obierit, si omni sollicitudine pro exsequiis aut iam mortui, aut continuo morituri antistitis ad commonendum episcopum tardi inveniantur, aut per quamcunque molestiam animi id negligere comprobentur, totius anni spatio ad poenitentiam in monasteriis deputentur.

## C. V. *Ex Concilio Toletano* [e]).

Vae his, qui faciunt opus Domini fraudulenter et desidiose, propheticus sermo annunciat, et, si illi vae incurrunt, qui negligenter opus Domini faciunt, quod supplicium merebuntur, qui divinae servitutis cultum malitia intercecedente ab altariis Christi subducunt? Illos dicimus, qui obstinatae mentis dolositate confusi, cum aliqua eos molestia fraternorum iurgiorum pupugerit, insana illico temeritate abrepti altaria nudantes, sacris vestibus exuunt, luminaria subtrahunt, ac divinorum sacrificiorum cultum malitia intercedente subducunt; et quod in hominibus se vindicare non possunt, iniuriam Deo, quod peius est, inferunt. Unde, si huiusmodi pro fraterno odio homicidae reatu adstringitur, pro contemtu divino quid poenae merebitur? Etenim iuxta quod divinitus[13]) sermo increpitat, si peccaverit vir in virum placari poterit Deus. Si quis autem peccaverit in Deum, quis pro eo rogaturus est? Facile ergo talium sacerdotum excessibus illa Domini sententia coaptabitur, qua malitia sacerdotum percutitur. Dicit enim †): *Honorificantes me honorificabo; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* Quicunque ergo sacerdotum vel ministro-

---

C. V. e) Conc. Tolet. XIII., hab. ann. 684., c. 7.

†) 1. *Sam. c.* 2. *v.* 25.

C. IV. 12) *obeuntis episcopi:* C. V. 13) *divinus:* Hisp. ibid. Coll. citt.

rum deinceps causa doloris cuiuslibet vel amaritudinis permotus, aut altare divinum vestibus sacratis exuere praesumserit, aut qualibet alia lugubri veste accinxerit, seu etiam consueta luminariorum sacrorum obsequia de templo Dei subtraxerit vel exstingui praeceperit, aut quodcunque lugubritatis in templum Dei induxerit, atque, quod peius est, occasionem nutrierit, unde de templis Domini aut officiá consueta desint, aut oblatio singularis sacrificii videatur in aliquo defraudari, si eum ante verae poenitudinis coram metropolitano satisfactio non purgaverit, ignobilitati perpetuae mancipatus iuxta superiorem sententiam Domini et loci sui dignitate se noverit honore privari. Illis procul dubio personis ab hac ultionum sententia separatis, quae aut contaminationem sacrorum ordinum et subversionem sacrae fidei metuentes, aut hostilitatem vel obsidionem perferentes, seu etiam divinorum iudiciorum sententiam metuentes, talia fecisse contigerit, in quorum facto plus humilitas, qua Deus placetur, quam interni livoris [14]) dolositas declaratur.

## C. VI. *Decretum Coelestini Papae, cap. XVI.* [f])

Ordinatos vero quosdam, fratres carissimi, episcopos, qui nullis ecclesiasticis ordinibus ad tantae dignitatis fastigium fuerunt instituti, contra patrum decreta, huius usurpatione, qui se haec recognoscit fecisse, didicimus, cum ad episcopatum his gradibus, quibus frequentissime cautum est, debeat pervenire, ut minoribus initiati officiis ad maiora firmentur. Debet enim ante esse discipulus, quisquis doctor esse desiderat, ut possit docere, quod didicit. Omnis vitae institutio hac ad id, quo tendit, se ratione confirmat. Qui minime litteris operam dederit, praeceptor esse non potest litterarum, qui non per singula stipendia creverit, ad emeritum stipendii ordinem non potest perve-

---

C. VI. f) Sic in Coll. Dionys. — Est autem c. 3. Epist. Coelestin. ad episcopos Galliae, scr. ann. 428. — Coll. Ans. ded. II. 6. — Burch. I. 18., Decr. V. 72. (B.), Dist. LIX. c. 4.

C. V. 14) *laboris:* ibid.

nire; solum sacerdotium inter ista, rogo, vilius est, quod facilius tribuitur, cum difficilius impleatur[15])? Sed iam *non satis est*, laicos *ordinare*, quos nullus fieri ordo permittit, sed etiam, quorum crimina longe lateque per omnes pene sunt nota provincias, ordinantur. Daniel enim nuper missa relatione ex orientalibus ad nos partibus, ab omni, quod tenuerat, virginum monasterio nefariis est obiectionibus accusatus, multa de multis obiecta flagitia, in quanam lateret terrarum parte quaesitus est, ut, si suae innocentiae confideret, contra se iudicium postulatum minime declinaret. Missae ad Arelatensem episcopum per Fortunatum subdiaconum nostrum praeceptiones, ut ad iudicium destinaretur episcopale, *tantis* gravatus *testimoniis*, tanta facinorum accusatione pulsatus, sacrarum, ut dicitur, virginum pollutus incestu, episcopus asseritur ordinatus, in nostris libellis continentur, quorum ad vos quoque exemplaria direximus. In pontificii dignitatem hoc tempore, quo ad causam dicendam missis a nobis literis vocabatur, obrepsit. Sacro nomini absit iniuria, facilius est, ut hanc dignitatem tali dando ipse amiserit ordinator, quam eam obtineat ordinatus. Cui convicto sociabitur, qui eum sibi credidit largiendo pontificium sociandum; qualis enim ipse sit, quisquis tales ordinarit, ostendit. His ergo in medium nunc deductis, cum plerique vestrum sint, qui apostolicae sedis statuta cognoverint, nobiscum tempore aliquanto versati, ad disciplinae normam nostris conventi adhortationibus omnia fraternitates vestrae revocare festinent.

C. VII. *Ex decretis, Coelestini Papae, cap. XVIII.* [g])

Nullis invitis detur episcopus, cleri, plebis et ordinis consensus et desiderium requiratur, tunc alter de altera eligatur ecclesia, si de civitatis ipsius clericis, cui est episcopus ordinandus, nullus dignus, quod evenire non credi-

C. VII. g) Ex interpr. Dionys. — Epist. eiusd. c. 5. — Coll. Ans. ded. II. 7. — Burch. I. 7., Decr. V. 61. (B.), Pan. III. 7. (D.), Ans. VI. 25. (B.), Dist. LXI. c. 13.

C. VI. 15) quae sequuntur, desunt in Coll. citt.

mus, potuerit inveniri. Primum enim illi reprobandi sunt, ut aliqui de alienis ecclesiis merito praeferantur. Habeat unusquisque suae fructum militiae in ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit aetatem. In aliena stipendia minime alter obrepat, nec alii debitam alter sibi audeat vindicare mercedem. Sit facultas clericis renitendi, si se viderint praegravari, et, quos sibi ingeri ex transverso cognoverint, non timeant refutare, qui, si non debitum praemium, vel liberum de eo, qui eos recturus est, debent habere iudicium.

C. VIII. *Ex decretis Coelestini Papae, cap. XX.* [h])

Coelestinus universis episcopis per Apuliam et Calabriam constitutis. Nulli sacerdoti suos liceat canones ignorare, nec quidquam facere, quod patrum possit regulis obviare. Quae enim a nobis res digna servabitur, si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu licentia populis permissa frangatur?

C. IX. *Ex decretis Coelestini Papae cap. XXI.* [i])

Audivimus, quasdam propriis destitutas rectoribus civitates episcopos sibi petere velle de laicis, tantumque fastigium tam vile credere, ut hoc his, qui non Deo, sed seculo militaverunt, aestiment nos posse conferre, non solum male de suis clericis, in quorum contemtu hoc faciunt, iudicantes, sed et de nobis pessime, quos credunt hoc posse facere sentientes, quod nunquam auderent, si non quorundam illic his consentiens sententia conniveret. Ita nihil, quae frequentius sunt decreta, proficiunt, ut hoc, quasi nunquam de hac parte scriptum fuerit, ignoretur. Quid proderit, per singula clericos stipendia militasse, et omnem egisse in dominicis castris aetatem, si, qui his praefuturi sunt, ex laicis requiruntur, qui vacantes seculo et omnem ecclesiasticum ordinem nescientes, saltu praepropero in

---

C. VIII. h) Sic item ap. Dionys. — Coelest. epist. ad episcopos per Apul. et Calabr., scr. ann. 429., c. 1. — Coll. Ans. ded. II. 200. — Burch. II. 160., Decr. VI. 251. (B.), Dist. XXXVIII. c. 4.

C. IX. i) Eiusd. epist. c. 2. — Coll. Ans. ded. II. 41.

alienum honorem ambiunt immoderata cupiditate transcendere, et in aliud vitae genus, calcata reverentia ecclesiasticae disciplinae, transire. Talibus itaque, fratres carissimi, qui iuris nostri, id est canonum, gubernacula custodimus, necesse est obviemus, hisque fraternitatem vestram epistolis commonemus, ne quis laicum ad ordinem clericatus admittat, et sinat fieri, unde et illum decipiat et sibi causas generet, quibus reus constitutis decretalibus fiat.

C. X. *Ex decretis Coelestini Papae, cap. XXII.* [k])

Docendus est populus, non sequendus, nosque, si nesciunt eos, quid liceat quidve non liceat, commonere, non his consensum praebere debemus. Quisquis vero conatus fuerit tentare prohibita, sentiet, censuram sedis apostolicae minime defuturam. Quae sola admonitionis auctoritate non corrigimus, necesse est per severitatem congruentem regulis vindicemus. Hoc ergo per totas, quae propriis rectoribus carent, ecclesias volumus innotescat, ut nullus sibi spe aliqua forsitan blanditus illudat. Dat. XII. Kal. Aug. Florentino et Dionysio consulibus.

C. XI. *Ex Gangrensi Concilio, cap. II.* [l])

Si quis carnes edentem praeter sanguinem et idolis immolatum et suffocatum cum religione et fide condemnat, velut spem propter huiusmodi perceptionem non habentem, anathema sit.

C. XII. *Ex Gangrensi Concilio, cap. IV.* [m])

Quicunque discernit a presbytero, qui uxorem habuit, quod non oporteat eo ministrante de oblatione percipere, anathema sit.

---

C. X. k) C. 3. ibid. — Coll. Ans. ded. VII. 18. — Burch. XV. 13., Decr. XVI. 14. (B.), Dist. LXII. c. 2.

C. XI. l) Hab. ann. 355., vers. Dionys. — Decr. IV. 30., Dist. XXX. c. 13. (ex Hisp.).

C. XII. m) Coll. Ans. ded. IV. 74. — Burch. III. 207., Decr. III. 258. (B.). — Dist. XXVIII. c. 15. (ex Hisp.).

C. XIII. *Ex Gangrensi Concilio, cap. VI.* [n])

Si quis extra ecclesiam seorsum conventus celebrat, et despiciens ecclesiam, ea, quae sunt ecclesiae, voluerit usurpare, non conveniente presbytero iuxta decretum episcopi, anathema sit.

C. XIV. *Ex Gangrensi Concilio, cap. XVII.* [o])

Si qua mulier propter divinum cultum, ut aestimat, crines attondit, quos ei Deus ad subiectionis memoriam [16]) tribuit, tanquam praeceptum dissolvens obedientiae, anathema sit.

C. XV. *Ex decreto Hilarii episcopi* [p]).

Praeterea nova et inaudita, fratres, sicut ad nos missis de Hispania epistolis sub certa narratione [17]) pervenit, in quibusdam locis perversitatum semina subinde nascuntur, denique nonnulli episcopatum, qui nonnisi meritis praecedentibus datur, non divinum munus, sed hereditarium putant esse compendium, et credunt, sicut res caducas atque mortales, ita sacerdotium velut legati aut testamentario iure posse dimitti. Nam plerique sacerdotes in mortis confinio constituti in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare, ut scilicet non legitima exspectetur electio, sed defuncti gratificatio pro populi [18]) habeatur assensu. Quod quam grave sit, aestimate, atque ideo, si placet, etiam hanc licentiam generaliter de ecclesiis auferamus, ne, quod turpe dictu est, homini se [19]) putet debere quis, quod Dei est. Ut autem, quod ad nos perlatum est, ad vestram etiam possit pervenire notitiam, Hispanorum fratrum et coëpiscoporum nostrorum scripta legantur. Paulus notarius recitavit.

---

C. XIII. n) Burch. III. 95. — Dist. XXX. c. 11. (ex Hisp.).
C. XIV. o) Burch. VIII. 62., Decr. VII. 80. (B.), Pan. III. 212.
C. XV. p) Synod. Roman., hab. sub. Hilar. P. ann. 465., c. 5. — Decr. V. 104., Ans. VI. 60., C. VIII. q. 1. c. 5. (a verb.: *Plerique sacerdot.*).

C. XIV. 16) *materiam:* Dion. C. XV. 17) deest Hisp. 18) *gratificati populi:* ibid. 19) *sibi:* Vienn.

C. XVI. *Ex decreto Anastasii Episcopi, cap. VII.* q)

Nam secundum ecclesiae catholicae consuetudinem sacratissimum serenitatis tuae pectus agnoscat, quod nullum de his, vel quos baptizavit Achatius, vel, quos sacerdotes sive levitas secundum canones ordinavit, ulla eos ex nomine Achatii portio [20]) laesionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur. Nam et baptismum, quod procul sit ab ecclesia, sive ab adultero vel a fure fuerit datum, ad percipientem munus pervenit illibatum, quia vox illa, quae sonuit per columbam, omnem maculam humanae pollutionis excludit, qua declaratur ac dicitur †): *Hic est, qui baptizat in spiritu et igne.* Nam, si visibilis solis istius radii, cum per loca foedissima transeunt, nulla contractus inquinatione maculantur, multo magis quoque illius, qui istum visibilem fecit, virtus nulla ministerii indignitate contingitur. Nam et Iudas, cum fuerit sacrilegus atque fur, quidquid egit inter apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data nulla ex his detrimenta senserunt, declarante hoc ipsum Domino manifestissima voce ††): *Scribae,* inquit, *et Pharisaei super cathedram Moysi sedent, quae dicunt facile.* Quidquid ergo ad hominum profectum quilibet in ecclesia minister pro officio suo videtur operari, hoc totum contineri implendo divinitatis effectu. Ita ille, per quem Christus loquitur, Paulus affirmat †††): *Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus.* A Deo autem non quaeritur, quis vel qualis praedicet, sed quae [21]) praedicet, ut invidos etiam bene praedicare Christum confirmet; quo malo dia-

---

C. XVI. q) Anast. II. Epist. I. ad Anastasium August., scr. ann. 497. Coll Ans. ded. II. 25. — Decr. I. 151., Ans. IX. 62., XIII. 31., Gud. IV. 36., Dist. XIX. c. 8.

†) *Luc. c. 3. v. 16.*
††) *Matth. c. 23. v. 2.*
†††) *1. Cor. c. 3. v. 6.*

C. XVI. 20) *pars portio:* Vienn. 21) *quem:* ibid.

bolus ipse deiectus [22]) est et hoc ipso praedicare [23]) non desinit.

## C. XVII. *Ex decreto Anastasii episcopi, cap. VIII.* [r])

Ideo ergo et hic, cuius nomen dicimus esse reticendum, male bona ministrando sibi tantum nocuit. Nam inviolabile sacramentum, quod per illum datum est aliis, perfectionem suae virtutis obtinuit. Quod quia [24]) est aliquorum in tantum se extendens [25]) curiosa suspicio [26]), ut imaginentur, prolato a Papa Felice iudicio, postea inefficaciter in sacramentis, quae Achatius usurpavit, egisse ac proinde eos metuere, qui vel in consecrationibus, vel in baptismate mysteria tradita susceperunt, ne irrita beneficia divina videantur. Meminerint [27]) in hanc quoque partem similiter tractatum praevalere superiorem, quia non sine usurpatione [28]) sacerdotii adiudicatus hoc egit, in quo virtutem suam obtinentibus mysteriis, in hoc quoque aliis rea sibi persona non nocuit, nam ad illum pertinuit, quod tuba Davidica †) canitur: *Verumtamen Deus conquassavit capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis.* Nam superbia semper sibi, non aliis facit ruinam, quod universa scripturarum coelestium testatur auctoritas, sicut etiam per spiritum sanctum dicitur in Propheta ††): *Non habitabit in medio domus meae, qui facit superbiam.* Unde, cum sibi sacerdotis nomen vindicaverit, condemnatus, in ipsius verticem superbiae tumor inflictus est, quia non populus, qui in mysteriis donum [29]) ipsius sitiebat, exclusus est, sed anima sola illa, quae peccaverat, iusto iudicio proprie erat obnoxia, quod ubique numerosa

---

C. XVII. r) Ibid. — Coll. citt. ibid.

†) *Psalm.* 87. *v.* 11.
††) *Psalm.* 100. *v.* 7.

C. XVI. 22) *deceptus:* Hisp. 23) *praecipitare:* ibid.
C. XVII. 24) *Quod si:* Hisp. *Quod quum ita sit, aliq.:* orig. ap. Mans. 25) *extendit:* orig. cit. 26) *susceptio:* Vienn. 27) Quae sequuntur, desunt in Coll. citt. 28) *usurpato nomine:* Hisp. 29) *domum:* ibid.

scripturarum testatur instructio. Unde remotis hominum studiis sive versutiis in hac adhuc praesenti fragilitate positorum, secundum preces nostras auctoritate imperiali offerte Deo nostro unam catholicam ecclesiam et apostolicam ecclesiam et apostolicam, quia hoc solum est, in quo non solum in terris sed etiam in coelo triumphare sine fine possitis. *Subscriptio.* Omnipotens Deus regnum et salutem tuam perpetua protectione custodiat, gloriosissime et clementissime semper Auguste.

C. XVIII. *De cantoribus ecclesiae.*

Ex Concilio Laodicensi, cap. XV. [s])

Quod non oporteat amplius praeter eos, qui regulariter cantores existunt, qui et de codice canunt, alios in pulpitum conscendere et in ecclesia psallere.

C. XIX. *Ex Concilio Laodicensi, cap. XXIV.* [t])

Quod non oporteat sacro mysterio deditos a presbyteris usque ad diaconos et reliquum ecclesiasticum ordinem, id est ad subdiaconos, lectores, cantores, exorcistas et ostiarios et ex numero continentium et monachorum ingredi tabernas.

C. XX. *Ex Concilio Laodicensi, cap. XL.* [u])

Quod non oporteat episcopos ad synodum vocatos omnino contemnere, sed protinus ire et docere vel discere ea, quae ad correctionem ecclesiae vel reliquarum pertinent rerum, se ipsum vero, qui contemserit, accusabit, nisi forte per aegritudinem ire non possit.

C. XXI. *Ex Concilio Laodicensi, cap. L.* [v])

Quod non oporteat in quadragesima in ultima septi-

---

C. XVIII. s) Hab. int. ann. 347. et 381. (Interpr. Dionys.). — Coll. Ans. ded. IV. 159.

C. XIX. t) Cf. supra ad Reg. L. I. c. 180. not. a).

C. XX. u) Int. Dion.-Burch. I. 47., Decr. V. 157 (B.). — Dist. XVIII. c. 5. (ex Hisp.).

C. XXI. v) Int. Dion. — Burch. XIII. 8., Decr. IV. 41. (B.). — Dist. III. De cons. c. 8. (ex Hisp.).

mana quintae feriae ieiunium solvere, totamque quadragesimam sine veneratione transire, magisque conveniat omnem quadragesimam districto venerari ieiunio.

C. XXII. *Ex Concilio Laodicensi, cap. LI.* [w])

Quod non oporteat in quadragesima martyrum natalitia celebrari, sed eorum sancta commemoratio in diebus sabbatorum et dominicarum fieri conveniat.

C. XXIII. *Ex Concilio Africano, cap. LXIV.* [x])

Placuit etiam hoc, ut preces, quae probatae fuerint in concilio, sive praefationes sive commendationes [30]) seu manus impositiones ab omnibus celebrentur, nec aliae omnino contra fidem proferantur, sed quaecunque cum prudentioribus fuerint collatae [31]) dicantur.

C. XXIV. *Ex Concilio Africano, cap. LXXVI.* [y])

Item placuit, ut, quicunque negligunt loca ad suam cathedram pertinentia ad catholicam unitatem lucrari, conveniantur a diligentibus vicinis episcopis, ut id agere non morentur. Quodsi intra sex menses a die conventionis non effecerint, qui potuerit ea lucrari, ad ipsum pertineant, ita sane, ut, si ille, ad quem pertinuisse videbantur, probare potuerit, mapis illius electam negligentiam ab haereticis, ut impuni ibi sint, et suam diligentiam fuisse praeventam, ut eo modo eius cura sollicitior vetaretur [32]), cum hoc iudices episcopi cognoverint, suae cathedrae loca restituant. Sane si episcopi, inter quos causa versatnr, di-

---

C. XXII. w) Int. Dion.— Burch. XIII. 10., Decr. IV. 43. (B.).

C. XXIII. x) Conc. Carth., hab. ann. 407., c. 9. (ap. Dionys. c. 103. (70.)). — *In Hispan.: Conc. Milevitan. c. 12. — Burch. III. 67.* (Reg. A.), Decr. III. 69. (B.); in utraque inscribitur, ut hic.

C. XXIV. y) Conc. Carth., hab. ann. 418., c. 13. (ap. Dionys. c. 121. (88.)). — In Hispan.: Conc. Milev. c. 24.— Coll. Ans. ded. II. 188.— Burch. I. 68. (Reg. A.), Decr. V. 176. (B.).

C. XXIII. 30) *condemnationes:* Vienn. 31) *collectae:* Dion.

C. XXIV. 32) *vitaretur:* Dion.

versarum sunt provinciarum, ille primas det iudices, in cuius provincia est locus, de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint, aut unus eligatur, aut tres, ut, si tres elegerint, aut omnium sententiam sequantur, aut duorum.

### C. XXV. *Ex Concilio Africano, cap. LXXVII.* [z])

Si in matricibus cathedris episcopus negligens fuerit adversus haereticos, conveniatur a vicinis episcopis diligentibus, et ei sua negligentia demonstretur, ut se excusare non possit. Quodsi ex eo die, quo convenitur, intra sex menses, si in eius provincia exsecutio fuerit, et non eos ad unitatem catholicam convertendos curaverit, non ei communicetur, donec adimpleat. Si autem exsecutor ad loca non venerit, non adscribatur episcopo.

### C. XXVI. *Ut laici contemtores canonum excommunicentur, clerici honore priventur.*

### Ex Concilio Carthaginensi, cap. XV. [a])

Gratus episcopus dixit: Iuxta statuta concilii et mediocritatis sententiam placet facere rerum omnium conclusionem, universi tituli designati et digesti teneant sententias suas, sine quibus [33]) credo vos tenere, multis conciliis a patribus nostris et traditione esse damnatam, et rebaptizationis impietatem esse puniendam, quas res etiam nostro concilio credo terminum accepisse. Reliqua vero, quae vel facta vel dicta superius comprehensa sunt, vel aliis conciliis conscripta secundum legem inveniuntur, custodire oportet. Si quis vero statuta supergressus corruperit vel pro nihilo habenda putaverit, si laicus est, communione, si clericus, honore privetur. Gratus episcopus dixit: Super-

---

C. XXV. z) Eiusdem Conc., c. 15. [Dion. c. 123. (90.)]. — In Hisp.: Conc. Milev. c. 25. — Coll. Ans. ded. II. 189. — Sav. I. 93.

C. XXVI. a) Conc. Carthag. I., hab. ann. 348., c. 14. (Ex Coll. Hisp.). Burch. XV. 6. et Decr. XVI. 7. (B.) inscriptionem tantum huius canonis exhibent.

C. XXVI. 33) *sane credo*: Hisp.

est iam, ut placita omnium nostrorum, quae ad consensum vestrum sunt scripta, vestra quoque subscriptione firmetis. Universi dixerunt: Et consensisse nos, concilii huius scripta testantur, et subscriptione nostra consensus declarabitur, et subscripserunt.

C. XXVII. *Ex Concilio Carthaginensi, cap. VII.* [b])

Felix episcopus Selemselitanus dixit: Illud autem vestrae suggero sanctitati, ut hi, qui pro facinoribus de ecclesia pelluntur, et ausi fuerint, aut ad comitatum pergere, aut ad iudicia publica prosilire, aut si forsitan ecclesiae catholicae limina [34]) attentare episcopus vel clericus cuiuslibet plebis, de his quid censetis? Epigonius episcopus Bullensium regionum dixit: Si quis episcopus communionem tenens catholicam, huiusmodi hominem variis blandimentis incenderit, sciat se cum iisdem reiectis esse depravatum transiens in eorum consortium. Geneclius episcopus dixit: Ergo recte suggerunt fratres et coëpiscopi nostri, ut †), qui merito facinorum suorum ab ecclesia pulsi sunt, si ab aliquo episcopo vel clerico fuerint communione suscepti, etiam ipsi pares cum eisdem [35]) teneantur obnoxii. Ab universis dictum est: Omnibus placet.

C. XXVIII. *Ex Concilio Carthaginensi, cap. XVI.* [c])

Ut episcopus libros gentilium non legat, haereticorum autem pro necessitate et tempore.

C. XXIX. *Ex Concilio Carthaginensi, cap. XXVI.* [d])

Studendum est episcopo, ut dissidentes fratres sive clericos sive laicos ad pacem magis, quam ad iudicium cohortetur.

---

C. XXVII. b) Conc. Carth. II., hab. ann. 390., c. 7.

C. XXVIII. c) Statutt. eccl. ant. c. 5. (Conc. Carth. IV. c. 16.). — Burch. I. 95. (Reg. A.), Decr. IV. 160., V. 197. (B.), Pan. II. 130. (D. IV.), Dist. XXXVII. c. 1. — Coll. Ans. ded. II. 210.: *Ex Conc. ap. Valent.*

C. XXIX. d) Cf. ad Reg. L. II. c. 385., not. z).

†) *Cf. Dionys. c. 9.*

C. XXVII. 34) *lumina:* Vienn. 35) *pari c. e. crimine:* Hisp.

C. XXX.[36]) *Ex Concilio Carthaginensi, cap. XCVIII.*[e])

Laici praesentibus clericis nisi ipsis probantibus docere non audeant.

C. XXXI. *Ex Concilio Carthaginensi, cap. VII.*[f])

Nulli infami ac sacrilego de quocunque negotio liceat quandoque adversus religiosum Christianum, quamvis humilis servilisque persona sit, testimonium dicere, nec de qualibet re actione aut inscriptione eundem impetere.

C. XXXII. *Ex Concilio Carthaginensi, cap. XIII.*[g])

Personae accusantium teles esse debent, quarum fides et conversatio et vita probabilis et absque reprehensione sit, et, quae omni careant suspicione, quia et hoc tempore praesente in Nicena synodo propter malorum hominum insidias sunt haec et alia quam plura decreta.

C. XXXIII. *Ex Concilio Carthaginensi, cap. V.*[h])

Si quis episcopum ac presbyterum aut diaconum falsis criminibus appetierit et probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.

C. XXXIV. *Ex Concilio Carthaginensi, cap. VIII.*[i])

Ut, si quis quemlibet exspoliaverit, et admonente episcopo non reddiderit, excommunicetur.

---

C. XXX. e) Stat. eccl. ant. c. 38. (Conc. Carth. IV. c. 98.). — Coll. Vat. c. 349., Excerpt. Egberti c. 87. — Decr. VIII. 323. — Coll. Ans. ded. VII. 25.: *Ex Conc. ap. Valent.*

C. XXXI. f) Immo caput Pseudoisidor. — Inter capitula Felici II. adscripta est c. 6., Eutychian. Ep. II. ad Episcopos Siciliae. — Cf. Interpr. Paul. sent. rec. I. 2. §. 1. — Burch. XVI. 11., Decr. VI. 333. (B.), Pan. IV. 92. (D.): *Ex decr. Felicis P.* — Ans. III. 24., C. III. q. 4. c. 11.: *Eutychianus P.*

C. XXXII. g) Immo caput Pseudoisidor. — Inter Felicis II. capitula est c. 12.

C. XXXIII. h) Immo Conc. Eliberit. c. 75. — Cf. ad Reg. L. II. c. 345. not. k).

C. XXXIV. i) Est summula capitis 11. Concilii Tolet. I., hab. ann. 400. — Burch. XV. 2. (Reg. A.), Decr. XVI. 3. (B.), in utraque coll. inscribitur, ut hic.

C. XXX. 36) Hoc caput deest in apogr. Guelph. et ap. Hild.

C. XXXV. *Ex Concilio Carthaginensi, cap. VIII.* [k]).

Non licet imperatori vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra divina mandata praesumere.

C. XXXVI. *Ex Concilio Carthaginensi, cap. XVIII.* [l])

Iniustum iudicium et definitio iniusta regio metu et iussu a iudicibus ordinata non valeat.

C. XXXVII. *Ex Concilio habito apud Valentias, cap. LXXXIV.* [m])

Ex poenitentibus quamvis bonus clericus non ordinetur, si per ignorantiam episcopi factum fuerit, deponatur a clero, quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse poenitentem. Si autem sciens episcopus ordinavit [37]), etiam ipse ab episcopatu suo ordinandi duntaxat potestate privetur.

C. XXXVIII. *Ex decretis Marcellini Papae, cap. IV.* [n])

Non licet ergo imperatori vel cuiquam pietatem custo-

---

C. XXXV. k) Capitul. Angilramni, c. 76. (70, ed. Ant. August.); cf. Pseudo — Calixti Ep. I. i. f., Pseudo — Marcellini Ep. II. (vid. infra C. XXXVIII.). — Burch. XV. 9., Decr. XVI. 9. (B.), Ans. III. 88. (B.): *Ex decr. Hadriani;* Decr. IV. 231., Pan. II. 141. (D.), Dist. X. c. 2. (P.): *Symmachus P. in VI. Synodo Rom.* — Cf. Cassiodori Hist. trip. X. 6., Statt. eccl. ant. c. 51. — Bened. Capitul. L. I. c. 402.

C. XXXVI. l) Capit. Angilramni, c. 78. (70., ed. Ant. August.); cf. epistolas Pseudoisidorianas citt. — Burch. l. l., Decr. XVI. 9. (B.); Decr. V. 235., Ans. III. 84., C. XI. q. 3. c. 89., omn.: *Calixtus P. Ep. I. ad Benedictum Epist.* — Bened. Cap. L. I. c. 405.

C. XXXVII. m) Hac ratione statuta eccl. ant., quae alias sub nomine Concilii Carthaginensis IV. circumferuntur, citari in Collectione, quae dicitur Anselmo dedicata, notum est; de Synodo autem illa apud Valentias nihil adhuc constat certi. Fortasse adscribendi sunt canones concilio cuidam Hispanico apud Valentias habito, et quum haec urbs in provincia Carthaginensi (sc. novae Carthaginis, Carthagenae) esset sita, non immerito Synodus appellari videtur Carthaginensis, ita ut in collectione Hispana, in qua canones illi concilio Carthag. IV. Africano adscribuntur, Carthago antiqua et nova inter se sint confusae. — Coll. Ans. ded. V. 118. — Burch. II. 35., Decr. VI. 136. (B.), XV. 23., Pan. III. 60. (Decr. VI.), Dist. L. c. 55., omn.: *Ex Conc. Carth. IV. c.* 68.

C. XXXVIII. n) Caput Pseudoisid. (Merlin, fol. 50., ed. Colon.); cf. supra ad C. XXXV. et XXXVI., not. k) et l).

C. XXXVII. 37) *ordinaverit:* Coll. citt.

dienti aliquid contra mandata divina praesumere, nec quidquam, quod evangelicis propheticisque seu apostolicis regulis obviat, agere. Iniustum enim iudicium et definitio iniusta regio [38]) metu vel iussu a iudicibus ordinata non valeat, nec quidquam, quod contra evangelicam, propheticam aut apostolicam doctrinam constitutionemque [39]) eorum sive sanctorum patrum actum fuerit, stabit, et quod ab infidelibus aut haereticis factum fuerit, omnino cassabitur.

C. XXXIX. *Ex decretis Pii Papae* [o]).

Quodsi quis praesumserit praedia ecclesiastica sibi usurpare, ipsosque clericos et Domini sacerdotes persequi, sacrilegus habeatur, et sicut sacrilegus iudicetur. Ipsos autem, qui hoc agunt, clericos et Domini sacerdotes persequi eos [40]) audivimus, ut malum super malum addant et deteriores fiant, non intelligentes, quod ecclesia Dei in sacerdotibus consistit et crescit in templum Dei et sicut, qui ecclesiam Dei vastat, et eius praedia et donaria spoliat et invadit, fit sacrilegus, sic et ille, qui eius sacerdotes insequitur, sacrilegii reus [41]) iudicatur. Aemulamini, fratres, carismata meliora et nolite talia agere, quum non solum, qui talia agunt, sunt huius criminis rei, sed et, qui facientibus consentiunt.

C. XL. *Ex decretis Clementis Papae, cap. LXXXIV.* [p])

Et ideo diligenter observandum est, ut lex Dei, cum legitur, non secundum propriam ingenii intelligentiam legatur vel doceatur. Sunt enim multa [42]) in scripturis divinis, quae possunt trahi ad illum sensum, quem sibi unusquisque sponte praesumsit, sed fieri non oportet. Non enim sensum, quem extrinsecus adulteratis [43]), alienum et

---

C. XXXIX. o) Caput Pseudoisid. (Merlin, fol. 25.).
C. XL. p) Caput Pseudoisid. (Merlin, fol. 12.).

C. XXXVIII. 38) *regis:* orig. 39) *evangelicae ...... doctrinae constitutionem:* ibid.
C. XXXIX. 40) *eosque infamare:* orig. 41) *existit et sacrilegus:* add. ibid.
C. XL. 42) *verba:* add. orig. 43) *attuleritis:* ibid.

extraneum debetis quaerere, aut quomodo ipsum auctoritate scripturarum confirmetis, sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum, qui eam a maioribus secundum veritatem sibi traditam servat, ut et ipse possit eam, quam [44]) recte suscepit, competenter asserere. Cum enim ex divinis scripturis integram quis et firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi ac liberalibus studiis, quae forte in pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat, ita tamen, ut, ubi vera didicit, falsa et simulata declinet. Incertum est enim etiam iuvenibus vitae tempus, senibus autem iam nec incertum est. Non enim dubitatur, quod, quantumcunque est, quod putatur [45]), breve sit.

C. XLI. *Ex decretis Pii Papae, cap. III.* [q])

Quid enim prodest illi suo errore non pollui, qui consensum praestat erranti [46])? Sine dubio contra mandata dimicat et, qui peccat, et, qui consensum praestat erranti.

C. XLII. *Ex decretis Alexandri Papae, cap. VI.* [r])

Has considerantes pietates et pericula vitantes animarum una cum omnibus Domini sacerdotibus, qui nobiscum in hanc sacram convenerunt urbem et cum omnibus huius capitis membris, sicut a beatis apostolis et reliquis sanctis patribus et a successoribus eorum accepimus, statuentes decernimus, omnes, qui sanctos patres persequuntur, aut amovere vel dilacerare manifeste nituntur, infames esse et alienos a liminibus ecclesiae usque ad satisfactionem fieri. Quia sic odit Deus eos, qui adversus patres armantur, ut patrum invasores vel destructores, qui ideo infames effi-

C. XLI. q) Caput Pseudoisid. (Merl., fol. 25.). — Dist. LXXXIII. c. 4.

C. XLII. r) Caput Pseudoisid. (Merl., fol. 20.). — Coll. Ans. ded. II. 66. — Sav. IX. 106.

C. XL. 44) *ea, quae:* ibid. 45) *superesse:* add. ibid.

C. XLI. 46) quae sequuntur, desunt ap. Grat.

ciuntur, quia patres persequuntur, quoniam, si nec loqui eis licet, quibus doctores summi, quos episcopos vocamus, propter eorum scelera adversantur, quanto magis eis, qui eos infestant, nec consentiendum est nec loquendum, ne participes eorum inveniantur sceleribus, quia non solum, qui faciunt, sed, qui consentiunt facientibus, rei sunt. Unde et beatus princeps apostolorum Petrus in ordinatione sancti praedecessoris nostri Clementis instruens clerum et populum ait: Si inimicus fuerit Clemens alicui pro actibus suis, vos nolite exspectare, ut ipse vobis dicat; cum illo nolite amici esse, sed prudenter observare debetis, et voluntati eius absque commutatione obsecundare et avertere vos ab eo, cui ipsum sentitis adversum, sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, ut unusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus praeest, et pro hoc redeat ad salutem, cum obedire coeperit monitis praesidentis. Si quis vero amicus fuerit his, quibus amicus non est, et locutus fuerit his, quibus ipse non loquitur, unus est et ipse ex illis, qui exterminare Dei ecclesiam volunt, et cum corpore vobiscum esse videatur, mente et animo contra vos est, et est multo nequior hostis hic, quam illi, qui foris sunt et evidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quae inimica sunt, gerit et ecclesiam dispergit ac vastat.

## C. XLIII. [s])

Si metropolitanus a quocunque comprovinciali episcopo bis fuerit in causa propria appellatus, et eum audire distulerit, in proxima synodo negotii sui habeat licentiam exercendi, et quidquid propter iustitiam a comprovincialibus suis fuerit statutum, debet custodiri.

---

C. XLIII. s) Conc. Aurel. V., hab. ann. 549., c. 17. — Burch. I. 59. (Reg. A.), Decr. V. 169. (B.), C. VI. q. 4. c. 4., omn.: *Ex decr. Alexandri P.;* causa falsae huius inscriptionis est antecedens in hac App. caput; Burch. enim, quum nostri capitis nullus allegatus esset fons, eidem, quae antecedebat, decretali Alexandri tribuendum esse putabat.

C. XLIV. *De querimonia inter presbyterum et laicum, cap. XXI.* t)

Si quis presbyter contra laicum vel laicus contra presbyterum aliquam habet querimoniae controversiam, episcopo regente [47]) sine personarum acceptione finiatur, laicus per iuramentum [48]), si necesse sit, constringatur, presbyter vero vice iuramenti [49]) per sanctam consecrationem interrogetur, quia sacerdotes ex levi causa iurare non debent. Manus, per quam corpus et sanguis Christi conficitur, iuramento non polluatur [50]). Absit, cum Dominus in evangelio discipulis suis, quorum vicem nos indigni in sancta gerimus ecclesia, dicat †): *Nolite omnino iurare, sit autem sermo vester: est est, non non; quod autem his his abundantius est, a malo est* [51]). Non dixit: quod amplius est, malum est, sed *a malo est*, id est, a malo homine, de cuius incredulitate cogimur iurare; ut enim in quadam homilia beati Bedae presbyteri legimus u): *Si forte nos incautius iurasse contigerit, quod scilicet observatum peiorem vergat in exitum, libere illud mutandum noverimus salubriori consilio.*

C. XLV. *Si quis liber libertam duxerit, ulterius habere debebit, cap. XXXVIII.* v)

In decretis Papae Leonis cap. XVIII. scriptum est: *Non omnis mulier viro iuncta uxor est viri, quia nec omnis filius heres est patris. Nuptiarum autem foedera inter ingenuos sunt legitima et inter aequales. Itaque aliud uxor*

---

C. XLIV. t) Conc. Triburiens., hab. ann. 895.; inter capitula vulgo huic concilio adscripta est c. 21.; cf. *Beitr.* p. 21. seqq., p. 167. seqq. — Burch. II. 182., Decr. VI. 227. (B.), Pan. V. 10. (D.), C. II. q. 5. c. 4. — Sav. IX. 177.

u) Cf. Reg. L. II. c. 329.

C. XLV. v) Ibid. c. 38. — Cf. Reg. L. II. c. 181.

†) *Matth. c. 5. v. 34.*

C. XLIV. 47) *praecipiente:* Coll. citt. 48) *praeiuramento:* orig. 49) *praeiuramenti:* ibid. 50) *polluetur? (non:* deest): orig. Coll. citt. 51) quae sequuntur, desunt in Coll. citt., excepta Sav.

*est, aliud concubina, sicut aliud ancilla, aliud libera. Igitur si quis filiam suam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum est, quasi eam coniugato dederit, nisi forte illa mulier et ingenua sit facta et dotata legitime et in publicis nuptiis honestata videatur.* Unde paternam sequentes auctoritatem sub praesenti huius sancti catalogo concilii statuimus et libere iudicamus, ut, si quis liber libertam, hoc est, ex ancilla per manumissionem et regalem largitionem liberam factam legitime in matrimonium duxerit, ulterius habere debeat, tanquam unam ex nobili genere progenitam, excepta fornicatiouis causa, et quamdiu illa vivit, nullam aliam accipiat. Est igitur, ut ex decretis Papae Leonis praediximus, ingenua facta et dotata legitime et in publicis honestata nuptiis, et propterea iam non est concubina, sed uxor legibus acquisita. Haec eadem lex pro qualitate sexus sit feminis et viris libertis.

### C. XLVI. *De femina ingenua, quae servum accipit* [w]).

Si femina ingenua accipit [52]) servum sciens, quod servus esset, habeat eum [53]). Una lex erit et viro et feminae.

### C. XLVII. *In Synodo Aurelianensi* [x]) [54]).

Si metropolitanus a quocunque comprovinciali episcopo bis fuerit in causa propria appellatus et eum audire distulerit, ad proximam synodum negotium suum habeat licentiam exercendi, et quidquid a comprovincialibus episcopis statutum fuerit, observetur.

---

C. XLVI. w) Conc. Compend., hab. ann. 757., c. 5. — Burch. IX. 27., Decr. VIII. 52., 165. (B.), Pan. VI. 42. (D. 165.), C. XXIX. q. 2. c. 5., omn.: *Ex Conc. ap. Vermeriam*, c. 8. — Bened. Capit. L. I. c. 20.
C. XLVII. x) Cf. supra ad C. XLIII. not. s).

C. XLVI. 52) *acceperit:* orig. Coll. citt. 53) *quia omnes unum patrem habemus in coelis:* add. ibid., exc. Bened.

C. XLVII. 54) In Cod. Vienn. sic inscribitur: *In Syn. Aurel. epo cap. C. XII.*

## C. XLVIII. *In Synodo Agathensi* [y]).

Nec illud est praetereundum [55]), quod maxime fidem religionis infestat, quod aliqui clerici vel laici studeant auguriis et sub nomine fictae religionis, quam sortes sanctorum vocant, divinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt. Quicunque clericus vel laicus in eo detectus fuerit talia consulere vel docere, ab ecclesia eiiciatur [56]).

## C. XLIX. *Ex Capitulari cuiusdam* [z]).

Tertio intimandum est, ut ad salutationes sacerdotales congruae responsiones dicantur, ubi non solum clerici et Deo dicati sacerdotes responsionem offerant, sed omnis plebs devota consona voce respondere debet.

## C. L. *Ex eodem* [a]).

Sexto [57]), quae ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum, id est, liber sacramentorum, lectionarius, antiphonarius, baptisterium, computus, canon poenitentialis, psalterium, homiliae per circulum anni dominicis diebus et singulis festivitatibus aptae. Ex quibus omnibus si unum defuerit, sacerdotis nomen in eo vix constabit, quia valde periculosae sunt evangelicae minae, quibus dicitur †): *Si coecus coeco ducatum praestet, ambo in foveam cadunt.*

## C. LI. *Ex eodem* [b]).

Octavo decimo, ut nullus ordinatus sive ordinandus migret de sua parochia ad aliam nec ad limina apostolo-

---

C. XLVIII. y) Hab. ann. 506., c. 42. — Burch. X. 27. (Reg. App.).

C. XLIX. z) Capit. Abytonis Basil. (806 — 823.), c. 3. (Mansi, T. XIV. c. 394.).

C. L. a) Ibid. c. 5. — Burch. II. 2., Decr. VI. 22. (B.), Pan. III. 24. (D.), Ans. VII. 121. (B.), Dist. XXX. c. 5. (A.), omn.: *Ex dictis Augustini.* Cf. Burch. XIX. 8. med.

C. LI. b) Ibid. c. 18.

†) *Matth. c. 15. v. 14.*

C. XLVIII. 55) *Ac ne id fortasse videatur omissum:* orig. 56) *habeatur extraneus:* ibid.

C. L. 57) deest in Coll. citt.

rum causa orationis, ecclesiae suae cura derelicta *), nec a communione suspensus ab alio ad communionem recipiatur sine permissione et praesentia **) episcopi sui. Quod si quis fecerit, nihil valet huiusmodi communio aut ordinatio aut demigratio, et hoc omnibus fidelibus denunciandum, ut, qui causa orationis ad limina beatorum pergere cupiunt, domi confiteantur peccata sua et sic proficiscantur, quia a proprio episcopo suo aut sacerdote ligandi vel solvendi, non ab extraneo.

C. LII. *Ex eodem* c).

Vicesimo quinto, ut plebibus denuncient, quod filios et filias spirituales, quos in baptismate suscipiunt, eis fideiussores existant et sponsores fidei, et pro eis diabolo, cui antea mancipati fuerant, abrenuncient. Et ideo usque cum adulti fuerint et eis fidei suae sponsionem et abrenunciationis formulam exposuerint et reddiderint, in sua providentia habeant, et quod illi pro eis spoponderant, ab eis eadem responsa ex integro exigant.

C. LIII. *De clericis, qui te fingunt esse monachos* d).

Ut clerici, qui se fingunt habitu vel nomine monachos esse et non sunt, omnimodis corrigantur atque emendentur, ut vel veri monachi sint, vel veri canonici.

C. LIV. *Quod ab episcopis ieiunis impositionem manuum fieri oporteat* e).

Ut episcopi nonnisi ieiuni per impositionem manuum spiritum sanctum tradant, exceptis infirmis et morte peri-

---

C. LII. c) Ibid. c. 25.

C. LIII. d) Anseg. Capit. L. I. c. 72. (Karoli M. Capitul. ecclesiast. ann. 789., c. 76.). — Burch. VIII. 7., Decr. VII. 31. (B.), *Ex eod.* (Tolet.) *concilio.*

C. LIV. e) Conc. Paris. VI., hab. ann. 829., c. 33. — Burch. IV. 67., Decr. I. 261. (B.), Pan. I. 120. (D.), Dist. V. De cons. c. 7. (P.), omn.: *Ex Conc. Meldensi.*

C. LI. *) *nec ad palatium* **) *praescientia:* ibid. *causa interpellandi:* add. orig.

clitantibus. Sicut autem duobus temporibus, Pascha videlicet et Pentecoste, baptismum [58]), ita etiam traditionem sancti spiritus a ieiunis pontificibus convenit celebrari.

### C. LV. [f]).

De [59]) tabulis vel codicibus requirendis [60]) et ut nullus in psalterio vel in evangelio vel in aliis rebus sortire [61]) praesumat, nec divinationes aliquas observare [62]).

### C. LVI. *Ex decreto Karoli Imperatoris* [g]) [63]).

Ut cloccas non baptizent, nec cartas per perticas pendeant propter grandinem.

### C. LVII. [h])

Lex imperatorum non est supra legem Dei, sed subtus.

### C. LVIII. *Incipit notitia librorum apocryphorum* [i]).

Inprimis Ariminensem synodum a Constantio Caesare Constantini filio congregatam, mediante Tauro praefecto, ex tunc et in aeternum confitemur esse damnatam. Item itinerarium, nomine Petri apostoli, quod appellatur sancti

---

C. LV. f) Capitul. general. Karoli M. ann. 789., c. 4. — Burch. XI. 26., Decr. XI. 52. (B.): *Ex Poenit. Theodori*.

C. LVI. g) Ibid. c. 18.

C. LVII. h) Bened. Capit. App. III. c. 18. (Ambrosii epist. 13.). — Cf. Nicolai P. epistola ad Episcopos in Concilio ap. Convicinum congregatos (Ep. 32.), scr. ann. 863. — Burch. XV. 10., Decr. XVI. 11. (B.): *Ex decr. Pii P.* — Cf. Decr. IV. 86., Pan. II. 138. (D.), Ans. XII. 34., Dist. X. c. 1. (P.), ubi fragmentum epistolae Nicolai P. citatae exhibetur.

C. LVIII. i) Hoc caput posterior est pars decreti, quod vulgo *Gelasio* (in Coll. Hispan.: *Hormisdae*) P. tribuitur; sunt vero, qui ipsum apocryphum putent. — Burch. III. 221., Decr. IV. 65. (B.), Pan. II. 123. (D.), Sav. IV. 302., Gud. VI. 17., Dist. XV. c. 3. §. 28. seqq.

C. LIV. 58) *a ieiunis celebrari debet baptismus:* orig. Coll. citt.

C. LV. 59) *in:* Coll. citt. 60) *sorte futura non sunt requirenda:* add. ibid. 61) *sortiri:* ibid. 62) *in aliquibus rebus obs. Quod si fecerit, XL dies poeniteat:* add. ibid.

C. LVI. 63) Cod. Vienn. add.: *aquis iuento* (convento?)

Clementis libri VIII [64]) apocryphum. Actus nomine Andreae apostoli apocryphi. Actus nomine Thomae apostoli apocr. Actus alius nomine Petri apostoli apocr. Actus nomine Philippi apostoli apocr. Evangelia nomine Thaddaei apocr. Evangelia nomine Barnabae apocr. Evangelia nomine Petri apostoli apocrypha. Evangelia nomine Thomae, quibus Manichaei utuntur, apocrypha. Evangelia nomine Bartholomaei apocrypha. Evangelia nomine Andreae apostoli apocrypha. Evangelia, quae falsavit Lucianus, apocrypha. Evangelia, quae falsavit. Ysicius [65]), apocrypha. Liber de infantia Salvatoris apocryphus. Liber de nativitate Salvatoris et de Maria vel obstetrice apocryphus. Liber, qui appellatur Pastoris, apocryphus. Libri omnes, quos fecit Leucius [66]) discipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur Fundamentum, apocr. Liber, qui appellatur Thesaurus, apocryphus. Liber de filiabus Adelgenensis [67]) apocr. Centimetrum de Christo Virgilianis compaginatum versibus, apocr. Liber, qui appellatur actus Teclae et Pauli, apocr. Liber, qui appellatur Nepotis, apocr. Liber proverbiorum ab haereticis conscriptus, et sub sancti Sixti nomine signatus, apocr. Revelatio, quae appellatur Pauli, apocr. Revelatio, quae appellatur Thomae, apocr. Revelatio, quae appellatur Stephani, apocr. Liber, qui appellatur Transitus sanctae Mariae, apocr. Liber, qui appellatur Poenitentia Adae, apocr. Liber Deogiae [68]) nomine Gigantis, qui post diluvium cum dracone pugnasse ab haereticis perhibetur, apocr. Liber, qui appellatur testamentum Iob [69]), apocr. Liber, qui appellatur poenitentia Origenis, apocr. Liber, qui appellatur poenitentia sancti Cypriani, apocr. Liber, qui appellatur Iamnae [70]) et Mambrae, apocr. Liber, qui ap-

---

C. LVIII. 64) *IX:* Hisp., *X:* Pseudoisid. ap. Merlin. 65) sic et Burch. Iv. Sav. Gud., *Hyrcius:* Grat., *Hesychius:* Hisp. 66) *Lenticius:* Grat. 67) sic Burch. Iv. Sav., *Adae vel Genesys:* Gud., *Adae vel Geneseos:* Grat., *adiectus genesi:* Hisp. 68) sic et Burch. Iv. Sav. Gud., *Ogiae:* Grat., *Ugiae:* Hisp. 69) *Iacob:* Grat. 70) *Iambrae:* Gud., *Iamnis:* Grat.

pellatur Sors apostolorum, apocr. Liber Lusa[71]) apostoli apocr. Liber, qui appellatur Canones apostolorum, apocr. Liber Physiologus ab haereticis conscriptus, et beati Ambrosii nomine praesignatus, apocr. Historia Eusebii Pamphili, apocr. Opuscula Tertulliani sive Africani[72]), apocr. Opuscula Postumiani et Galli apocr. Opuscula Montani et Priscillae et Maximillae apocr. Opuscula omnia Fausti Manichaei apocr.[73]). Opuscula alterius Clementis Alexandrini apocr.[74]). Opuscula Cassiani presbyteri Galliarum apocr. Opuscula Victorini Pictaviensis apocr. Opuscula omnia Fausti Regiensis Galliarum apocr. Opuscula Frumentii[75]) apocr. Epistola Iesu ad Abagarum[76]) apocr. Epistola Abagari ad Iesum apocr. Passio Cyrici[77]) et Iulitae apocr. Passio Georgii apocr. Scriptura, quae appellatur Salomonis Contradictio, apocr. Phylacteria omnia, quae non angelorum, ut illi confingunt, sed daemonum magis nominibus[78]) conscripta sunt, apocr. Haec et his similia, quae Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samosatenus, Photinus et Bonosus, qui simili errore defecerunt, Montanus quoque cum suis obscoenissimis sequacibus, Appollinaris, Valentinus sive Manichaeus, Faustus, Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Novatus, Sabbatius, Calistus[79]), Donatus et Eustatius, Nibinianus, Pelagius, Iulianus Edanensis[80]), Coelestius, Maximianus, Priscillianas ab Hispania, Lampedius, Dioscorus, Eutycius, Petrus et alius Petrus, e quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculavit, Achatius Constantinopolitanus cum consortibus suis, nec non et omnes haereses[81]), quas ipsi eorumque discipuli sive schismatici docuerunt vel rescripserunt, quorum no-

C. LVIII. 71) sic Burch. Iv. Sav. Gud., *Laus:* Merlin, *Ius:* Hisp., *Lusanae (Apost.* om.*):* Grat. 72) *Tertull. apocr. Opuscula Lactantii sive Afr.:* Hisp. 73) *Opuscula Commodiani apocr.:* add. ibid. 74) *Opuscula Tascii Cypriani apocr. Opusc. Arovi apocr. Opusc. Ticonii apocr.:* add. ibid. 75) *Frumenti caesi:* ibid. 76) *Agbarum:* Grat. 77) *Quiricae:* Burch. 78) *arte:* Grat. 79) *Coelestius:* ibid. 80) *Iul. et Latiensis:* ibid. 81) *haeresiarchae:* Hisp.

mina minime retinemus non solum repudiata, verum etiam ab omni catholica Romana ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus auctorumque sequacibus sub anathematis insolubili vinculo in aeternum confitemur esse damnata.

C. LIX. *Ut, qui oblationes defunctorum retinent, excommunicentur.*

Ex Concilio Vasensi, cap. CLXXXVIII. [k])

De damnatione eorum, qui oblationes defunctorum retinent et ecclesiis tradere demorantur, ut infideles, sunt ab ecclesia abiiciendi, quia usque ad exinanitionem fidei pervenire certum est hanc pietatis divinae exacerbationem, qua et fideles de corpore recedentes votorum plenitudine et pauperes consolatu alimoniae et necessaria sustentatione fraudantur, hi tales quasi egentium necatores nec credentes iudicium Dei habendi sunt. Unde et quidam patrum hoc scriptis suis inseruit, congruente sententia, qua ait †): *Amico quippiam rapere furtum est, ecclesiam fraudare sacrilegium.*

C. LX. *Item ex epistola decretali Calisti Papae universis Galliarum urbium episcopis directa, cap. CXXXV.* [l])

Coniunctiones autem consanguineorum fieri prohibete, quod eas et divinae et seculi prohibent leges. Leges ergo divinae haec agentes et eos, qui ex eis prodeunt, non solum eiiciunt, sed et maledictos appellant. Leges vero seculi infames tales vocant et ab hereditate repellunt. Nos vero sequentes patres nostros et eorum vestigiis inhaerentes infamia eos notamus et infames esse censemus, quia infamiae maculis aspersi sunt, nec eos viros vel accusatores, quos leges seculi reiiciunt, recipere debemus. Eos autem consanguineos dicimus, quos divinae et imperato-

---

C. LIX. k) Cf. supra ad Reg. L. II. c. 387. not. b).
C. LX. l) Caput Pseudoisidor. — Cf. Conc. Aurel. III. c. 10. — Burch. VII. 1., Decr. IX. 22. (B.), Ans. XI. 90., C. XXXV. q. 2. et 3. c. 2. (D.).

†) *Hieron. ad Nepotianum, vid. C. XII. q. 2. c. 71. §. 2.*

rum Romanorum atque Graecorum leges consanguineos appellant, et in hereditate suscipiunt, nec repellere possunt. Talium enim coniunctiones nec legitimae sunt, nec manere possunt, sed sunt repellendae. Quisquis ergo non est legitime coniunctus vel absque socerdotali titulo ac benedictione sacerdotis constat copulatus, sacerdotes vel legitime coniunctos criminari et in eos testificari minime potest, quoniam omnis incesti macula pollutus infamis est, et accusare supra dictos non permittitur. Non solum ergo hi reiiciendi sunt et infames efficiuntur, sed etiam omnes eis consentientes.

C. LXI. *Ex decreto Hilarii Papae, cap. XXVIII.* m)

De digamis autem nec consuli debuit, quod manifesta sit lectio Apostoli †), unius uxoris virum ad sacerdotium sive ad clericatum admitti debere, et hanc ipsam tamen, si virginem accepit. Nam ea, quae habuit ante virum, licet defunctus sit, tamen, si postea clerico fuerit copulata, clericus, qui eam acceperit, esse non potest, quia in lege cautum est, non viduam, non abiectam habere posse coniugem sacerdotem.

C. LXII. *Nemo simul sit accusator, testis et iudex.*

Ex Concilio Africano, cap. CXXI. n)

Nullus unquam praesumat accusator simul esse et iudex vel testis, quoniam in omni loco iudicii quatuor personas necesse est semper adesse, id est, iudices electos et accusatores atque defensores et testes.

C. LXIII. *Ex Concilio Africano, cap. CXXXI.* o)

Accusatores vero et iudices non idem sint, sed per se

---

C. LXI. m) Immo Innocentii I. Epist. ad Felicem Nucerian. Ep., scr. 405., c. 2. — Decr. VIII. 302.

C. LXII. n) Immo ex Pseudo-Fabiani Ep. II.; cf. Cod. Theod. L. II. tit. 2. c. 1., Isid. Etym. XVIII. 15. Burch. XVI. 15., Decr. VI. 321. (B.), Pan. IV. 81. (D.), Ans. III. 75., C. IV. q. 4. c. 1., omn.: *Ex Fabiani Ep. II.*

C. LXIII. o) Immo ex Pseudo-Damasi Ep. IV., cf. Cod. Theod. l. l. — Coll. Ans. ded. III. 138., Burch. XVI. 31., Decr. VI. 337. (B.), Pan. IV. 80. (D.), Ans. III. 47., C. IV. q. 4. c. 2., omn.: *Ex Damasi P. Ep. IV.*

†) 1. *Tim. c. 3. v. 2.*

accusatores, per se iudices, per se testes, per se accusati, unus quisque in suo ordinabiliter ordine. Nam inscriptio primo semper fiat, ut talionem calumniator recipiat, quia ante inscriptionem nemo debet iudicari vel damnari, cum et seculi leges haec eadem retineant, de quibus omnibus vera semper fiat aequalitas, quatenus accusationis et iudicii et testimonii mercedem per veritatem gestorum consequi valeant.

C. LXIV. *Tituli ex Corpore Theodosii, cap. XXII.* p)

Qui vero in ecclesia remitti peccata non credens, contemnit divini muneris largitatem, et in hac obstinatione mentis diem claudit extremum, reus est illo irremissibili peccato in spiritum sanctum, in quo Christus peccata dimittit [82]. De qua quaestione difficili in quodam propter hoc solum conscripto libello enucleatissime, quantum potui, disputavi.

C. LXV. *Ex institutis Cassiani, cap. CCLII.* q)

Si quis autem pro qualibet culpa sua fuerit ab oratione suspensus, nullus cum eo orandi aut loquendi habeat licentiam, antequam supplicanti licentia a priore tribuatur. Nam, qui se orationi vel confabulationi eius, antequam a priore recipiatur, inconsiderata pietate sociare praesumserit, similis damnationi eius efficiatur tradens semetipsum voluntarie satanae, cui illi secundum sententiam Apostoli pro sui reatus emendatione fuerat deputatus. Et in hoc gravius peccat, qui se ipsi coniungit, quia solatium ei tribuens cor eius amplius facit indurari, et non permittit eum pro hoc, quod ab oratione fuerat segregatus, de satisfactione sua et venia cogitare, sed per maiorem superbiae fomitem et contumaciam delinquentis nutrit in peius.

---

C. LXIV. p) Augustini Enchirid. de fide, c. 83. — Burch. XVIII. 19., Decr. XV. 41. (B.), XVII. 136.: *Ex dictis Augustini.*

C. LXV. q) Hoc caput desumtum est ex Coll. Vat. c. 252., atque casu capitis in ea numerus 252. in nostram inscriptionem receptus. Cf. supra ad Reg. L. II. c. 396. not. l).

C. LXIV. 82) Quae sequuntur, des. ap. Burch.

C. LXVI. *Item de eadem re.*

Basilii Episcopi, cap. CCLIII. [r])

Cum excommunicato neque orare, neque loqui, neque vesci cuiquam licebit.

C. LXVII. *Unde supra.*

Cap. CCLIV. [s])

Si quis frater aut palam aut absconse cum excommunicato fuerit allocutus aut coniunctus, communem statim cum eo excommunicationis poenam contrahat.

C. LXVIII. *Unde supra.*

Fructuosi Episcopi, cap. CCLVI. [t])

Cum excommunicato nullus loquatur, neque qualibet eum compassione vel miseratione refoveat, neque ad contradictionem vel superbiam confortare praesumat.

C. LXIX. *Ex Concilio Antiocense, cap. CCLVII.* [u])

Non autem liceat communicare incommunicatis, neque per domus ingredi et cum eis orare, qui ecclesiae in oratione non participant, nec in alteram ecclesiam recipi, qui ab alia excommunicantur. Quodsi visus fuerit quilibet episcoporum vel presbyterorum aut diaconorum vel etiam, qui in canone detinentur, incommunicatis communicare, et hunc oportet communione privari, tanquam ecclesiae regulas confundentem.

---

C. LXVI. r) Ex ead. Coll. Vat. c. 253. (numerus hic item simul receptus est). Vat. 1347.: *Isidori epi*, Vat. 1352.: *Item Basilii Epi.* — Cf. supra ad Reg. L. II. c. 397. not. m).

C. LXVII. s) Ex ead. Coll. Vat. c. 254. — Cf. supra ad Reg. L. II. c. 398. not. n).

C. LXVIII. t) Ex ead. Coll. Vat. c. 256. — Cf. supra ad Reg. L. II. c. 399. not. o).

C. LXIX. u) Conc. Antioch., hab. ann. 332. c. 2. (vers. Isidor.), Coll. Vat. c. 257. (fons), Burch. XI. 39., Decr. XIV. 103. (B.). — Dionysianam huius canonis versionem vide supra Reg. L. II. c. 402. — Cf. Martini Brac. c. 84.

C. LXX. *Ex Concilio Carthaginensi, cap. XXXII.* [v])

Si quis definierit aliquid agere, quod Deo non placet, iuxta modum peccati poenitentiam agat, et hoc, quod temere et iniuste definivit, in irritum revocetur.

C. LXXI. *Ex eodem Concilio, cap. XXXVIII.* [w])

Si quis contristatus noluerit reconciliari, satisfaciente eo, qui contristavit, acerrimis maceretur inediis usque dum gratanti animo recipiat satisfactionem.

C. LXXII. *Ex cap. XLVI.* [x])

Si quis non vult reconciliari fratri suo, quem odio habet, tamdiu in pane et aqua poeniteat, usque dum ei reconcilietur.

C. LXXIII. *Quod nusquam canones praecipiant, ut prae aegritudine episcopi alius succedat.*

Cap. CLVIII. [y])

Scripsit mihi tua dilectio, piissimum dominum nostrum reverendissimo fratri meo Iohanni primae Iustinianeae episcopo pro aegritudine capitis, quam patitur, praecipere succedi, ne fortasse, dum episcopi iura eadem civitas non habet, quod absit, ab hostibus pereat. Et quidem nusquam canones praecipiunt, ut pro aegritudine episcopo succedatur, et omnino iniustum est, ut, si molestia corporis irruit, honore suo privetur aegrotus. Atque ideo per nos fieri non potest, ne peccatum in mea anima ex eius depositione veniat. Sed suggerendum est, ut, si quis in regi-

---

C. LXX. v) Caput incertum.

C. LXXI. w) Caput. incertum. Cf. Regul. Basil. c. 72. (Holsten. I. p. 87.) Burch. X. 59., Decr. XIII. 68. (B.), Dist. XC. c. 10., omn.: *Ex dictis Fabiani P.*

C. LXXII. x) Caput item incertum. — Burch. X. 60., Decr. XIII. 69. (B.): *Ex eodem* (Fabian.).

C. LXXIII. y) Gregor. M. epist. ad Anatol. Diac., scr. ann. 601., Registr. L. XI. ep. 43. ed. Maur. (al. L. IX. ep. 41.). — Coll. Ans. ded. II. 246.: *Ex Reg. P. I. c. CLXXVIIII.*, fons nostri capitis esse videtur, quum et summula quadret, et fere numerus capitis ex Registro citati. — Burch. I. 188., Decr. V. 304. (B.), C. VII. q. 1. c. 1.

mine [83]) aegrotet, dispensator illi talis requiratur, qui possit eius curam omnem agere, et locum illius in regimine ecclesiae, ipso non deposito, ac in custodia civitatis implere, ut neque Deus omnipotens offendatur, neque civitas inveniatur esse neglecta [84]).* Si vero idem reverendissimus Iohannes fortasse pro molestia sua petierit, ut ab episcopatus honore debeat vacare, ei petitionem scripto danti concedendnm est. Aliter autem nos id facere pro omnipotentis Dei timore omnimodo non valemus. Quodsi hoc petere ille noluerit, quod piissimo Deo non placet, quidquid iubet facere, in eius potestate est, sicut ipse provideat, nos tantummodo in depositione tali non faciat permisceri; quod vero ipse fecerit, si canonicum est, in quantum sine peccato nostro portamus.

C. LXXIV. *Ut per scripta nullius accusatio suscipiatur, sed propria voce, quia nullus absens iudicari potest aut iudicare.*

## Cap. CXXV. [z])

Per scripta enim nullius accusatio suscipiatur, sed propria voce, si legitima et condigna accusatoris persona fuerit, praesente videlicet eo, quem accusare desiderat, quia nullus absens aut accusari potest aut accusare [85]). Nullus tamen praefati ordinis vir accusari potest, aut respondere suis accusatoribus debet, priusquam regulariter a suo primate vocatus sit, locumque defendendi et inquirendi accipiat ad abluenda crimina.

---

C. LXXIV. z) Caput Pseudoisid., ex Stephani P. Ep. II., haustum ex Int. Cod. Theod. IX. I. c. 15., Statt. eccl. ant. c. 53. et act. ap. c. 25. v. 16. — Coll. Ans. ded. III. 105. (plane quadrat). — Burch. I. 177., Decr. V. 293. (B.), VI. 328., Pan. IV. 53. (D. V.), Ans. III. 56., C. II. q. 8. c. 5. (A.).

C. LXXIII. 83) *si is, qui in regimine est:* Grat. 84) Quae sequuntur, des. in Coll. citt.

C. LXXIV. 85) Quae sequuntur, des. ap. Ans. Grat.

# Tabula synoptica,

in qua Reginonis singula capita cum fragmentis, quae respondent, in canonum collectionibus praecipuis tam antecedentibus, quam posterioribus comparantur.

| Halitg. | Coll. d'Acheriana | Rabanus | Coll. Vat. | Coll. Ans. ded. | Regino Lib. I. | Burch. | Ivo Decr. | Ivo Pan. | Anselm. | Gratian. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | I. 1 | I. 61 | V. 171 | | | |
| | | | | | - 2 | - 88 | - 194 | | | |
| | | | | | - 3 | | | | | |
| | | | | | - 4 | | | | | |
| | | | | | - 5 | - 228 | - 340 | | | |
| | | | | | - 6 | | | | | |
| | II. 71 | | | | - 7 a. | - 85 | I. 75. V. 191. | | | C. X. q. 1. c. 12. |
| | | | | | - 7 b. | | | | | |
| | - 73 | | | | - 8 | - 86 | V. 192 | | | - - q. 3. c. 8. §. 1. |
| | | | | | - 9 | - 87 | - 193 | | | - - q. 1. c. 11. |
| | | | | | - 10 | | | | | |
| | - 72 | | | | - 11 | | | | | - - q. 3. c. 1. |
| | | | | | - 12 | - 229 | - 341 | | | . - q. 1. c. 9. |
| | | | | | - 13 | | | | | |
| | | | | | - 14 | | | | | |
| | - 67 | | | | - 15 | III. 8 | III. 10 | | | C. XVI. q. 7. c. 10. |
| | - 68 | | | | - 16 | - 148 | - 106 | II. 64 | | - - q. 3. c. 1. |
| | | | | | - 17 | | | | | |
| | - 70 | | | | - 18 | - 149 | - 147 | - 65 | V. 20 | C. XIII. q. 2. c. 1.<br>C. XVI. q. 3. c. 2. |
| | | | | | - 19 | - 150 | | | | |
| | | | | | - 20 | | | | | |
| | | | | | - 21 | | | | | |
| | | | | | - 22 | | | | | |
| | | | | | - 23 | - 37 | - 42 | | | C. I. q. 2. c. 1. |
| | | | | | - 24 | - 52 | - 55<br>XVI. 262 | | | C. XXIII. q. 8. c. 25. |
| | | | | | - 25 | | | | | |
| | | | | | - 26 | | - 263 | | | |
| | | | | | - 27 | - 7 | III. 9 | | | C. XVI. q. 1. c. 44. |
| | | | | | - 28 | | | | | |
| | | | | | - 29 | - 53 | - 56. 175 | | | |
| | | | | | - 30 | - 9 | - 12 | | VII. i. f. | - - q. 1. c. 43. |
| | | | | | - 31 | - 10 | - 11 | - 18 | | D. I. De Cons. c. 18. |
| | | | | | - 32 | | | | | |
